B. 94
BIBLIOTECA INSTITUTULUI DE ISTORIE ROMÂNĂ UNIVERSITATEA DIN CLUJ

# Conciliulu Provincialu Primu

## ALU PROVINCIEI BISERICESCI

GRECO-CATOLICE

## ALBA-JULIA si FAGARASIU

tienutu la anulu 1872.

# Concilium Provinciale Primum

## PROVINCIAE ECCLESIASTICAE

GRAECO-CATHOLICAE

## ALBA-IULIENSIS et FOGARASIENSIS

celebratum anno 1872.

Editiunea a II-a.

BLASIU, 1886.

148/940

# ACTELE SI DECRETELE

## Conciliului provinciei bisericesci greco-catolice de Alb'a-Julia si Fagarasiu tienutu in anulu domnului 1872.

**dela Dominec'a Santului Tom'a pana Marti dupa dominec'a a dou'a dupa Pasci.**

**(din 5 pana in 14 Mai)**

IN BISERIC'A METROPOLITANA DIN BLASIU.

### I.

*Epistol'a indictiunei conciliului Provinciei bisericesci greco-catolice de Alb'a-Julia si Fagarasiu.*

Catra DD. Episcopi suffragani, - Venerabilele Capitule si superiorii Monastiriloru.

Noi Comite Romanu Ioanu Vancea de Buteas'a din indurarea lui Domnedieu si grati'a Santului Scaunu Apostolicu Archi-Episcopulu si Metropolitulu greco-catolicu romanu alu Fagarasiului si Alb'a-Juliei, Asistente la Tronulu Pontificiu si Prelatu domesticu alu Santiei Sale, Consiliariu Intimu de Statu alu Majestatiei Sale Sacratissime, Doctoru de S. Teologia s. c. a.

Cetitoriloru salute dela Domnulu!

Sacrele pagine ale Santei Scipture ni areta, precumu si analele venerande ale Legislatiunei Basericei catolice ni dovedescu fora dubietate, cà Sant'a Baserica docente din tempulu S. S. Apostoli pana in dîlele nostre

# ACTA ET DECRETA

## Concilii provinciae ecclesiasticae graeco-catolicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis anno domini 1872.

**A Dominica S. Thomae usque ad Feriam Tertiam post Dominicam Secundam post Pascha.**

**(a 5. usque ad 14. Maii)**

IN METROPOLITANA BASILICA BLASIENSI CELEBRATI.

### I.

*Epistola indictionis Concilii Provinciae Ecclesiasticae Graeco-Catholicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis.*

Ad DD. Episcopos suffraganeos, - Venerabilia Capitula - et Superiores Monasteriorum.

Nos Joannes Vancea de Buteas'a Comes Romanus, divina miseratione et S. Sedis Apostolicae Romanae gratia Archiepiscopus et Metropolita Romanorum Graeci Ritus Catholicorum Fogarasiensis et Alba-Juliensis, Solio Pontificio adsistens, Sanctitatis Suae praelatus domesticus, Sacrae C. R. Maiestatis intimus Status Consiliarius, S. S. Theologiae Doctor etc.

Lecturis salutem a Domino!

Paginae S. Scripturae nobis ostendunt, quemadmodum et venerandae legislationis Ecclesiae Catholicae annales sine dubio fidem faciunt, sanctam docentem Ecclesiam a tempore S. S. Apostolorum usque in hodiernum diem

totu de un'a a convenitu atatu in adunari basericesci generali spre asiediarea unoru trebi spirituali mai momentose, catu si in particularie, cá asiá in acestea in contielegere si dupa consultari imprumutate Capii Baseriçeloru singuratice se pota determiná cele salutarie pentru Basericele loru.

In Legislatiunea Basericei nostre inca gasimu urme la atari adunari basericesci particularie, carile fura tienute pre lenga tota vitregí'a tempuriloru, candu acést'a o recereá prosperarea intereseloru basericesci, de si nu ni iertatu a negá, cà in tempii mai recenti s'a fostu raritu câtu se pote atari adunari in sinulu Basericei nostre pre lenga tote, cà sacrele canone, carile ordineza tienerea Sinodeloru in restempuri anumite, si in privinti'a Basericei nostre inca sustáu in deplin'a loru vigore.

Nu potemu inse, dar' neci voimu a negá nece aceea, cà in tempii mai din urma dela restaurarea Metropoliei nostre incoce, si anumitu in decursulu aniloru 1864—1866, s'au facutu nescari incercari spre a pregatí tienerea unui Sinodu Provinciale spre regularea trebiloru Provinciei Nostre Basericesci, si s'au fostu si preparatu materialulu recerutu spre aceea; dar' tote aceste pregatiri au remasu pana asta-di numai in stadiulu preliminarieloru.

Noi dupa detorinti'a chiamarei nostre nu amu intrelasatu indata dela inceputulu Archipastorirei Nostre in fruntea acestei Provincie basericesci a ne ocupá cu lucrarile necesarie spre aceea, cá catu mai curundu se potemu tiené acelu Sinodu Provincialu, carele dela reactivarea Metropoliei nostre asia dîcundu erá devis'a dîlei; si pentru aceea amu si acceleratu finalisarea pregatiriloru, de un'a nu amu intardîatu inca su 28 Juliu 1871. in script'a Nostra emanata su Nro. 1784. a pune in prospectu si tempulu tienerei acelui-a, despre ce e documentu invederatu script'a Nostra amentita indreptata catra Veneratele Ordinariate Sufragane.



suo tempore convenisse tum in Congregationibus generalibus ecclesiasticis pro quibusdam maioris momenti negotiis componendis, tum in particularibus, ut hac ratione in concordia et consultationibus mutuis Praesules singularum Ecclesiarum pro Ecclesiis suis salutaria decernere valeant.

Vestigia talium particularium congregationum ecclesiasticarum etiam in legislatione Ecclesiae nostrae invenimus, quae, non obstante temporum iniuria, cum id prosperitas negotiorum ecclesiasticorum postulabat, habitae sunt; quamvis negandum non sit, recentioribus temporibus in sinu Ecclesiae nostrae tales Congregationes rarius occurrere celebratas, etsi sacri canones modum habendi synodos intervallis statutis ordinent, qui respectu Ecclesiae quoque nostrae adhuc in pleno vigore subsistunt.

Ast neque illud negare possumus aut volumus, temporibus a restauratione Metropoleos nostrae posterioribus, et nominatim decursu annorum 1864—1866 nonnullas pro habenda Synodo provinciali factas esse preparationes ad negotia provinciae nostrae ecclesiasticae componenda, et etiam materiam ad hoc requisitam designatam fuisse; attamen omnes hae praeparationes usque hodiernum diem in eorum statu praeliminari mansere.

Nos igitur vocationis nostrae obligationes perpendentes iam inde a primordiis functionis nostrae archiepiscopalis non intermisimus necessariis occupari, ut quoad fieri posset, ocyus synodum provincialem celebrare valeamus, quae a reactivatione Metropolis nostrae erat ut ita dicam sermo diei (devis'a dîlei); hac causa ducti acceleravimus et praeparationes ad finem perducendas, simul vero non tardavimus adhuc die 28 Iulii 1871 scripto Nostro sub N. 1784 emanato et tempus in prospectu ponere, quo illa habenda esset, cuius rei testis evidens est praefatum nostrum scriptum ad Venerabiles Ordinariatus suffraganeos directum.

La acést'a provocare fratiesca Veneratele Ordinariate Suffragane apretiuindu intentiunea descoperita, si recunoscundu necessitatea tienerei unui atare Sinodu, au pusu in prospectu conlucrarea loru la acel'a de dupa detorinti'a apostoliei ce o porta, numai in privinti'a terminului tienerei, ce erá combinatu pre lun'a lui Octobrie a anului trecutu, au facutu observari acceptabile proieptandu lun'a lui Maiu a anului 1872, carea s'ar' vedé a fire cea mai acomodata spre acest'a scopu.

Dupa incuvenintiarea acestoru observari fratiesci Noi Ne-amu invoitu la amenarea terminului cu aceea incunoscientiare, cà la tempulu seu nu vomu defí cu ajutoriulu lui Domnedieu a defige terminulu tienerei amenate; precumu Ne amu dechiaratu in script'a Nostra indreptata inca in 27 Septbr. 1871. Nro. 2327. catra Veneratele Ordinariate Suffragane.

Deci dar' acumu apropiandu-se tempulu designatu in comunu, si urgenti'a agendeloru, ce voru se vina la pertractare in acelu Sinodu, inca solicitandu mai adensu de catu veri candu tienerea diferita: amu gasitu in Domnulu a defige terminulu inchoarei Sinodului Provincialu aici la Metropolia in Blasiu pre Dominec'a S. Apostolu Tom'a, carea estu-anu cade pre a 5 dî a lunei Maiu dupa calendariulu nou; si pentru aceea interpelamu, provocamu si invitamu pre Ilustritatile Vostre, cá pre terminulu amentitu se veniti in persona la sinodulu provincialu indicatu. Si decumva ar' intrevení ceva piedeca canonica, ce ar' face neposibila comparerea indegetata, aceea va fí numai decâtu a Ni se aduce la cunoscintia spre apretiuirea, ce o ar' meritá.

Ilustritatile Vostre sunteti totu odata rogati cu tota onorea fratiésca, cá se notificati pre acei venerati in Christosu Frati, pre cari aveti de cugetu se-i aduceti la Sinodu spre a fí de facia cá teologi la pertractarile sinodali.

In urma se adauge aceea provocare, cà dupace in Dominec'a Tomei are se se deschida Sinodulu, si asia se se tiena sesiunea publica prima, spre carea debue se se faca pregatiri, debue se se tiena mai inainte de ace'a



Venerabiles autem Ordinariatus suffraganei huius fraternae provocationis intentionem manifestatam magni habentes, et necessitatem celebrandae talis Synodi recognoscentes, exposuerunt propositum suum huic Synodo, iuxta obligationem apostolatus, qua obstringuntur, collaborandi, solummodo circa terminum praefixum, qui erat mensis Octobris elapsi anni, observarunt satius esse, si differatur in mensem Maii anni 1872 utpote qui aptior ad talem scopum esse videretur.

Post captam harum fraternarum observationum notitiam non abnuimus dilationem termini ea cum observatione concessam, quod suo tempore non simus intermissuri, Deo iuvante defigere terminum pro habenda Synodo dilatum; uti in scripto nostro 27 Sept. 1871 N. 2327 ad Venerabiles Ordinariatus suffraganeos directo declaravimus.

Nunc itaque cum tempus in communi praefixum appropinquet, et necessitas agendorum, quae in ea Synodo pertractanda erunt, nunc magis quam alias celebrationem dilatam sollicitet, invenimus in Domino defigere tempus inchoandae synodi heic penes Metropoliam in Blasiu in Dominicam S. Thomae Apostoli, quae hoc anno iuxta Kalendarium novum in diem 5[am] mensis Maii incidit, idcirco interpellamus, provocamus et invitamus Illustritates Vestras, ut ad provincialem Synodum accedere velint. Et si forte aliquod canonicum impedimentum interveniret, quod accessum dictum impossibilem redderet, illud sine mora ad notitiam nostram adducatur, ut qua par est, ponderetur.

Illustritates Vestrae una simul cum omni honore fraterne rogantur, ut illos Ven. in Christo Fratres, quos ad Synodum adducere intendunt, qui qua Theologi pertractationibus synodalibus intersint, notificare velint.

Tandem illud quoque demisse expetimus, ut quoniam Synodus Dominica S. Thomae aperienda, et ita sessio 1[a]. publica habenda sit, pro qua praeparationes quaepiam faciendae erunt, ante illam saltem una prosynodalis generalis

baremu una Congregatiune generala prosinodala, in carea se se asiedie cele de asiediatu; deci asia se plecati de a casa, cá se Ve aflati in Blasiu pre 3 Mai dupa amiedia-dî.

Si dupa ce *tota darea cea buna si totu darulu deplenitu vine de susu dela Parintele Lumineloru* [1]) amu judecatu a fí catu mai salutariu, cá si prin rogatiuni publice inca se se cera dela preaînduratulu Domnedieu ajutoriulu cerescu preste lucrarile sinodali, si pentru aceea amu ordinatu in tienutulu Archi-diecesei a se face rogatiuni publice in tote Basericele sub totu decursulu Sinodului Provincialu, cá se se indure preabunulu Domnedieu a ni tramite darulu celu santu, cá acestu Sinodu inchoatu in numele Lui, se fia spre laud'a si marirea preasantei Treime a Tatalui si a Fiului si a Santului Spiritu. Aminu!

Datu in Blasiu in Curtîle Resiedintiei Nostre Metropolitane la 20/8 Martiu anulu Domnului una miia optu cente siepte dieci si doilea.

## II.

*Seriea acelor'a, ce s'au pertractatu atâtu in Congregatiunile generali, câtu si in Siedintiele publice a Sinodului Provinciei basericesci greco-catolice de Fagarasiu si Alb'a-Juli'a convocatu in Blasiu pre dîu'a de 5 Mai 1872 si pre cele nemidilocitu urmatorie.*

In dîu'a de 4 Maiu 1872 s'a tienutu in curtea Palatiului metropolitanu Congregatiunea preliminaria, in carea toti cei chiamati si de facia au emisu promisiune solemna cu privire la tienerea secreteloru Sinodului dupa formul'a cuprinsa in § 1. punctu III a Programului adausu sub A).

Dupa ace'a s'au constituitu oficialii Sinodului, precum se vede din adausulu sub B), si in urma s'au presentatu si supusu esaminarei literele deputatiloru chiamati.

[1]) Iac. I. 17.



Congregatio servanda veniet, in qua ea, quae ordinanda erunt ordinentur, igitur domo ita discedere placeat, ut saltem die 3 Maii post meridiem Blasium pervenire possint.

Et quoniam *omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum* [1]) maxime salutare esse iudicavimus, ut publicis quoque precibus a misericorde Deo coeleste pro laboribus Synodi adiutorium petatur, firmiter sperantes, etiam Illustritates V. taliter facturos, quemadmodum et Nos iam fecimus pro territorio Archidioecesis, ut in omnibus Ecclesiis toto decursu Synodi publicae preces fundantur; ut ita Deus Opt. Max. dignetur auxilium mittere de sancto suo, quo haec Synodus in Sanctissimo Suo Nomine inchoata ad laudem et gloriam Sanctissimae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sanctii cedat. Amen.

Datum Blasii in aedibus Residentiae Nostrae metropolitanae die 20/8 Martii, an. Dom. Millesimo octingentesimo septuagesimo secundo.

## II.

*Series eorum, quae tum in Congregationibus generalibus tum in Sessionibus Publicis Synodi Provinciae Ecclesiasticae gr. cath. Fogarasiensis et Alba-Iuliensis in diem 5tam Maii 1872 Blasium indictae ac subsequentibus diebus celebratae acta sunt.*

Die 4a Maii 1872 in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio praeliminaris, in qua omnes vocati et praesentes solemnem de servandis Synodi secretis emiserunt promisionem iuxta formulam in § 1. puncto III. Programmatis sub A). adnexi comprehensam.

Deinde officiales Synodi constituti sunt prouti ex adnexo sub B) apparet, ac demum vocatorum deputatorum litterae exhibitae et examini subiectae sunt.

[1]) Iac. I. 17.

In dîu'a de 5 Mai 1872, Dominec'a Santului Apostolu Toma, celebranduse sant'a Liturgia episcopésca in baseric'a metropolitana dela Sant'a Treime, dupa invocarea Spiritului Santu s'a tienutu antâi'a siedintia publica, in carea Escellenti'a Sa Reverendissimulu Domnu Metropolitu a tienutu vorbirea inaugurala catra Sinodu, care este adausa sub C) in originalu in limb'a romana si in versiune latina.

Dupa ace'a s'au publicatu decretele sinodali, si mai antâiu Decretulu despre inceputulu Sinodului, care este adausu sub D).

Dupa acest'a Decretulu despre emiterea Professiunei de credintia, adausu sub E); dupa acarui publicare a urmatu professiunea solemna de credintia emisa cu viersu inaltu de catra unulu fia-care membru dupa formul'a prescrisa de pontificele Rom. Urbanu VIII pentru orientali.

Apoi s'a publicatu decretulu despre modulu vietiei pre tempulu sinodului, precum se pote vedé sub F). In urma s'au cetitu decretele de a nu prejudecá, si de a nu se departá, cari se afla sub G) si H).

In 6 Mai 1872 s'a tienutu in curtea Palatiului metropolitanu Congregatiunea a II$^{a}$ generala, in carea dupa § 3 din Programu, toti membrii Sinodului s'au impartîtu in trei Comisiuni sinodale, precumu se vede din adausulu sub I). Comisiuniloru acestor'a li s'au datu spre desbatere siemele elucubrate, asia câtu Comisiunei I$^{me}$ i s'au venitu spre esaminare Capetele cuprinse in titulele despre Credintia, despre Baserica si despre Sinode. Comisiunei a II$^{a}$ i s'au concrediutu spre censurare Capetele tituleloru despre Beneficii, despre S. S. Sacraminte si despre Cultulu divinu, éra Comisiunei a III$^{a}$ i s'au datu spre revisiune Capetele deduse in titulele despre vieti'a Clerului, despre Ordulu calugarescu a Santului Basiliu Marele, despre instructiunea tinerimei si despre Judetiele basericesci.

In 9 Mai 1872 s'a tienutu in curtea Palatiului metropolitanu Congregatiunea a III$^{a}$ generala, in carea s'au admisu si stabilitu prin judecat'a Parintîloru Sinodului cari singuri se bucura de votu decisivu, Titululu I si cele 8 Capete de antâiu ale Titulului II in form'a cuprinsa in Decretele asternute Scaunului Apostolicu.



Die 5$^{a}$ Maii 1872 Dominica S. Ap. Thomae in Ecclesia metropolitana ad SS. Trinitatem solemni sacro Pontificali celebrato post invocationem Spiritus Sancti habita est Sessio I Publica, in qua Excellentissimus ac Reverendissimus D. P. Metropolita habuit ad Synodum sermonem inauguralem, qui sub C) in origine lingua romana et in versione latina adiacet.

Dein publicata sunt Decreta synodalia, primum quidem de inchoanda Synodo, quod sub D) adnectitur.

Post hoc de Professione Fidei emittenda, quod sub E) advolvitur, cuius publicationem solemnis Fidei catholicae Professio iuxta formulam ab Urbano VIII Rom. Pont. pro Orientalibus praescriptam a singulis membris alta voce emissa subsequuta est.

Hinc promulgatum est Decretum de modo vivendi durante Synodo prouti sub F) videre est. Demum perlecta sunt Decreta de non praeiudicando, ac de non discedendo, quae sub G) et H) exstant.

Die 6$^{a}$ Maii 1872 in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio II$^{a}$ generalis, in qua ad normam § 3. Programmatis universa membra Synodi in tres Commissiones synodales distributa sunt, quemadmodum in folio sub I) continetur. Hisce commissionibus ad discutiendum tradita sunt schemata elucubrata ita quidem, ut Commissioni I$^{ae}$ Capita in titulis de Fide, de Ecclesia, ac de Synodis comprehensa examinanda obtigerint. Commissioni II$^{ae}$ Capita titulorum de Beneficiis, de SS. Sacramentis et de Cultu Divino censuranda concredita fuerunt, Commissioni vero III$^{ae}$ Capita in titulis de vita Cleri, de Ordine monastico S. Basilii Magni, de Institutione iuventutis ac de Iudiciis ecclesiasticis deducta, ut reviderentur, fuere resignata.

Die 9$^{a}$ Maii 1872 in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio III$^{a}$ generalis, in qua judicio Patrum Synodi, qui soli decisivo gaudent voto, Titulus I. ac priora 8 Capita Tituli II. iuxta modum in Decretis Sedi Apostolicae submissis contentum admissa ac stabilita sunt.

In 11 Mai 1872 s'a tienntu Congregatiunea generala a IV[a] in carea s'au admisu si stabilitu prin judecat'a Parintiloru Sinodului Capetele 9 si 10 a Titulului II precumu si Decretele Titulului III si IV.

In 12 Mai 1872 Dominec'a portatorieloru de Miru, dupa celebrarea Liturgiei episcopesci prin Ilustritatea Sa Reverendissimulu Domnu Episcopu alu Lugosiului si dupa dimiterea poporului, s'a tienutu a dou'a Siedintia publica sinodala, in carea s'au promulgatu Decretele celoru patru Titule din inceputu.

In aceasi dî dupa amiedia-dî s'a tienutu in curtea Palatiului metropolitanu Congregatiunea generala a V[a], in carea prin judecat'a Parintiloru Sinodului s'a admisu si stabilitu cele 7 Capete din inceputu ale Titulului V si un'a parte dein Capulu 8.

In 13 Mai 1872 s'a tienutu Congregatiunea generale a VI[a], in carea prin judecat'a Parintiloru s'au admisu si stabilitu ce'alalta parte a Capului 8 si Capu 9 a Titulului VI, precumu si decretele Tituleloru VI, VII, VIII, IX si X.

In 14 Mai 1872 dupa celebrarea indatinata a santei Liturgii s'a tienutu in curtea Palatiului metropolitanu Congregatiunea generala VI., in carea stabilinduse mai multe cu privire la edarea cartiloru basericesci si de instructiunea tinerimei, s'au resolvitu suplicele indreptate catra Sinodulu provinciale.

In aceasi dî s'a tienutu in Baseric'a metropolitana a III[a] Siedintia publica sinodala, in carea s'au promulgatu Decretele cuprinse in Titulii V, VI, VII, VIII, IX si X. Apoi in sensulu §-lui 5 alu Programului s'a publicatu Decretulu de incheiarea Sinodului, care este adausu sub L), precumu si Decretulu de subscrierea Decreteloru Sinodului, care este adausu de impreuna cu subscriptiunile la insesi Decretele Sinodului. Dupa ace'a Sinodulu a rogatu pre Escellentissimulu Domnu Metropolitu, cá se cera dela Santulu Scaunu Apostolicu prea inalt'a confirmare a Decreteloru Sinodului. In urma dupa una vorbire tienuta de Metropolitulu, care se afla sub M), aducundu in modu solemnu multiumita Marelui si Preabunului Domnedieu, Datatoriulu toturoru bunetatiloru, Sinodulu Provincialu s'a inchisu.

---



Die 11[a] Maii 1872 habita est Congregatio generalis IV[a]. in qua Capita 9. 10 Tituli II., item Decreta Tituli III. et IV. iudicio Patrum Synodi admissa ac stabilita fuerunt.

Die 12[a] Maii 1872 Dominica Myrophorum, solemni sacro pontificali per Illustrissimum ac Reverendissimum D. Episcopum Lugosiensem celebrato, ac populo dimisso habita est Sessio II[a]. publica Synodalis, in qua Decreta priorum quatuor Titulorum promulgata sunt.

Eodem die a meridie in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio generalis V[a]., in qua priora 7. Capita Tituli V. et pars capitis 8. iudicio Patrum Synodi admissa ac stabilita sunt.

Die 13[a] Mai 1872 habita est Congregatio generalis VI[a]. in qua altera pars Capitis 8. et Caput 9. Tituli VI., item Decreta Titulorum VI, VII, VIII, IX et X. iudicio Patrum admissa ac stabilita fuerunt.

Die 14[a] Maii 1872 sacro iuxta morem celebrato, in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio generalis VII[a]., in qua diversis quoad librorum ecclesiasticorum, et in usum iuventutis erudiendae editionem stabilitis, supplices libelli Synodo provinciali exhibiti congruam solutionem nacti sunt.

Eodem die in Ecclesia metropolitana habita est Sessio III[a] publica Synodalis, in qua Decreta Titulis V, VI, VII, VIII, IX et X comprehensa promulgata sunt. Tum ad sensum § 5. Programmatis publicatum est Decretum de finienda Synodo, quod sub L) adiacet, item Decretum de subscribendis Synodi Decretis, quod una cum subscriptionibus ipsis Decretis Synodi adiectum est. Dein rogavit Synodus Excellentissimum D. P. Metropolitam, ut altissimam Decretorum Synodi Provincialis confirmationem a S. Sede Apostolica implorare velit. Demum habito per Metropolitam sermone, qui sub M) exstat, solemni largitori omnium bonorum Deo optimo maximo gratiarum actione Synodo Provinciali finis impositus est.

III.

A.

# PROGRAMULU

seau

## Modalitatea tienerei Sinodului provincialu

gr. cat. de Alb'a-Julia

Convocatu la Blasiu pre $\frac{5 \text{ Maiu}}{23 \text{ Aprilie}}$ 1872.

§. 1.

Dupa-ce voru fí convenitu cei chiamati la Sinodulu provincialu, in dîu'a prima se va tiené un'a Congregatiune prosinodala (preliminaria) in sal'a Resiedintiei metropolitane, in carea se voru dispune cele necesarie spre deschiderea Sinodului.

In acést'a Congregatiune

1. toti Parintii Sinodului imbracati in ornatulu loru propriu, anume: Episcopii cu patrafiru, mandía si camilafca, ér' ceia alti in ornatulu loru preotiescu, anume: cu greca seau cu paliu eclesiasticu voru ocupá locurile competenti la més'a in a carei'a frunte va presidiá Metropolitulu, premitiendu consultarei rogatiunea: „Imperate cerescu“;

2. dupa finirea acestei rogatiuni Metropolitulu va tiené un'a vorbire acomodata scopului acestei adunari;

3. finindu Metropolitulu vorbirea cu convoirea Episcopiloru presenti, va provocá pre toti membrii Sinodului a-si face promisiunea solemna „de a tiené secretele Sinodului“, recitandu formul'a urmatória: „promitu pre credinti'a preotiésca, cà voiu tiené in secretu religiosu



si sub tacere absoluta tote acele, cari voru fí cetite, desbatute, pertractate si decretate atâtu in Congregatiunile generali, câtu si in Sessiunile publice, nece voiu descoperí din cele nemenui nemic'a in ante de a se publicá acele pre calea sa, la tempulu prefiptu, cu modalitatea prescrisa“;

4. dupa aceea se va face provocare catra Parintii Sinodului, cá se aléga pre oficialii Sinodului (cari voru fí a-se alege cu modalitatea, ce se va gasí mai corespundietória), cari potu fí urmatorii:

α) Judii escusatiuniloru si ai càintieloru (Judices excusationum et querelarum).

β) Promotorii Sinodului.

γ) Secretarii Sinodului.

δ) Notarii Sinodului.

ε) Magistrulu Ceremonieloru Sinodului.

ζ) Teologii si Canonistii Sinodului.

5. La mandatulu presidiului secretariulu primu alu Sinodului va provocá pre deputatii Capituleloru, cá se-si produca documentele credentionali de procuratiune, cari presentandu-le presidiului, voru fí de a-se aprobá.

6. Dupa aceea Metropolitulu va intrebá pre Parintii Episcopi, de sciu pre cinev'a cà absentéza? debuindu a fí de facia la Sinodu.

7. Finindu-se tote acestea Metropolitulu va presentá spre cetire decretele preparate spre Sessiunea I-ma, si anume:

a) Decretulu deschiderei Sinodului.

b) Decretulu marturisirei Credintiei.

c) Decretulu traiului sub tempulu Sinodului.

d) Decretulu de a nu prejudecá.

e) Decretulu de a nu discede;

la cari tóte se va escere consensulu Parintiloru Sinodului.

8. Dupa tote aceste Metropolitulu in cointielegere cu parintii Sinodului va designá dîu'a spre a tiené Sessiunea I-a, carea staverindu-se, se va pune capetu Congregatiunei acestei preliminarie.

§. 2.

In dîu'a defipta pre Sessiunea I-a se va tiené cultulu divinu demanéti'a la 8½ óre in baseric'a catedrale cu tota solenitatea, la carea se va procede cu procesiune din curtea metropolitana.

**Ordulu procesiunei.**

Va fí urmatoriulu:

a) Va conduce mersulu unu Lectoru cu crucea metropolitana, asistandu 2. clerici cu luminarie de 2. laturi;

b) Dupa aceea teologii seminariali 2 cu 2. —

c) Dupa acesti'a Preotii, cari voru fí presenti;

d) Caror'a li voru urmá Canonistii si Teologii Sinodului;

e) Apoi Notarii si Secretarii Sinodului;

f) Promotorii Sinodului;

g) Superiorii Monasterieloru chiemati la Sinodu;

h) Deputatii Capituleloru dupa tempulu promovarei Episcopului loru;

i) Diaconii imbracati;

k) Capitululu metropolitanu in corpore imbracatu;

l) Vicariulu Capitulariu de Ghierl'a;

m) Episcopii in mandía si camilafca;

n) Metropolitulu, carele va si celebrá s. Liturgía.

N.B. Intrandu Episcopii in baserica, Corulu va intoná: „Éta Preotulu celu mare". seau „Multi ani".

o) Cei intrati toti voru cuprinde locurile loru in Presbiteriu, Canonicii in stalele canonicali, ér' cei'alalti in scaunele profesorali si clericali;

p) Cei ce voru celebrá voru intrá in altariu; ér' Episcopii voru ocupá scaunele Episcopesci; celu dela Orade scaunulu celu mare; celu de Lugosiu scaunulu de langa Iconostasu;

r) Metropolitulu si-va luá tempulu recerutu spre pregatire, dupa aceea se va imbracá pre amvonu.



s.) Sant'a Liturgia se va incepe cu: „Imperate cerescu", decantatu.

t.) Dupa finitulu S. Liturgie toti (cei ce nu au locu in Sinodu voru avé de a esí afora din baserica), er' cei cu locu in Sinodu voru cuprinde locurile sale langa més'a asiediata in presbyteriu, pre carea va fí, crucifisu, S. Evangelia si luminarie.

Asiediându-se toti, Metropolitulu din scaunulu presidialu va tiené cuventarea deschiderei Sinodului.

u.) Finindu-se cuventarea, Promotorii voru cere a-se publicá decretulu deschiderei Sinodului provincialu, la care Metropolitulu va demandá a se cetí acelu decretu de catra Secretariulu primariu.

Dupa finitulu cetirei Secretariulu primariu va intrebá pre Parintii Sinodului: „de Vi place decretulu cetitu despre deschiderea Sinodului provincialu"? la care respondiendu-se: „place", — acel'a va reportá despre acést'a Metropolitului, carele va enunciá: „Decretulu de deschidere a' placutu toturoru Parintiloru, deci dar' Noi dechieràmu Sinodulu provincialu de deschisu, si cu acest'a a-si luá inceputulu seu". —

v.) Totu asia se voru poté cetí si cele alte decrete, si anume: a) Decretulu despre depunerea marturisirei credintiei, — dupa a caruia cetire, toti membrii Sinodului provincialu, voru depune marturisirea credintiei cetita de Secretariulu primu.

N.B. Formul'a marturísirei credintiei pote fí seau cea „Piana", dedusa din mandatulu lui Piu IV., seau cea „Urbaniana", prescrisa pentru orientali.

Finindu-se actulu profesiunei credintiei se voru poté cetí si cele alte decrete si anume: b) Decretulu despre modulu traiului sub Sinodu. c) Decretulu de a nu prejudecá nemenui sub Sinodu. d) Decretulu de a nu discede dela Sinodu".

x.) Dupa cetirea acestor'a, Promotorii Sinodului voru cere a se dispune, cá se se deduca protocolu regulatu despre tote cele intemplate sub Sessiunea presente. Ce

va si dispune Metropolitulu demandandu Notariloru sinodali, cá se deduca Protocolu regulatu despre tote.

y.) Dupa acestea (se va deschide usi'a basericei, si) Metropolitulu va dá benecuventarea pontificale, dupa carea voru esî toti din basereca, si voru merge ér' cu procesiune pana la Curtea metropolitana, pre cumu au venitu.

§. 3.

In dîu-a urmatória va fí Congregatiunea generale a II-a in sal'a Curtei metropolitane, unde fù tienuta si cea preliminaria I-a.

In Congregatiunea acést'a se voru constituí sectiuni seau comisiuni speciali mai multe, caror'a li se voru comunicá proiectele de decrete sinodali prelucrate, asupr'a caror'a si-voru dá parerile sale, si pre candu voru fí gat'a, se voru tiené Congregatiuni generali, spre a asiediá si deduce decretele sinodali. —

N.B. Secretariulu primariu totu de un'a va incunoscientiá Parintiloru Sinodului, baremu cu una dî mai in ainte terminulu si dîu'a Congregatiuniloru generali.

§. 4.

Fiendu decretele sinodali concertate, staverite si acceptate despre cativ'a tituli, se va prefige dîu'a spre Sessiunea a II-a, cá se se publice cele staverite.

Cu acést'a modalitate se va procede totu de-un'a pana la capetulu Sinodului, fiendu Sessiunile publice de a se tiené cu modalitatea indigitata mai susu tienenda dupa finirea Cultului divinu in beseric'a catedrale, care lu va celebrá totu de-un'a cate unu Episcopu pre rondu.

In Sessiunile publice Metropolitulu la rogarea Promotoriloru va demandá Secretariului primariu alu Sinodului, cá se cetésca publice decretele staverite, dupa a caroru cetire Secretarii voru intrebá pre Parintii Sinodului, „de li placu decretele cetite"? si placundu la



toti, despre aceea voru referí Metropolitului, carele va enunciá „multiumita lui Ddieu" („charu Domnului"). —

N.B. Despre Congregatiunile generali, precum si despre Sessiunile publice Notarii Sinodului voru avé de a duce protocole formali regulate, cari voru contiené tóte cele pertractate.

§. 5.

Sessiunea ultima ér' se va tiené cu solenitatea celei I-a, anumitu cultulu divinu se va celebrá de catra Metropolitulu cu modalitatea tienuta la deschiderea Sinodului, anume in capetulu S. Liturgie Parintii Sinodulu si voru cuprinde totí locurile loru, si se voru publicá decretele ultime cu modalitatea dîsa in §. 4., — ce finindu-se Promotorii voru cere, cá nefiendu alte lucruri, se se puna capetu Sinodului, la carea cerere Metropolitulu va demandá a se cetí decretulu incheiarei Sinodului, dupa a carui'a cetire Secretariulu Sinodului va intrebá dela Parintii Sinodului „deca li place decretulu cetitu"? despre resultatu reportandu Metropolitului; acest'a va enunciá: Parintiloru Sinodului li-a placutu, cá se punemu capetu Sinodului provincialu, deci dara Noi cu acést'a punemu capetu Sinodului provincialu, si-lu dechiarâmu de incheiatu". —

Dupa aceste se voru subscrie actele Sinodului, se va tiené cuventare de incheiare si se va intoná „Marire intru cei de susu lui Domnedieu"; — si fininduse si benecuventarea pontificale, voru esî afora toti, si voru merge cu procesiune la Residenti'a metropolitana, de unde voru discede pana la prandiu, dupa carele fia-care se va poté re-intorná la ale sale.

Datu Blasiu in 1-a Maiu 1872.

Joanu Vancea m. p.
*Archiepiscopu si Metropolitu de Alb'a-Julia.*

## IV.

### B.

---

*Oficialii Sinodali.*

I. *Promotori.*

Rmulu D. Joanu Fekete Canonicu.
Rmulu D. Joanu Szabó Canonicu.

II. *Secretari.*

Il. si Rmulu D. Michailu Nagy Canonicu.
Rmulu D. Michailu Pavelu.
Rmulu D. Joanu Antonelli.

III. *Notari.*

Preaon. D. Joanu Rusu.
Preaon. D. Gavriilu Popu.
M. O. D. Dr. Vasiliu Iutiu.
M. O. D. Dr. Joanu Ratiu.
M. O. D. Dr. Victoru Mihályi.

IV. *Magistrulu Ceremonieloru.*

Rmulu D. Joanu Pamfilie Canonicu.

V. *Teologii Sinodului.*

Rmii DD. Joanu Szabó si Elia Vlass'a Canonici,
Rmii DD. Demetriu Coroianu, Michailu Pavelu, Grigoriu Moisilu, Petru Popu, si Joanu Antonelli, Vicarii Foranei.
Preaon. DD. Joanu Rusu si Gavriilu Popu Protopopi.

VI. *Canonistii Sinodului.*

M. O. DD. Dr. Vasiliu Iutiu, Dr. Joanu Ratiu si Dr. Victoru Mihályi.



## IV.

### B.

---

*Officiales Synodi.*

I. *Promotores.*

Revmus D. Ioannes Fekete Negrutiu Canonicus,
Revmus D. Ioannes Szabó Canonicus.

II. *Secretarii.*

Illmus ac Revmus Michaël Nagy Canonicus,
Revmus D. Michaël Pavelu,
Revmus D. Ioannes Antonelli.

III. *Notarii.*

Revmus D. Ioannes Rusu,
Revmus D. Gabriel Popu,
A. R. D. Dr. Basilius Iutiu,
A. R. D. Dr. Ioannes Ratiu,
A. R. D. Dr. Victor Mihályi.

IV. *Magister Caeremoniarum.*

Revmus D. Ioannes Pamfilie Canonicus.

V. *Theologi Synodi.*

Revmi DD. Ioannes Szabó et Elias Vlass'a Canonici,
Revmi DD. Demetrius Coroianu, Michaël Pavelu, Gregorius Moisilu, Petrus Popu et Ioannes Antonelli, omnes Vicarii Foranei.
Revndi DD. Ioannes Rusu et Gabriel Popu Protopresbyteri.

VI. *Canonistae Synodi.*

Ad. RR. DD. Dr. Basilius Iutiu, Dr. Ioannes Ratiu, Dr. Victor Mihályi.

VII. *Judii Escusatiuniloru si ai Cainticloru. Presiedinte.*
Rmulu D. Constantinu Papfalvi.

*Membrii.*

Il. si Rmulu D. Stefanu Moldovanu,
Rmulu D. Vasiliu Nistoru,
Rmulu D. Stefanu Biltiu,
Rmulu D. Elia Vlass'a.

---

*Comissiunile Sinodali.*

I. *Presiedinte.*

Ilustritatea S'a Joanu Olteanu Episcopu alu Lugosiului.

*Presiedinte substitutu.*

Il. si Rmulu D. Stefanu Moldovanu Prepositu.

*Membrii.*

Rmulu D. Joanu Fekete Negrutiu Canonicu.
Rmulu D. Vasiliu Nistoru Canonicu.
Rmulu D. Demetriu Coroianu.
Rmulu D. Joanu Antonelli.
Rmulu D. Petru Popu.
M. O. D. Dr. Joanu Ratiu.

II. *Presiedinte.*

Rmulu D. Joanu Anderco Vicariu Capitulariu.

*Membrii.*

Il. si Rvmulu D. Stefanu Moldovanu Prepositu.
Rmulu D. Constantinu Papfalvi Canonicu.
Rmulu D. Elia Vlass'a Canonicu.
Rmulu D. Grigoriu Moisilu.
Preaon D. Joanu Rusu.
Cuviosi'a S'a Parint. Veniaminu Jaczin.
M. O. D. Dr. Vasiliu Iutiu.



VII. *Iudices Excusationum et querelarum. Praeses.*
Revmus D. Constantinus Papfalvi.

*Membra.*

Illmus ac Revmus D. Stephanus Moldovanu,
Revmus D. Basilius Nistoru.
Revmus D. Stephanus Biltiu,
Revmus D. Elias Vlass'a.

---

*Commissiones Synodales.*

I. *Praeses.*

Illmus D. Ioannes Olteanu Episcopus Lugosiensis.

*Praeses Substitutus.*

Illmus ac Revmus D. Stephanus Moldovanu Praepositus.

*Membra.*

Revmus D. Ioannes Fekete Negrutiu.
Revmus D. Basilius Nistoru Canonicus,
Revmus D. Demetrius Coroianu,
Revmus D. Ioannes Antonelli,
Revmus D. Petrus Popu,
Adm. Revndus D. Dr. Ioannes Ratiu.

II. *Praeses.*

Rvmus D. Ioannes Anderco Vicarius Capitularis.

*Membra.*

Illmus ac Rvmus D. Stephanus Moldovanu,
Revmus D. Constantinus Papfalvi,
Revmus D. Elias Vlass'a,
Revmus D. Gregorius Moisilu,
Revndus D. Ioannes Rusu,
Ven. P. Beniaminus Iáczin,
A. R. D. Dr. Basilius Iutiu.

III. *Presiedinte.*

Rmulu D. Timoteu Cipariu Prepositu.

*Presiedinte substitutu.*

Rmulu D. Joanu Szabó Procuratoru Episcopalu.

*Membrii.*

Il. si Rmulu D. Michailu Nagy Canonicu.
Rmulu D. Stefanu Biltiu Canonicu.
Rmulu D. Joanu Pamfilie Canonicu.
Rmulu D. Michailu Pavelu.
Preacuviosi'a S'a Parint. Tom'a Jeronimu Albani.
Preon. D. Gavriilu Popu.
M. O. D. Dr. Victoru Mihályi.

---

**V.**
**C.**

---

*Avorbinti'a inaugurala tienuta la Deschiderea Sinodului provinciale in 5 Maiu 1872.*

Ilustrisimi si Preavenerati Domni Confrati Episcopi!
Preaonorati in Christosu Frati!

*„Aceast'a este diu'a, carea o a facutu Domnulu, se ne bucuramu si ne desfatamu intr'-ins'a“*. Psal. 117 v. 24.

Ce parintii nostrii au doritu cu doru ferbinte, si nu au ajunsu, aceea ni s'a datu noae se o vedemu in dîlele nostre; se vedemu maririle lui Domnedieu, carile le a facutu cu noi spre incoronarea lucruriloru sale. — Ni s'a datu, cá se vedemu dîu'a aceast'a, carea cu totu dreptulu se pote numí dîu'a „carea o facutu Domnulu, se ne bucuramu si se ne desfatamu intr'-ins'a“, cà-ci aceast'a e aleasa, cá se fia diu'a a trei'a memorabila in renascerea vietiei nostre basericesci.

Cea de-ântaia dî epocala a fostu dîu'a 5 Septembre 1700, dîu'a aceea mareatia, dîu'a sacra a mantuirei produsa de Spiritulu santu, in carea antenatii nostrii in frunte cu preafericitulu Archiepiscopu si Metropolitu Atanasiu I. primindu S. Unire cu S. Scaunu Apostolicu



III. *Praeses.*

Revmus D. Timotheus Cipariu Praepositus.

*Praeses Substitutus.*

Revmus D. Ioannes Szabó Procurator Episcopalis.

*Membra.*

Illmus ac Rvmus D. Michaël Nagy,
Revmus D. Stephanus Biltiu,
Revmus D. Ioannes Pamfilie,
Revmus D. Michaël Pavelu,
Ven. P. Thomas Hieronymus Albani,
Revndus D. Gabriel Popu,
Ad. R. D. Dr. Victor Mihályi.

---

**V.**
**C.**

---

*Oratio inauguralis Synodi Provincialis habita ab Excellmo Illmo et Revmo Dmno Archiepiscopo Alba-Iuliensi et Fogarasiensi.*

Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Confratres Episcopi!
Venerabiles in Christo Fratres!

*Haec est dies, quam fecit Dominus: exultemus et laetemur in ea.* Ps. (CXVII, 24).

Quod Patres nostri ardenti desiderarunt voto, neque ipsis datum est, illud nobis hisce diebus concessum fuit; ut videamus mirabilia Domini, quae ad coronandum opus suum operatus est. — Nobis videre hanc diem concessum est, quae omni iure dies nuncupari potest, quam Dominus fecit, ut exultemus et laetemur in ea, quoniam haec electa fuit, ut tertia sit dies regenerationis vitae nostrae ecclesiasticae.

Prima dies epochalis fuit dies 5 Sept. 1700, dies illa gloriosa, dies saluti per Spiritum sanctum effectae sacra, qua maiores nostri praeeunte Archiepiscopo et Metropolita fel. record. Athanasio I. Unionem cum Sancta Sede Apostolica Romana acceptantes in sinum dulcis

alu Romei, s'au re'ntorsu in sinulu dulcei mame comune a. s. Basericei catolice, dela carea numai vitregi'a tempiloru i-a fostu instrainatu cu seclii mai tardîu dupa asiediarea loru in aceste tienuturi departate de vetrele strabune[1]).

A dou'a dî epocala in viati'a nostra basericésca a fostu dîu'a 28/16 Octobrie a. 1855, cá dîu'a reactivarei acestei Metropolie venerande, carea reactivare o puse érasi in drepturile ei antice de autonomia deplina cu unic'a dependintia dela s. Scaunu apostolicu, precum dechiara ins'asi Bulla canonizatoria emanata la 26 Novembrie (6-ta Calendas Decembris) anului 1853, in cuvintele urmatorie: *„Ut ipsius dioecesis* (Fogarasiensis) *Antistes, quaeque „inibi existunt Ecclesiae . . . . . a pristina, cui antea „suberant, Metropolitae Strigoniensis jurisdictione et quavis „alia potestate et praerogativa jurisdictionali in perpetuum „pariter exemtae sint et liberatae . . . . . Porro huic „novae metropolitanae Ecclesiae Fogarasiensi tamquam „suffraganeas eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo „addicimus et attribuimus tum Ecclesiam Episcopalem „Magnovaradinensem in Hungaria, tum novas per Nos „erectas Episcopales item Ecclesias Lugosiensem scilicet „et Armenopolitanam . . . . . ut supradictae Episcopales „Ecclesiae Metropolitano Antistiti Fogarasiensi iuxta suum „ritum obsequentes subsint in vinculo charitatis*"[2]).

Aceste tote din grati'a Maiestàtii Sale Sacratissime Imperatu si Rege Apostolicu Franciscu Josifu I. si din ingrigirea apostolica a Santiei sale Sumului Pontifice Piu IX-le s'au si efeptuitu in dîu'a anumita, de carea s'au bucuratu si toti coetanii nostri cu noi de impreuna.

[1]) Vorbitoriulu aluda la léganulu gintei Romane, la cetatea Rom'a. Dela care ducunduni originea si cu sangele, si cu credinti'a suntemu Romani. Astufeliu in tote dîlele se verifica cuvintele Santului Paulu Rom. I, 8: *„Credinti'a vostra se anuntia in tota lumea"*. O gloria neperitoria a gintei Romane! O decore si frumsetia data singuru poporului Romanu! Credinti'a Romana, care e catolica, si care nobilitéza pre poporulu Romanu consociatu celorlalte ginti. Singuru in acést'a ne mandrimu; pentru acést'a bucurosu dorimu mortea. Aceste suntu semtiurile sufletului mieu, pre cari nu le am potutu retiené.

[2]) Papae Pii IX-i Bulla »Ecclesiam Christi«.



matris communis sanctae Ecclesiae Catholicae reversi sunt, a qua solummodo temporum iniuria saeculis integris tardius post eorum ad has regiones a laribus familiaribus[1]) longe dissitas adventum alienati fuere.

Secunda dies epochalis in vita nostra ecclesiastica fuit dies 28/16 Octobris an. 1855, utpote dies restaurationis venerabilis huius Metropolis, quae rehabilitatio eidem pristina iura iterum restituit, iura inquam autonomiae perfectae, cum unica a Sancta Apostolica Sede dependentia, uti ipsamet Bulla Canonizationis sexto Kalendas Decembris an. 1853 emissa declarat sequentibus verbis: *„Ut ipsius Dioecesis* (Fogarasiensis) *Antistes, quaeque „inibi existunt Ecclesiae . . . . . a pristina, cui antea „suberant, Metropolitae Strigoniensis iurisdictione et quavis „alia potestate et praerogativa iurisdictionali in perpetuum „pariter exemptae sint et liberatae . . . . . Porro huic „novae Metropolitanae Ecclesiae Fogarasiensi tamquam „suffraganeas eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuo „addicimus et attribuimus, tum Ecclesiam Episcopalem „Magno Varadinensem in Hungaria, tum novas per Nos „erectas Episcopales item Ecclesias Lugosiensem scilicet „et Armenopolitanam . . . . . ut supradictae Episcopales „Ecclesiae Metropolitano Antistiti Fogarasiensi iuxta suum „ritum obsequentes, subsint in vinculo caritatis*"[2]).

Haec autem omnia ex gratia Maiestatis Suae Sacratissimae Imperatoris et Regis Apostolici Francisci Iosephi I, et ex cura et vigilantia Apostolica Summi Pontificis Pii IX effectum sortita sunt die praefata, de qua laetati sunt una nobiscum et omnes coetanei nostrates.

[1]) Orator ad incunabula gentis Romanae (Rumeni) ad Urbem Romam alludit. A qua originem habentes et sanguine et fide sumus Romani. Ita quotidie illud Pauli Rom. I, 8: *„Fides vestra anuntiatur in universo mundo"* verificatur . . . . Oh gloriam immortalem gentis Romanae! Oh decus et ornamentum unico populo Romano concessum! Fides Romana, quae est catholica, quae caeteris gentibus populum Romanum consociatum nobilitat. In hac unice gloriamur, pro hac libenter mortem appetimus. — Haec animi mei sensa sunt, quae cohibere non potui.

[2]) Pii IX. Bulla »Ecclesiam Christi«.

Dara dîu'a a trei'a, carea asemenea e chiamata se fia epocala, ce e dîu'a de adi, cá diu'a incoarei Sinodului provincialu 1-mu spre organisarea acestei Metropolie, loru nu li s'a concesu, ci fù reservata noae, cá se ni dee si noae ocasiune si terenu de a ni implinî si aci cu demnitate misiunea sublima, ce ni s'a facutu, de a corespunde chiamarei nostre sacre de dupa asceptarea comuna, ce ne privesce din tote partile, si de a meritá de aceasta Institutiune sacra, singurulu paladiu a vietiei nostre spirituali.

Cene dara dintre noi se nu se bucure in Domnulu? cene se nu salte cu anim'a? vediendu-ne deja ajunsi la limanulu dorintieloru comune, intrandu in epoc'a a trei'a a renascerei nostre basericesci.

Eu sum patrunsu de firm'a convictiune, cà cu câtu e mai maretiu obiectulu bucuriei nostre, ce e Metropoli'a Basericei nostre, cu atâtu mai viua va fî si interesarea nostra de referintiele acelei-a, ce ni voru constitui temele, a caror'a resolvire ne ascepta de atâta tempu!

Si cu totu dreptulu! cà-ci comprobatu lucru e, cà prosperarea Institutiuniloru veru de ce natura se fia acele, depinde mai multu dela bun'a loru intocmire si organisarea scoposa, de câtu dela singur'a momentositate a intereseloru, ce suntu imbratîsiate de acele.

Deaca Noi Ilustrisimi si Venerati in Christosu Frati! fiendu insufletiti de atare motivu sacru vomu fî condusi de unu zelu demnu de misiunea nostra, au nu vomu poté sperá? cá cu binecuventarea ceresca se ni succeda organisarea câtu mai scoposa a acestei Provincie Basericesci; au nu vomu poté asceptá? cá se prosperedie lucrulu nisuintieloru nostre apostolice cerundu cu pietate ajutoriulu necesariu dela acel'a, Carele a dîsu in Sant'a Sa Evangelia: *„Dîcu voue, de cumva doi de intre voi „voru consemtî un'a pre pamentu, li se va dá loru totu „lucrulu, ce-lu voru cere dela parintele mieu, Carele e „in ceriuri"* — cà *„Unde voru fí doi sau trei adunati „in numele mieu, acolo sum Eu in mediloculu loru"*[1]).

Deci dara Prea-venerati in Christosu Frati! se ne nisuimu cu tota insufletirea animei a consemtî un'a intru tote lucrarile sacre, ce ne ascepta, se fimu adunati in nu-

[1]) S. Math. cap. XVIII. v. 19—20.



Verum tertia dies, quae similiter electa est, ut sit epochalis, est dies hodierna ceu dies inchoationis Synodi provincialis I. pro organizatione huius Metropolis, haec iisdem concessa non fuit, sed nobis fuit reservata, ut nobis quoque occasio et terrenum deputaretur sublimi missioni nobis traditae cum dignitate satisfaciendi; atque sacrae vocationi nostrae, quae undique respicit, iuxta expectationem communem correspondendi; item de hac sacra Institutione, quae unicum vitae nostrae spiritualis palladium est, bene merendi.

Quis ergo nostrum in Domino non laetabitur? quis animo non exultabit? videntes nos ad portum communium votorum pervenisse, tertiamque epocham regenerationis nostrae ecclesiasticae iam esse ingressos.

Equidem firmiter convictus sum, quod quo obiectum laetitiae nostrae est gloriosius, quod est Metropolis Ecclesiae nostrae, eo magis nobis cordi erunt conditiones status eiusdem, quae et themata, quorum resolutio nos expectat, constituent.

Et merito! Quoniam probata res est, Institutionum cuiuscumque naturae illae sint, prosperitatem multo magis a bona eorum regulatione et organizatione dependere, quam a sola ponderitate momentorum, quae eisdem adnexa existunt.

Si ergo Nos Illustrissimi et Venerabiles in Christo Fratres tali sacro motivo animati et zelo missione nostra digno ducti fuerimus, annon sperare poterimus, ut cum caelesti benedictione quo melior organizatio huius ecclesiasticae provinciae succedat? annon poterimus expectare? ut labor apostolicorum nostrorum conatuum prosperet, cum pietate auxilium necessarium ab eo efflagitando, qui in Evangelio suo dixit: *„dico vobis, quia si duo ex vobis „consenserint super terram, de omni re quamcumquo petierint, fiet illis a Patre meo, qui in coelis est"*, quoniam: *„Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo; ibi „sum in medio eorum"*[1]).

Omnibus igitur Venerabiles in Christo Fratres! facultatibus adnitamur, ut concordes simus in sacris laboribus, qui nos expectant; ut congregati simus in no-

[1]) Math. XVIII, 19 et 20.

dupa dîs'a S. Scripture *„au convenitu Apostolii si betranii, cá se vedia de cuventulu acest'a"* [1]) se consultamu fratiesce despre tote acele, ce s'aru recere spre deplin'a organisare a Provinciei nostre basericesci, si ce ar' poté conduce de dupa cercustarile, ce le avemu, spre deplinirea apostoliei nostre in tote privintiele.

Deci dara aci e terenulu, pre carele se ni desfasiuramu totu zelulu, ce ne insufletiesce, acum e tempulu, cá si noi cá odiniora santii Apostoli *„se facemu cercare mare"* [2]) se incercamu *„carea e voi'a Domnului buna, bineplacuta si perfecta"* [3]), cà-ci aceast'a facundu acum, vomu implini si alt'a detorintia sacra, ce anume ni o impunu sacrele Canone despre tienerea sinodeloru provinciali, carile revérsa atâte folose preste Provinciele basericesci respective.

Asia e Preavenerati in Christosu Frati! aceste folose multe si mari ale Sinodeloru dela inceputulu Basericei fiendu comprobate in fapta, atâtu Pontificii români câtu si alti Archierei zelosi nu au dubitatu a comendá cu totu adinsulu tienerea sinodeloru cá celu mai salutariu remediu in contra decadintiei religioso-morale. — Intre altii nenumerati asia dîce Sumulu Pontifice Alesandru VII-le in Constitutiunea 20 scriendu catra Episcopii Italiei *„Persuasissimum vobis esse non dubitamus, nihil frequenti animarum recognitione, synodorumque celebratione populorum saluti ac veteri disciplinae constituendae, nihil catholicorum principum paci a Deo impetrandae accommodatius esse, quo intermisso magna in moribus continuo ad omnem improbitatem ac peccandi licentiam facta est immutatio"* [4]).

Er' parintii Conciliului provincialu dela Coloni'a tienutu la anulu 1549 in Tit. de synodorum celebratione cap. 1. asia vorbescu *„In Synodis redintegratur unitas, studetur corpori in sua integritate conservando, ubi ea, quae in visitatione non dabatur exequi, exequutionem studiis com-*

[1]) Fapt. App. cap. v. 6.
[2]) Ibid. v. 8.
[3]) S. Paulu Epist. Rom. c. XII. v. 2.
[4]) Bullarium Rom. Tom. 6. pag. 36.



iuxta scripturae effatum: *„Convenerunt Apostoli et seniores videre de verbo hoc"* [1]), fraterne consultationem instituamus de iis omnibus, quae ad plenam et perfectam huius nostrae ecclesiasticae provinciae organizationem requirerentur, et quae ad munus Apostolatus sub circumstantiis, in quibus versamur, quovis respectu implendum conducerent.

Hoc igitur est terrenum, in quo totum zelum qui nos animat, evolvamus oportet; nunc est tempus, ut nos quoque uti quondam Apostoli: *„magnam conquisitionem faciamus"* [2]), ut investigemus *quae sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta* [3]), quoniam hoc facientes, et alteri parti muneris nostri sacri satisfaciemus, quam nempe sacri canones per obligationem habendi Synodos provinciales imponunt, quae tot tantasque utilitates respectivis ecclesiasticis provinciis solent adferre.

Ita sane res se habet Ven. in Christo Fratres! hae utilitates multifariae Synodorum iam ab incunabulis Ecclesiae habitarum, quum facto probatae sint, tam Romani Pontifices, quam alii Praesules zelo ducti, non dubitarunt oportune importune Synodorum mandare celebrationem, tamquam maxime salutare remedium contra decadentiam religioso-moralem. Inter innumeros alios, ita loquitur Summus Pontifex Alexander VII. Constitutione XX. ad Italiae Episcopos data: *„Persuasissimum vobis esse non dubitamus, nihil frequenti animorum recognitione Synodorumque celebratione, populorum saluti ac veteri disciplinae constituendae, nihil catholicorum principum paci a Deo impetrandae accommodatius esse, quo intermisso magna in moribus continuo ad omnem improbitatem ac peccandi licentiam facta est immutatio"* [4]).

Et Patres Concilii provincialis Coloniensis an. 1549 habiti Tit. de Synodorum celebratione cap. 1. haec dicunt: *„In Synodis redintegratur unitas, studetur corpori in sua integritate conservando, ubi ea quae in visitatione non dabatur exequi, exequutionem studiis com-*

[1]) Act. XV, 6.
[2]) Act. XV, 7.
[3]) Rom. XII, 2.
[4]) Bulla. tom. VI, pag. 36.

*„munibus assequuntur, ubi de capite et membris, de fide „et pietate, de religione et cultu divino, de moribus et „disciplina, de obedientia, de iudiciis et rebus omnibus ad „bene christianeque vivendum commodis vel necessariis „tractatur, atque statuitur; ut verissima in reformationis „formula dicatur: salus Ecclesiae, terror hostium eius, et „fidei catholicae stabilimentum sunt Synodi, quas etiam „rectissime corporis Ecclesiae nervos diximus. Ne„glectis enim Synodis non aliter ordo ecclesiasticus diffluit, „quam si corpus humanum nervis solvatur“* [1]).

Din aceste documinte auguste se cunosce nu numai utilitatea sinodeloru, ci de un'a data si sumariulu obiecteloru, ce potu vení la pertractare intru unu sinodu provincialu. Asemeni obiecte vomu avé si noi mai multe de a luá la desbaterile nostre, precum se va vedé din lucrarile preliminarie intreprinse spre acestu scopu, pre catu s'a potutu in spiritulu canoneloru santei Baserice grecocatolice din vechime, conformu oftarei Santiei Sale Sumului Pontifice Piu IX-le dechierate in Brevele apostolicu emanatu la 21 Juniu 1858. catra Episcopii acestei Provincie basericesci, dîcundu intre altele *„Cum in animo „nobis sit, omnibus praesentibus rerum, temporum loco„rumquae adiunctis sedulo perpensis opportuna omnia inire „consilia, quibus spiritualem istius Ecclesiasticae Provinciae „procurationem ad rectam orientalis Ecclesiae normam ac „salutaria praescripta magis magisque componere et ordi„nare valeamus“.*

Er' instructiunea pervenita dela Sacr'a Congregatiune de Propaganda Fide ddto 28 Juniu 1858, intre altele contiene urmatorele *„Quod libentissimo animo praestitit etiam „SS. Dominus noster PIUS PP. IX. . . id unicum requirens, „ut errores omnino evellerentur, sed ritus orientalis maneat „inviolatus, quemadmodum et disciplina, quam ante „schisma, orientales servabant et profitebantur, quaeque*

[1]) Harduin. Collect. Concil. Tom. 9. colum. 2096.



*„munibus assequuntur, ubi de capite et membris, de fide „et pietate, de religione et cultu divino, de moribus et „disciplina, de obedientia, de iudiciis et rebus omnibus ad „bene christianeque vivendum commodis vel necessariis „tractatur, atque statuitur; ut verissime in reformationis „formula dicatur: salus Ecclesiae, terror hostium eius, et „fidei catholicae stabilimentum sunt Synodi, quas etiam „rectissime corporis Ecclesiae nervos diximus. Ne„glectis enim Synodis non aliter ordo ecclesiasticus diffluit, „quam si corpus humanum nervis solvatur“* [1]).

Ex hisce augustis documentis non solum utilitas Synodorum cognoscitur, verum simul et summarium obiectorum, quae ad pertractationem unius Synodi provincialis pertinent. Similia plura obiecta habebimus et nos in consultationibus nostris pertractanda, prouti vel ex praeliminaribus laboribus ad hunc scopum in quantum fieri potuit iuxta spiritum canonum Sanctae Ecclesiae graecocatholicae antiquae susceptis patulum fiet, conformiter voluntati Sanctitatis Suae Summi Pontificis PII IX in Brevi Apostolico 21 Junii an. 1858 ad Episcopos huius ecclessiasticae provinciae emanato declaratae, inter caetera inquientis: *„Cum in animo nobis sit, omnibus praesentibus „rerum, temporum locorumque adiunctis sedulo perpensis „opportuna omnia inire consilia, quibus spiritualem istius „ecclesiasticae Provinciae procurationem ad rectam orientalis „Ecclesiae normam, ac salutaria praescripta magis ma„gisque componere et ordinare valeamus“.*

Instructio autem a S. Congr. de Propaganda Fide die 28 Iunii 1858 data, inter caetera haec habet: *„Quod „libentissimo animo praestitit etiam SSmus Dominus „noster PIUS PP. IX. . . id unicum requirens, ut er„rores omnino evellerentur, sed ritus orientalis maneat „inviolatus, quaemadmodum et disciplina, quam ante „schisma, orientales servabant et profitebantur, quaeque*

[1]) Ap. Harduin. Collect. Concil. tom. IX. col. 2096.

*„venerandis ipsorum antiquis Lyturgiis ac Ritualibus in-„nititur, religiose custodiatur“.*

*„Equidem non alio consilio novam Ecclesiasticam Pro-„vinciam ab Alba-Iulia dictam praelaudatus Pontifex insti-„tuit, quippe qui explicite mandavit, ut forma atque admini-„stratio ad ritum et disciplinam orientalis Ecclesiae exigeretur.*

Si mai in diosu totu acolo se dice *„Porro Sanctitas Sua, „cui nihil est potius, quam ut disciplina orientalis in sua puri-„tate vigeat, ac servetur, summopere in primis desiderans“. etc.*

Acestoru enunciari preainalte amesuratu suntu deduse lucrarile preliminarie pregatite spre scopulu acestui sinodu provincialu, dara de un'a data totu acele suntu combinate de dupa cerinti'a esigentieloru de acum.

Dreptu aceea Preavenerati in Christosu Frati! acum nu se vede a mai restá alt'a de amentitu, de câtu numai aceea, ce si altcum de sene se intielege, cá anume fiacarele, de dupa dîs'a cunoscuta a S. Augustinu *„in necessariis unitas, „in dubiis libertas, in omnibus charitas“*, se se folosesca de libertatea aceea, ce o recere una convictiune firma produsa de adeveru, si carea e sustienuta de amorea sincera de a-lu perduce la valore, — inse cu tota discretiunea. Cà-ci aceast'a conditioneadia efeptulu lucrariloru omenesci bilansate multu pucinu prin cercustarile subversante ale vietiei publice, pentru carea se intreprindu acelea; precumu dîce marele Pontifice Benedictu XIV-le in cuventele urmatore: *„Mutantur in dies hominum mores, mutantur „rerum circumstantiae, et quod uno tempore utile erat, „postea inutile et quandoque perniciosum evadit. Prudentis „autem Praelati est in iis, ad quae superioris lege non „adigitur, se loco et tempori accommodare, et quaedam, „quae olim in usu erant praetermittere, sicut ad rectum „suae Dioecesis regimen magis expedire in Domino „iudicaverit“* [1]).

De-ci dara cu ajutoriulu preabunului Domnedieu se ne apucamu de lucrarile nostre, ce ni le impune misiunea sacra, la carea suntemu chiemati! Aminu!

[1]) Benedict. XIV in oper. de Synodo dioec. Tom. I. cap. 3. Nr. 7.



*„venerandis ipsorum antiquis Liturgiis ac Ritualibus in-„nititur religiose custodiatur“.*

*„Equidem non alio consilio novam ecclesiasticam „provinciam ab Alba-Iulia dictam praelaudatus Pontifex „instituit, quippe qui explicite mandavit, ut forma atque „administratio ad ritum ac disciplinam orientalis Ecclesiae „exigeretur“.*

Et inferius ibidem: *„Porro Sanctitas Sua, cui nihil „est potius, quam ut disciplina orientalis in sua puritate „vigeat ac servetur summopere in primis desiderans etc.*

His sublimibus enunciationibus conformiter sunt deductae elucubrationes praeliminares ad scopum huius provincialis Synodi paratae, una vero eaedem et praesentium exigentiarum postulato sunt adaptatae.

Quare Ven. in Christo fratres! nunc nihil aliud superesse videtur memorandum, quam unice id, quod caeteroquin per se fluit, ut nempe unusquisque pervulgato S. Augustini dicto: *„In necessariis unitas, in dubiis li-„bertas, in omnibus caritas“*, ea utatur libertate, quam firma convictio de veritate producta requirit, et quae solo amore sincero suffulta eam ad valorem perducere nititur; verum hoc etiam debita cum discretione. Quoniam ab hac conditionatur effectus humanorum laborum, qui plus minus iuxta subversantes vitae publicae circumstantias solent librari, pro qua et suscipiuntur, prout Magnus Pontifex Benedictus XIV sequentibus verbis exprimit: *„Mutantur in dies hominum mores, mutantur rerum cir-„cumstantiae, et quod uno tempore utile erat, postea inutile „et quandoque perniciosum evadit. Prudentis autem Praelati „est in iis, ad quae superioris lege non adigitur, se loco „et tempori accomodare, et quaedam, quae olim in usu „erant praetermittere, sicut ad rectum suae Diocesis re-„gimen magis expedire in Domino iudicaverit“* [1]).

Deo igitur opem auxiliumque praestante labores suscipiamus nostros, quos missio sacra, ad quam vocati sumus, nobis imponit. Amen.

[1]) Bened. XIV de Syn. Dioec. lib. l. cap. 3.

## VI.

### D.

*Decretulu de deschidere a Sinodului provincialu.*

In numele Preasantei si Nedespartîtei Treime, a Tatalui, si a Fiiului, si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alba-Juli'a si Fagarasiu etc. etc. etc.

Spre laud'a si marirea Preasantei Treime a unui Domnedieu in fientia si trinu in persóne, Tatalu si Fiiulu si Spiritulu Santu, — in onorea Nepatatei Domnei nostre Nascatoria de Domnedieu si totu deun'a Vergura Mari'a, — a santului Josifu sponsulu Preacuratei Vergure, — a santului Joanu Botezatoriulu, — a santîloru Apostoli Petru si Pavelu, si a toturoru santîloru lui Domnedieu; — intru decórea si emolumentulu santei Maice Baserece catolice, si intru prosperarea Santei Uniri si comuniuni cu santulu Scaunu Apostolicŭ;

conformu vointiei si oftarei Prealuminatiloru Parenti Episcopi conprovinciali ai Provinciei nostre basericesci greco-catolice romane de Fagarasiu si Alba-Juli'a, statorimu si decretàmu, cá Sinodulu provincialu alu acestei Provincie basericesci, dupace pre acel'a cu auctoritatea nóstra metropolitana l'amu fostu convocatu mai inante, se-si iae inceputulu seu in dîu'a de adî, adeca in a 5 Maiu, 23 Aprilie 1872 [1]), in Dominec'a Tomei [2]) si serbatorea S. Georgiu Martiru, precum pre acel'a -lu si dechieràmu de deschisu si inceputu in acést'a dî.

Atotupotintele Domnedieu Tatalu se se indure a ni impartesí noue intieleptiunea asistrice scaunului seu; Domnedieu Fiiulu se fia in midiloculu nostru si se conduca lucrarile nostre, Domnedieu Spiritulu Santu se ne luminedia cu lumin'a darului seu celu santu — Aminu.

[1]) Numerulu de asupr'a areta dîu'a dupa Calendariu Gregorianu, ce-lu folosesce baseric'a latina; celu de desubtu dupa celu Julianu, de care se folosesce baseric'a greca, precum ori si ce cetitoriu pote observá.

[2]) Antâi'a dupa Pasci.



## VI.

### D.

*Decretum de inchoanda Synodo provinciali.*

In nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis, Patris, et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc. etc.

Ad laudem et gloriam Sanctissimae Trinitatis, unius Dei in essentia et trini in personis, Patris et Filii et Spiritus Sancti; — in honorem Immaculatae Dominae Nostrae Deiparae et Virginis Mariae, — Sancti Iosephi Sponsi Purissimae Virginis, — Sancti Ioannis Baptistae, — Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Omnium Sanctorum Dei, — in decus et emolumentum Sanctae Matris Ecclesiae Catholicae, et in prosperitatem sacrae Unionis et Communionis cum Sancta Apostolica Sede.

Conformiter voluntati et desiderio Illustrissimorum Patrum Episcoporum comprovincialium Provinciae nostrae ecclesiasticae graeco-catholicae romanae Fogarasiensis et Alba-Iuliensis statuimus et decernimus, ut provincialis huius ecclesiasticae Provinciae Synodus, postquam eamdem iam prius auctoritate nostra Metropolitana convocaveramus, hodierno die scilicet 5 Maii 23 Aprilis 1872 [1]) in Dominica S. Thomae [2]) et Georgii Martyris sumat initium, prouti eamdem hodierno die apertam et inchoatam esse declaramus.

Omnipotens Deus Pater dignetur participes nos efficere sapientiae throno Eius assistentis; Deus Filius in medio sit nostri et opera nostra conducat; Deus Spiritus Sanctus illuminet nos lumine gratiae suae Sanctae — Amen.

[1]) Numerus superior exhibet diem iuxta Kalendarium Gregorianum, quo Ecclesia utitur Latina; inferior Iulianum, quo Graeca, uti unicuique legenti patebit.

[2]) Prima post Pascha.

## VII.

### E.

*Decretulu despre profesiunea credintiei.*

In numele Preasantei si Nedespartîtei Treime, a Tatalui, si a Fiiului, si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alba-Juli'a si Fagarasiu etc. etc. etc.

Santulu Apostolu Pavelu ne invetia: *„cà cu anim'a „se crede spre dreptate, si cu gur'a se marturisesce spre „mantuire“* [1]), ér' Domnulu nostru Isusu Christosu ne asecura dîcundu: *„totu celu ce me va marturisí pre „mene in antea omeniloru, si eu -lu voiu marturisí pre „elu in antea Parentelui mieu, carele este in ceriuri“* [2]).

Asia dar' e lucru salutariu a marturisí credenti'a, candu se recere; dar' si altu cum avendu noi cea mai sacra detorintia de a grigí cu tóta solicitudenea apostolica, cá sant'a credentia, ce o marturisesce sant'a Baserica catolica, se fia pastrata si conservata intréga si neschimbata in tota Provinci'a nostra basericésca; e neaparatu intru adeveru, cá pastorii sufletesci, si intre acesti'a Archipastorii respectivi se dée esemple si dovedi despre puritatea si intregitatea credentiei loru, totu deun'a candu se recere acést'a.

Deci, lucrulu cuvenintiosu e, cá si in momentele aceste solemne, Prealuminatii Parentii, si toti cei alalti membrii ai Acestui Sinodu inca se faca inceputulu lucrariloru sale cu marturisírea credentiei catolice, ce credu si o profesiédia, dîcundu: „Eu N. credu“ scl.

[1]) Rom. X. 10.
[2]) Math. X. 32.



## VII.

### E.

*Decretum de professione fidei.*

In Nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis, Patris, et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc. etc.

Sanctus Paulus Apostolus nos edocet aiens *„corde „creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salu„tem“* [1]); et Dominus noster Iesus Christus certiores nos reddit, dicens: *„Omnis qui confitebitur me coram „hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui „in caelis est“* [2]).

Opus itaque salutare est fidem, cum exigatur, profiteri; caeteroquin et officium habemus, cum omni sollicitudine apostolica invigilandi, ut fides, quam Sancta, Ecclesia catholica profitetur, in tota provincia nostra ecclesiastica integra inviolataque teneatur et conservetur, proin est omnino necessarium, ut animarum Curatores, et inter hos respectivi Archipastores exempla praebeant, et integritatem suae fidei toties, quoties hoc exigeretur, ostendant.

Conveniens ergo est, ut hisce etiam solemnibus momentis Patres et alia membra huius Synodi initium laborum suorum sumant professione fidei catholicae, quam credunt et profitentur, dicentes: Ego N. credo etc.

[1]) Rom. X. 10.
[2]) Math. X. 32.

## VIII.

### F.

*Decretulu despre modulu vietiei sub tempulu Sinodului.*

In numele Preasantei si Nedespartîtei Treime, a Tatalui, si a Fiiului, si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alba-Juli'a si Fagarasiu etc. etc. etc.

Dupa-ce noi, precumu dîce s. scriptura *„nu potemu „face nemic'a de noi cá dela noi, ci tota suficienti'a „nostra e dela Domnedieu“* [1]), e neaparatu de lipsa, cá nu numai tote lucrarile nostre se fia indreptate spre marirea lui Domnedieu, ci cá si ajutoriulu de a perface, ce e bunu si salutariu, se fia cerutu dela *„Parintele luminiloru dela care vine tota darea cea buna si totu darulu „deplinitu“* [2]), dreptu ace'a sub totu tempulu deprinderiloru nostre sinodali se ne intorcemu cu rogatiuni ferbinti catra preabunulu Domnedieu, cá se se indure, se dée incrementu osteneleloru nostre.

Si cá cererile nostre se fia mai placute Domnului, se ve nisuiti toti, cá tote virtutile, carile vi-au respanditu odorea beneplacuta in calea edificarei morali de pana acumu, sub tempulu acestui Sinodu, se relucésca inca si mai deplinitu, cá asiá *„omenii vediendu faptele „vostre cele bune“*, (carile se astépta cu totu dreptulu dela cei chiamati in sórtea Domnului), *„se preamarésca „pre tatalu vostru carele este in ceriuri“* [3]).

Deci agendele nostre afora de sinodu, se fia: rogatiunea, ascultarea cultului divinu, serbarea santei liturgie si deprinderea in faptele indurarei.

[1]) II. Cor. III. 5.
[2]) Ep. Jacobu I. 17.
[3]) Matth. V. 16.



## VIII.

### F.

*Decretum de modo vivendi tempore Synodi.*

In nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc. etc.

Posteaquam nos, uti divinae aiunt Litterae *„nihil „facere possumus a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia „nostra a Deo est“* [1]) est omnimode necessarium non modo omnia nostra opera ad Dei gloriam dirigere, verum etiam ut adiutorium, bonum et salutare perficiendi, postulatum sit *a Patre luminum*, a quo *omne datum optimum et omne donum perfectum descendit* [2]), idcirco toto nostrarum synodalium occupationum tempore ad Deum Opt. Max. orationibus ferventibus nos convertamus, ut incrementum laboribus nostris tribuere dignetur.

Et ut petitiones nostrae Deo magis acceptabiles sint, conamini, ut omnes virtutes, quae odorem beneplacitum hucusque in via aedificationis moralis emiserunt, tempore huius Synodi adhuc plenius elucescant, ut ita *videntes homines opera vestra bona* (quae omni iure exigunt ab iis, qui in sortem Domini vocati sunt), *glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est* [3]).

Itaque agenda nostra extra Synodum sint: oratio, auditio cultus divini, Missae celebratio et exercitium operum misericordiae.

[1]) II. Cor. III. 5.
[2]) Ep. Iacobi I. 17.
[3]) Math. V. 16.

## IX.

### G.

*Decretulu de a nu discede.*

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alba-Juli'a si Fagarasiu etc. etc. etc.

Fiendu-cà toti Episcopii conproviuciali au dreptu, dara si obligatiune de a intrefí acestui Sinodu provincialu, ce s'a convocatu pre calea si in form'a s'a: deci pre toti Prealuminatii Episcopi conprovinciali, adunati la acestu Sinodu, i rogàmu si obtestàmu in Domnulu, cá nece unulu se nu se departa dela acestu Sinodu, pana ce acelui'a nu se va pune capetu dupa form'a s'a.

Dar' avendu causa fundata spre departare, ce s'aru recunósce si aprobá si de Noi, dupa departarea s'a se-si constituedie procuratoriu istetiu, carele in numele densului si a basericei catedrale se primésca si se subscrie tóte decretele si constitutiunile acestui Sinodu provincialu.

Totu una-data dogenimu in Domnulu si pre cei alalti membrii ai acestui Sinodu pre toti, cá nece dintre acei, nece unulu se nu discéda dela acestu Sinodu pana la capetulu ce i s'aru pune dupa modulu prescrisu, fora avendu causa fondata spre discedere, ace'a se se propuna mai antâiu Judiloru sinodali de escusatiuni, si numai dupa incuvenintiarea acelor'a si aprobarea nostra se va poté intemplá departarea.

---

## X.

### H.

*Decretulu de a nu prejudecá.*

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alba-Juli'a si Fagarasiu etc. ect. etc.

De cumu-va s'aru fí întemplatu, cá unulu seau altulu carev'a se intrefia acestui Sinodu, carele nu ar' avé dreptu la acel'a, seau si-aru cuprinde unu locu, ce nu iaru compete; determinàmu si dechiaràmu prin aceste,



## IX.

### G.

*Decretum non discedendi.*

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a etc.

Cum omnes comprovinciales Episcopi ius et officium huic Synodo legitime convocatae interveniendi habeant; omnes Illmos Episcopos comprovinciales enixe rogamus et obtestamur in Domino, ut ab hac Synodo usque dum iuxta morem finis non imponatur, nullus discedat.

Causam autem fundatam discendendi, quae a Nobis recognosceretur et approbaretur, habentes, post discessum procuratorem idoneum constituant, qui suo et Ecclesiae cathedralis nomine acceptet ac subscribat omnia decreta constitutionesque huius provincialis Synodi.

Una simul et alia omnia membra huius Synodi monemus in Domino, ut neque ex iis quisquam ab hac Synodo discedat, usque dum eidem iuxta modum praescriptum finis imponeretur; ast causam fundatam discedendi habentes, prius Iudicibus synodalibus excusationum pro recognitione et approbatione proponant, et solum ita discedere poterunt.

---

## X.

### H.

*Decretum non praeiudicandi.*

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc. etc.

Si forte acciderit, quempiam huic Synodo, ad quam nullum ius haberet, interfuisse; aut locum ipsi non competentem occupasse; praesentibus determinamus ac decla-

cà din atare fapta, acela nu-si castiga nece unu dreptu, nece competenti'a locului, ce nu i se cuvine; ci tote remanu in valorea statului seu de mai in ante, fora a fí detrasu cev'a din dreptulu celui vatematu seau scurtatu.

---

## XI.

### I.

*Decretulu de incheiare.*

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alba-Juli'a si Fagarasiu etc. etc. etc.

Dupa-ce suntu pertractate si asiediate tote acele, ce dupa cerinti'a cercustariloru presenti s'au judecatu a fí fostu de pertractatu si asiediatu atatu despre Credentia, câtu si despre Jerarchí'a si restaurarea disciplinei basericesci; si fiendu-cà si lips'a ingrigirei spirituale a poporeniloru incredentiati acum dupa mai indelungata absentare dela basericele catedrali -i rechiama la ale sale pre toti parentii ai acestui Sinodu: amu gasitu in Domnulu a pune capetu acestui Sinodu provincialu, si cu acést'a -lu dechiaramu de incheiatu.

Datu Blasiu la 14/2 Maiu 1872.

---



ramus, nullum ius ex tali facto, neque competentiam loci ipsi non debiti acquirere, sed omnia remanere in praecedentis statuti valore, nihilque detrahi iuri offensi.

---

## XI.

### I.

*Decretum conclusionis.*

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc. etc.

Postquam ea omnia, quae iuxta circumstantiarum exigentiam pertractanda et stabilienda fore, iudicatum fuit, tam de Fide ac de Hierarchia, tam de disciplinae ecclesiasticae restauratione pertractata et stabilita fuerunt; nunc cum necessitas curae spiritualis fidelium concreditorum post diuturnam absentiam omnes Patres ad sua unumquemque revocet, finem huic Synodo provinciali facere invenimus in Domino, qua de causa eandem praesentibus pro clausa declaramus.

Datum Blasii 14/2 Maii 1872.

## XII.

L.

*Avorbinti'a Escellentiei Sale Ilustrissimului si Reverendissimului D. Archiepiscopu de Fagarasiu si Alba-Juli'a tienuta la inchierea sinodului provinciale.*

Ilustrisimi Domni Confrati Episcopi!
Preaonorati in Christosu Frati!

In a carui'a preasantu nume amu inceputu si continuatu lucrarile nostre sub decursulu acestui Sinodu provincialu, spre a acelui'a lauda si marire amu si terminatu tote acele, ce ni s'au vediutu a fí de asiediatu.

Ce dara pote fí mai cuveniutiosu? de un'a data si mai salutariu pentru noi toti, de câtu a aduce tributulu de omagiu si de adoratiune Preabunului Domnedieu cu adêncu semtît'a nostra multiumita filiala pentru ajutoriulu cerescu, ce s'a induratu a ni lu dá sub decursulu acestui Sinodu; carele precum speramu, si dora nu fora temeiu, nu numai va fí epocalu, pentru-cà acelu'a e primulu Sinodu provincialu dupa restaurarea Metropoliei nostre, ci totu un'a data pote se devina si normativu deservitoriu de cinosura pentru cele venitorie din caus'a cointielegerei armonice, si a ordinei perfecte, cu carea a decursu acel'a dela inceputu pana in capetu.

Filial'a devotiune, ce o nutrimu in pepturile nostre, ne indeamna mai incolo a ni aduce cea mai intima si mai ferbinte multiamita Preasantei Domnei nostre Nascatorei de Domnedieu si nepatatei Vergurei Mari'a, precumu Santului ei sponsu Josifu, Santului Joanu Botezatoriului, si Santîloru Apostoli Petru si Pavelu, cu a caror'a intercesiune ne amu facutu demni de darurile preabunului Domnedieu, ce le-a reversatu a supra nostra sub tempulu pertractariloru acum finite; cari santi si alesi ai Domnului pentru pietatea si veneratiunea, ce li-o nutrimu, nu voru incetá neci in venitoriu a ni cere binecuventarile cerésci preste intreprinderile nostre, de cumva acele, pre cum se cuvine,



## XII.

L.

*Oratio habita ab Excellmo Illmo et Rmo D. Archiepiscopo Fogarasiensi et Alba-Iuliensi in fine Synodi.*

Illustrissimi Domini Confratres Episcopi!
Venerabiles in Christo Fratres!

In cuius sanctissimo Nomine et incepimus et continuavimus labores nostros per decursum huius provincialis Synodi, ad Eius quoque laudem et gloriam et terminavimus omnia illa, quae nobis statuenda visa sunt.

Quid ergo convenientius, una quid magis salutare pro nobis omnibus esse potest? quam tributum homagii et adorationis ferre Deo Optimo cum filiali gratiarum actione pro adiutorio coelesti, quod nobis in decursu huius Synodi benigne tribuit, quae, uti speramus et forte non absque fundamento, non tantum epochalis est futura, quoniam post restaurationem nostrae Metropoleos prima est Synodorum provincialium, verum eadem simul et norma aliarum pro futuro celebrandarum devenire poterit, propter consensum harmonicum et ordinem perfectum, quo ipsa ab initio ad finem usque decurrit!

Filialis devotio, quam in corde alimus, admonet nos ulterius, ut gratiarum actionem intimam et ferventem tribuamus Sanctissimae Dominae nostrae Deiparae et Immaculatae Virgini Mariae, item sancto eius sponso Iosepho, sancto Ioanni Baptistae et sanctis Apostolis Petro et Paulo, quorum intercessionibus gratia Dei Optimi sumus facti digni, quam in nos tempore pertractationum nostrarum nunc iam ad finem perductarum effudit. Qui Sancti et Electi Domini pro pietate et devotione, quam erga ipsos alimus, neque in futurum desinent coelestes benedictiones pro nostris laboribus impetrare, si iidem, uti convenit,

si se si spereadia, voru fí tientite spre marirea lui Domnedieu si spre midilocirea salutei eterne a sufleteloru incredintiate dela Domnulu archipastoriei nostre.

Dara mai subverseadia inca si alta datorintia, baremu din partea mea, cá pentru sucursulu celu caldurosu, si pentru zelulu adeveratu apostolicu, ce l'ati manifestatu Ilustritatile Vostre sub decursulu pertractariloru avute la acestu Sinodu, se-mi esprimu cea mai cordiala multiamita fratiasca, asemene si celoru alti Frati in Christosu preastimati toturoru pentru colucrarea cea fructuosa si neintrerupta, ce o au comprobatu toti in promovarea lucrului maretiu, de a carui'a resultatu ne bucuramu acum noi toti.

Speru in Domnulu, cà doririle respectiviloru Fii in Christosu, ce li au potutu provení din un'a absentare a preasantîtiloru Parinti spirituali ai loru sub durat'a acestui Sinodu, se voru preface in abundanta mangaere si in nespusa bucuria prin fruptele spirituali, ce voru se produca decretele acestui Sinodu, dupace acele la tempulu seu voru poté pasí in viatia.

Si intru adeveru! sengur'a aplicare pote dá viatia la veru ce institutiune menita pentru omenime; numai pracs'a pote produce efeptele dorite si asceptate dela atari institutiuni, precandu teorí'a cercuscrisa cu litere morte, de aru fí si aurie, in sine lasata e morta, si nu fruptifica alt'a, de câtu numai ingreunarea respundietatei preste acei'a, carii lasa, cá institutiunile salutarie se remana litera morta in locu, cá se le puna in viatia.

Asia si decretele acestui Sinodu pre langa tote, cà acele, in câtu ni-se dà noue a poté judecá, se paru a fí nimerite spre ace'a, cá se dèe unu sboru in afacerile, ce le atingu, numai atunci voru produce ace'a, spre ce suntu tientite, daca voru fí puse in pracsa cu tota punctualitatea si energi'a, ce o pote pretinde si supeditá unu zelu adeveratu basericescu.

Cunoscundu eu zelulu si fervorea, ce insufletiesce pre toti, cari au participatu si conlucratu la acestu Sinodu,



et speratur, ad gloriam Dei et salutem aeternam animarum a Domino curae nostrae archipastorali commissarum promovendam directi fuerint.

Verum saltem pro me alia quoque obligatio intercedit, ut nempe cordialem et fraternam gratiarum actionem exprimam Illustritatibus Vestris pro vere apostolico zelo et succursu promto, quem per decursum pertractationum hac in Synodo habitarum praestare dignabantur; nec non caeteris in Christo Fratribus Venerabilibus pro fructuoso et non interrupto labore, quem omnes in promovendo glorioso opere, de cuius exitu nunc omnes laetamur, comprobarunt.

Unavero spero in Domino, quod et desideria respectivorum in Christo Filiorum, quae ipsis ex absentia Sanctorum Patrum spiritualium decursu huius Synodi intervenire poterant, in copiosam laetitiam et ineffabile gaudium sint convertenda propter fructus spirituales, quos huius Synodi decreta tempore suo, postquam at vitam applicari poterunt, productura sunt.

Profecto sola applicatio potest tribuere vitam cuivis institutioni in bonum humanitatis creatae; sola praxis potest producere effectus desideratos et a talibus institutionibus exspectari solitos, cum e contra theoria litteris mortuis etiam si aureis circumscripta sibi relicta soleat esse mortua, et non aliud fructificat, quam responsabilitatis onus super eos, qui id genus salutares institutiones sinunt esse litteras mortuas, loco ut iisdem vitam darent fructus producturam.

Ita etiam decreta huius Synodi eo non obstante, quod eadem, in quantum nobis iudicium ferre datur, ad hoc directa esse videantur, ut actionibus, quas attingunt, quempiam progressum tribuant, solum modo tunc illud, ad quod diriguntur, producent, cum in praxim cum omni punctualitate et energia, quam et praetendere et suppeditare potest zelus vere ecclesiasticus, deducentur.

Ego apprime cognoscens zelum et ardens studium, quo omnes inflamantur, qui huis Synodi et participes et

dara mai virtosu avendu inantea ochiloru energi'a capiloru Basericei nostre, cari sunteti Ilustritatile vostre! nu-mi vine a me dubitá neci unu momentu despre ace'a, cà tote decretele si statutele salutarie, ce furà staverite in consultarile nostre, dupa incuvenintiarea, ce voru se o capete, la tempulu seu voru fí aiéve puse in viatia si deduse in pracsa; cá asia si prin acele inca se se inaintedie marirea lui Domnedieu si se se promovedie si mantuírea sufleteloru incredintiate conducerei nostre spirituali.

Aceast'a cu atâta mai tare se vede a se recere pentru aceast'a Provincia basericesca, cu câtu cà aceste decrete si statute suntu cele prime aduse in Sinodu provincialu dupa restaurarea acestei Metropolie, si asia acele suntu menite si spre ace'a, cá se deserveasca de baza la consolidarea intregei Provincie basericesci, si in câtu se pote, se puna fundamentu si la un'a uniformitate in pracsa si in teoria in tote sferele de activitate relative la viati'a basericeasca publica, fara carea uniformitate neci un'a corporatiune nu pote prosperá cá atare.

De aceast'a uniformitate are cea mai mare lipsa aceast'a Metropolia reintenerita, carea pentru noi e paladiulu vietiei nostre spirituali, si singurulu scutu alu autonomíei, ce inca ni-a mai remasu.

Cine dara dintre noi se nu se semtia obligatu in conscienti'a sa? a o sustiené si aperá cu ace'a resolutiune, ce o datorescu Fiii devotati dulcei mame a loru.

Pre candu toturoru acestoru privintie li se dau consideratiunile meritate, fia-mi permisu de un'a a dá spresiune viua si acelei oftari ferbinti, cá preainduratulu Domnedieu se ve conduca cu santii sei angeri la catedrele apostoliei, ce Ilustritatile Vostre o portati, si se ve tiena in lungime de dîle, se vi dèe potere si ajutoriu, cá inca la multe Sinode provinciali fiendu de facia, cu rar'a scientia, ce o posiedeti, cu intieleptiunea, ce o ati comprobatu, si cu zelulu apostolicu, ce ve destinge, se poteti colucrá spre inaltele scopuri, de carile fù condusu si acestu Sinodu provincialu, carele cu aceste se dechiara de incheiatu! Aminu!



collaborantes fuerant, et cum maxime ante oculos meos versetur energia Praesulum Ecclesiae nostrae, qui sunt Illustritates Vestrae, ne uno momento possum dubitare, quod omnia decreta et salutaria statuta, quae in consultationibus nostris stabilita fuere, post eorum approbationem quam loco suo acceptura sunt, suo tempore in praxim perducentur, ut ita his quoque Dei gloria salusque animarum curae nostrae spirituali concreditarum promoveatur.

Hoc quidem pro hac ecclesiastica provincia eo vel magis exigi videtur, quod haec decreta et statuta prima sint eorum, quae in Synodo provinciali lata sunt post restaurationem huius Metropoleos, quae proin id quoque pro scopo videntur habere, ut pro basi consolidationis integrae provinciae ecclesiasticae inserviant, et, in quantum fieri potest, fundamenta constituant uniformitatis et in praxi et in theoria pro omni sphaera activitatis ad vitam publicam Ecclesiae relationem habentis, qua uniformitate sublata, nulla corporatio qua talis prosperare poterit.

Huius autem uniformitatis maximam necessitatem habet haec Metropolis reviviscens, quae et palladium spiritualis nostrae vitae et autonomiae, quae adhuc nobis remansit, unicum scutum esse dignoscitur.

Quis ergo nostrum in conscientia se obligari non sentiat? eam sustinere et defendere illa resolutione, quae filios dulci matri devotos decet.

Dum itaque omnes hi respectus, prout merentur, in considerationem sumuntur, liceat mihi et illi desiderio cordialem dare expressionem, quatenus misericordiarum Dominus cum sanctis suis Angelis vos ad cathedras Apostolatus conducat, quas Illustritates Vestrae gubernant, et longitudinem dierum vobis tribuat, viresque suppeditet, atque adiutorium concedat, ut adhuc in multis provincialibus Synodis praesentes, rara scientia, quam possidetis, sapientia, quam comprobastis, et zelo apostolico, qui vos distinguit, pro sublimi scopo, quo et haec provincialis Synodus ducta fuit, quae hisce pro conclusa declaratur, operari valeatis. Amen!

## XIII.

*Epistol'a, prin care Escellenti'a S'a Ilustrissimulu si Reverendissimulu Archiepiscopu de Alba-Juli'a si Fagarasiu a substernutu Santului Scaunu Actele si Decretele Sinodului, fiindu Pontifice Piu IX.*

Preafericite Parinte!

Dupa-ce Provinci'a basericésca greco-catolica de Alba-Juli'a si Fagarasiu in Transilvani'a din Austro-Ungari'a dela inceputulu esistintiei sale, carea cu fiésca devotiune are de a o multiumí ingrigirei apostolice celei gloriose a Santiei Vostre, pana in tempulu presente nu a fostu ordinata si organisata, cu ajutoriulu lui Domnedieu in anulu acest'a din 5 pana in 14 Maiu a tienutu Sinodu provincialu convocatu si compusu dupa prescrisele santeloru Canone spre scopulu acest'a, si a adusu decrete cuprinse in X titule, in cari se enuncia padîrea intregitatei santei credintie catolice, si se reinnoiesce sacr'a Uniune a credintiei marturisita totu de a un'a, se stergu abusurile ce se pareáu, cà s'au incuibatu, se inculca curatiani'a moravuriloru, se recomenda decorea Cultului divinu, se prescrie norm'a restaurarei disciplinei basericesci, se stabilesce ordinea judetieloru basericesci, si se reguléza modulu de appelatiune.

Insé cá in regularea unoru obiecte asia multe, asia de mari si asia momentose se potemu procede cu securitate si cu mai mare usiorintia, ne amu ingrijitu câtu se pote mai tare, cá in tote decretele aducunde de Sinodulu acest'a se se aîba in antea ochiloru autoritatea cea mai inalta, din care causa in conformitate cu dîs'a Santiei Vostre Apostolice notificate Presuliloru Provinciei acesteia basericesci in Brevea Apostolica din 21 Juniu 1858



## XIII.

*Epistola qua Excellmus Illmus et Rmus Archiepiscopus Alba-Iuliensis et Fogarasiensis Acta et Decreta Sinodi Sanctae Sedi subiicit, Pio IX Pontifice Maximo.*

Beatissime Pater!

Provincia ecclesiastica graeci-ritus catholicorum Fogarasiensis et Alba-Iuliensis in Transylvania Austro-Hungariae quum a suae existentiae exordio, quod apostolicae eique gloriosae sollicitudini Vestrae Sanctitatis filiali cum devotione in acceptis referendam habet, praesens usque in tempus nondum ordinata et organisata fuerit, divina favente bonitate hocce anno currente, et quidem diebus a 5 usque ad $14^{am}$ mensis Maii Synodum provincialem iuxta sacrorum Canonum praescripta convocatam et coalescentem dictum in scopum celebravit, atque decreta tulit X. comprehensa titulis, quae tum sanctae Fidei catholicae integritatem enunciant custodiendam, atque Sacram Fidei Unionem renovant iugiter professam, tum abusus, qui irrepsisse videbantur, propulsant, item morum puritatem inculcant, tum Cultus divini decorem commendant, una disciplinae ecclesiasticae restaurandae normam praescribunt, atque iudiciorum ecclesiasticorum ordinem stabiliunt, et modum regulant appellandi.

Ut autem in tot tantisque obiectis, maximi quum sint momenti, rite disponendis secure atque facilius procedere valeamus, maxima qua par est curavimus sollicitudine, ut in omnibus Decretis per hancce Synodum condendis summa prae oculis habeatur auctoritas, idcirco conformiter Apostolico Vestrae Sanctitatis effato huius Provinciae ecclesiasticae Praesulibus tenore Brevis Apostolici diei 21 Iunii 1858 emanati notificato his

prin cuvintele: „cum in animo nobis sit, omnibus prae-„sentibus rerum, temporum locorumque adiunctis sedulo „perpensis opportuna omnia inire consilia, quibus spi-„ritualem istius Ecclesiasticae Provinciae procurationem „ad rectam orientalis Ecclesiae normam ac salutaria „praescripta magis magisque componere et ordinare „valeamus“, de cinosura s'au tienutu santele Canone ale basericei grecesci, ce au fostu in usu inainte de schism'a orientala, dupa impregiurarile lucruriloru, tempuriloru, locuriloru si dupa lipsele acestei Provincie basericesci, si acést'a cu atâtu mai vertosu, cà si sacr'a Congregatîune de Propaganda Fide in instructiunea data Presuliloru acestei Provincie basericesci in 28 Juniu 1858 intre altele s'a induratu a notificá si urmatoriele: „Quod liben-„tissimo animo praestitit etiam SS. Dominus Noster „Pius PP. IX. id unicum requirens, ut errores omnino „evellerentur, sed ritus orientalis maneat inviolatus, „quemadmodum et disciplina, quam ante schisma orien-„tales servabant et profitebantur, quaeque venerandis „ipsorum antiquis Liturgiis ac Ritualibus innititur, reli-„giose custodiatur“.

„Equidem non alio consilio novam Ecclesiasticam „Provinciam ab Alba-Iulia dictam praelaudatus Pontifex „instituit, quippe qui explicate mandavit, ut forma „atque Administratio ad ritum et disciplinam orientalis „Ecclesiae exigeretur“.

Si éra-si mai la vale: „Porro Sanctitas Sua, cui „nihil est potius, quam ut sua in puritate disciplina „orientalis vigeat ac servetur, summopere in primis „desiderans“ etc.

Sinodulu Provincialu basatu pre autoritatile aceste inalte si-a adusu Decretele sale, pre cari cutezu a le substerne Santiei Vostre Apostolice in libelulu acclusu cu devotiune pre langa omagial'a rogare, cá se Ve indurati a le intarí cu autoritatea irrefragabila, ce o aveti in tota lumea catolica, si astufeliu intarite prea gratiosu se dis-



verbis: „cum in animo nobis sit, omnibus praesen-„tibus rerum, temporum locorumque adiunctis sedulo „perpensis opportuna omnia inire consilia, quibus spi-„ritualem istius Ecclesiasticae Provinciae procuratio-„nem ad rectam orientalis Ecclesiae normam ac sa-„lutaria praescripta magis magisque componere et ordi-„nare valeamus“, pro cynosura procedendi sacri Ecclesiae graecae catholicae Canones, qui ante orientale schisma in usu fuerant, pro rerum, temporum, locorumque adiunctis atque huius ecclesiasticae Provinciae exigentia adhibebantur, idque eo a fortiori, quod et sacra Congregatio de Propaganda Fide in sua Instructione Praesulibus huius Provinciae ecclesiasticae die 28 Iunii anni 1858 data inter alia notificare dignata sit sequentia: „Quod „libentissimo animo praestitit etiam SS. Dominus Noster „Pius PP. IX. id unicum requirens, ut errores omnino „evellerentur, sed ritus orientalis maneat inviolatus, „quemadmodum et disciplina, quam ante schisma orien-„tales servabant et profitebantur, quaeque venerandis „ipsorum antiquis Liturgiis ac Ritualibus innititur, reli-„giose custodiatur“.

„Equidem non alio consilio novam ecclesiasticam „Provinciam ab Alba-Iulia dictam praelaudatus Ponti-„fex instituit, quippe qui explicate mandavit, ut forma „atque Administratio ad ritum et disciplinam orientalis „Ecclesiae exigeretur“.

Item inferius haec habet: „Porro Sanctitas Sua, cui „nihil est potuis, quam ut sua in puritate disciplina „orientalis vigeat ac servetur, summopere in primis „desiderans“ etc.

Summis his auctoritatibus innixa nostra Synodus provincialis adornavit sua Decreta, quae in libello in devotione accluso iis homagialibus cum precibus sustineo Apostolico Vestrae Sanctitatis obtutui substernere, quatenus Eadem acta illa, qua in universum orbem catholicum pollet, irrefragabili auctoritate benignissime confirmare atque apostolico munita oraculo pro congruo

puneti la tempulu seu retramiterea loru spre folosire cuvenintiosa.

Dupa cari pre langa sarutarea santîteloru petiore, implorandu binecuventarea apostolica pentru mine, pentru clerulu si poporulu mieu si pentru tota Provinci'a basericésca remanu in supunere omagiala.

Alu Santiei Vostre

Blasiu in Transilvani'a Austro-Ungariei 10 Aug. 1872.

Celu mai umilitu si mai ascultatoriu
Fiu si Capellanu

IOANU VANCEA
Archiepiscopu si Metropolitu de Alba-Juli'a
si Fagarasiu.

---

## XIV.

*Respunsulu Santiei Sale Pap'a Piu IX la epistol'a omagiala a Escellentiei Sale Rssimului Archi-Episcopu si Metropolitu de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu, in care a fostu supusu Santului Scaunu Actele si Decretele Sinodului Provincialu.*

Piu PP. IX.

Venerabile Frate salute si Binecuventare Apostolica. Amu primitu epistol'a ta omagiala din 10 Augustu si laolalta cu ea si actele Sinodului provincialu, care s'a tienutu in Provinci'a acést'a basericésca greco-catolica de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu. Actele aceste conformu institutiunei acestui Santu Scaunu fora intardîare le amu tramisu Congregatiunei nostre a Conciliului, si Ne vomu ingrigí, cá dupa-ce aceasi Congregatiune Ni va referí despre actele acele, la tempulu seu se ti se tramita



usu capiendo suo tempore clementissime remitti curare dignaretur.

Caeterum penes SS. pedum osculum, pro me, meo Clero et populo, tota item ecclesiastica Provincia apostolicam implorans benedictionem, homagiali in obsequio perenno.

Sanctitatis Vestrae

Blasii in Transsylvania Austro-Hung. die 10 Aug. 1872.

Humillimus obedientissimusque
Filius et Capellanus

IOANES VANCEA
Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis
et Fogarasiensis.

---

## XIV.

*Responsum Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX ad epistolam homagialem Excllmi ac Rssimi Archiepiscopi et Metropolitae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis, qua Acta et Decreta Synodi Sanctae Sedi subjecerat.*

Pius PP. IX.

Venerabilis Frater salutem et Apostolicam Benedictionem. Tuas excepimus observantissimas litteras die 10. superioris mensis Augusti datas, atque una cum illis acta Synodi provincialis, quae in ista Provincia ecclesiastica catholicorum graeci-ritus Fogarasiensi et Alba-Iuliensi celebrata fuit. Haec quidem acta Nos nulla mora remisimus, ex instituto hujus Sanctae Sedis, ad Nostram Congregationem Concilii, Nostraeque curae erit, ut postquam ea Congregatio ad nos de iisdem actis retulerit

respunsulu cuvenitu. Intru ace'a Ni amu tienutu datori acést'a a ti o face cunoscutu, si deodata ti respundemu din sufletu sinceru si binevoitoriu testificatiuniloru ascultarei tale, pre cari le manifestezi in epistol'a ta. Pre Domnedieu inse Preainduratulu lu rogamu din sufletu, cá se verse preste tine si preste Clerulu si poporulu teu gratiele sale cele copiose, si se padiesca Provinci'a acést'a basericésca cu protectiunea sa cea poternica, éra spre auspiciulu ajutoriului cerescu si spre manifestarea caritatei Nostre distinse adaugemu Binecuventarea Apostolica, care cu multa iubire Ti o impartîmu in Domnulu tie Venerabilu Frate, intregei turmei tale si toturoru clericiloru si credintiosiloru Provinciei acesteia.

Datu in Rom'a la S. Pietru in 28 Septembre 1872 in anulu alu douedieci si sieptele alu Pontificatului Nostru.

Piu PP. IX.



tibi congruum responsum suo tempore transmittatur. Interea Nostri officii ducimus, Ven. Frater, id tibi significare; ac simul tui obsequii testificationibus, quas tuis litteris Nobis exhibes, sincero benevoli Nostri animi affectu respondemus. Benignissimum autem Deum ex animo adprecantes, ut te tuumque Clerum ac populum copiosis suae gratiae muneribus prosequatur, omnemque istam ecclesiasticam Provinciam sua potenti protectione custodiat, in auspicium caelestis praesidii et in testimonium praecipuae caritatis Nostrae adjungimus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, Ven. Frater, cunctoque tuo Gregi, et universis istius Provinciae Clericis ac Fidelibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 28. Septembris an. 1872.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimoseptimo

Pius PP. IX.

XV.

# ACTELE SI DECRETELE

## Conciliului provinciei bisericesci greco-catolice de Alb'a-Julia si Fagarasiu tienutu in anulu domnului 1872.

**dela Dominec'a Santului Tom'a pana Marti dupa dominec'a a dou'a dupa Pasci.**

**(din 5 pana in 14 Mai)**

IN BISERIC'A METROPOLITANA DIN BLASIU.

## TITULULU PRIMU

### DESPRE CREDINTIA

CAPU I.

**Despre Credinti'a catolica si sant'a Unire.**

Despre credentia, care este inceputulu mantuirei omului, marturisesce baseric'a catolica, cumcà este: una virtute supranaturala, prin care inspirati si ajutati de grati'a lui Domnedieu tienemu de adeverate cele descoperite de elu, nu pentru adeverulu internu alu lucruriloru cuprinsu cu lumin'a naturala a mintei, ci pentru autoritatea alui Domnedieu, care a descoperitu, si care nice se pote insielá, nice pote insielá [1]). Aceast'a invetiatura Apostolulu ginteloru aducundusi aminte de cuventulu Domnului: *„Fericiti cari nu au vediutu, si au crediutu"* [2]), o vestesce in modulu urmatoriu: *„Éra credinti'a este adeverirea celoru sperate, dovedirea lucruriloru celoru nevediute"* [3]). Deci déca este dovedirea lucruriloru celoru nevediute cu totu dreptulu intreaba S. Joanu-gura-de-auru: *„Pentru ce voiti voi a le vedé pre acelea, cá se cadeti din credintia si din dreptate, dupa ce dreptulu din credintia va fi viu; Éra voi deca voiti se le vedeti pre acelea, nu sunteti mai multu credintiosi"* [4]).

[1]) Concilium Vaticanum Sess. III. cap. III. — [2]) Ioanu XX, 29. —

XV.

# ACTA ET DECRETA

## Concilii provinciae ecclesiasticae graeco-catholicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis anno domini 1872.

**A Dominica S. Thomae usque ad Feriam Tertiam post Dominicam Secundam post Pascha.**

**(a 5. usque ad 14. Maii)**

IN METROPOLITANA BASILICA BLASIENSI CELEBRATI.

## TITULUS PRIMUS

### DE FIDE

CAPUT I.

**De Fide Catholica et Sacra Unione.**

Fidem, quae humanae salutis initium est, Catholica Ecclesia profitetur esse virtutem supernaturalem, qua Dei aspirante et adiuvante gratia, ab eo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, qui nec falli nec fallere potest [1]). Apostolus vero Gentium memor effati dominici: *„Beati qui non viderunt et crediderunt"* [2]) istam doctrinam hunc in modum praedicat: *„Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium"* [3]). Si itaque fides est argumentum rerum non apparentium, merito S. Ioannes Chrisostomus quaerit: *„Quid ea vultis videre, ut a fide excidatis, et ab eo, quod iusti sitis; siquidem iustus ex fide vivet? Vos autem si ea vultis videre, non estis amplius fideles"* [4]).

[3]) Heb. XI, 1. — [4]) S. Ioan. Chrysostomus Hom. 21 in cap. XI. ep. ad. Hebr.

Mantuitoriulu nostru Isusu Christosu a venitu in lume, cá pre toti omenii se-i aduca la cunoscinti'a adeverului, precum ne invetia S. Apostolu Paulu: *„Domnedieu voiesce, se se mantuiasca toti omenii, si se vina la cunoscinti'a adeverului“* [1]). Pentru acea a' benevoitu a dispune, cá adeverurile credintiei sale se se latiasca prin predicatiunea apostolica la tote sementiile pamentului, dupa dîs'a profetica: *„In totu pamentulu au esîtu vestirea loru si la marginile lumei cuvintele loru“* [2]), dandu mandatu apriatu spre aceea in cuvintele: *„Mergeti in tota lumea, vestiti evangeli'a la tota faptur'a, celu ce va crede si se va botezá, mantuiseva, éra celu ce nu va crede osendiseva“* [3]).

Astufeliu concrediendu Apostoliloru adeverurile cele mantuitorie, intr'insii a' infiintiatu baseric'a, carea se lucreze mantuirea toturoru omeniloru din tote tempurile venitorie, dîcundule; *„Si veti fí mie marturii in Jerusalimu si in tota Jude'a si in Samari'a pana la marginea pamentului“* [4]) si *Éta eu cu voi sum in tote dîlele pàna la capetulu vécului“* [5]).

Aceasta incredintiare si aceast'a promisiune de o data ni arata luminatu, cumca adeverurile depuse in sinulu basericei nu potu fí supuse nice unei schimbari, ci cauta se remana nestramutate in toti seclii, precum dîce S. Petru: *„cuventulu Domnului remane in veci“* [6]), cà altu *„temeiu nimene nu pote pune, a fora de celu ce este pusu, carele este Isusu Christosu“* [7]). Dereptu acea ne si indémna Apostolulu: *„Nevoitive a pazi unirea Spiritului intru legatur'a pacei, unu Domnu, o credintia, unu botezu“* [8]).

De acestu adeveru a' fostu petrunsa baseric'a, candu in definitiunile sinodeloru ecumenice se adoperá cu de adinsulu a dechiará necesitatea unitatei in credinti'a, si a pretinde, cá adeverurile credintiei amesuratu traditiunei la tote basericele in conformitate se fia marturisite.

Si pre langa tote cà Mantuitoriulu Isusu Christosu se a' rogatu specialu pentru unitatea celoru ce voru crede in trensulu, dîcundu: *„Parinte sante pazescei pre ei in numele teu, pre care iai datu mie, cá se fia un'a precum si noi“* [9]). Totu

---

[1]) I. Tim. II, 4. — [2]) Psal. XVIII, 4. — [3]) Marc. XVI, 15, et 16. — [4]) Act. Ap. I, 8. — [5]) Matth. XXVIII, 20. — [6]) I. Petri I, 25. — [7]) I. Cor. III, 11. — [8]) Ephes. IV, 3 et seqq. — [9]) Ioan. XVII, 11.



Iesus Christus Salvator Noster in mundum venit ut omnes homines ad agnitionem veritatis adducat, quemadmodum S. Apostolus Paulus nos docet: *„Deus omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire“* [1]). Idcirco disponere dignatus est, ut fidei suae veritates praedicatione apostolica cunctis terrae gentibus annunciarentur, secundum oraculum propheticum: *„In omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terrae verba eorum“* [2]), hocce espresse praecipiens sequentibus verbis: *„Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur“* [3]).

Hac via Apostolis committens veritates salvificas in ipsis Ecclesiam fundavit, ad operandam salutem omnium hominum cunctorum temporum futurorum, dicens eis: *„Et eritis mihi testes in Ierusalem et in omni Iudaea, et Samaria, et usque ad ultimum terrae“* [4]); *„Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi“* [5]).

Isthoc mandatum haecque promissio una simul aperte nobis ostendunt, veritates in sinu Ecclesiae depositas nulli mutationi obnoxias esse, verum per omnia saecula inconcussas manere prout dicit S. Petrus: *„Verbum autem Domini manet in aeternum“* [6]); *„Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus“* [7]). Quapropter Apostolus admonet quoque nos: *Solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unus Dominus, una fides, unum baptisma“* [8]).

Hac veritate ducebatur Ecclesia, dum in definitionibus Synodorum oecumenicarum totis adnitebatur viribus necessitatem unitatis fidei declarare, atque exigere, ut omnes Ecclesiae veritates fidei in sensu traditionis uniformiter profiterentur.

Et quamvis Iesus Christus Salvator Noster specialiter oraverit pro unitate eorum, qui credituri sunt in illum, dicens: *„Pater Sancte serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut et vos* [9]); tamen attento tremendo Apostoli

si dupa infricosiatulu cuventu alu Apostolului: *„cà se cade se fie si eresuri intre voi, cá cei lamuriti se fia aretati intre voi“* [1]), vedemu cumca Domnedieu a' lasatu, cá in decursulu vécuriloru se se franga unitatea intre credintiosi prin feliurite eresuri si schisme, apoi in seculului alu 11-lea dupa adêncimea necuprinseloru sale judecati a' suferitu, se se complenésca desbinarea cea mare a basericei grecesci de catra baseric'a catolica.

Spre delaturarea acestei desbinari deplorabile, nu au lipsitu din partea basericei catolice mai multe incercari, dovada despre acést'a intre altele suntu celea petrecute in sinodulu alu II-lea dela Lugdunu tienutu in anulu 1274, inse acestea incercari nu adusera doiosei mame baserice acea mangaiare, ce o asceptá.

Cu tote acestea baseric'a catolica de a porurea ingrigiata de mantuirea sufleteloru, si dupa chiamarea Apostoliei ei indemnata a readuce pre fiii cei instrainati dela impartasirea cu dens'a, in urma in sinodulu ecumenicu dela Florenti'a tienutu la anulu 1439, avù bucuri'a de a imbracisiá in comuniunea pacei pre parintii intregei baserici grecesci, cari dupa serios'a cercetare si lamurire deplina a puncteloru diferentiali cu unu cugetu si cu o anima se invoira in urmatori'a definitiune dogmatica cuprinsa in decretulu s. uniri.

*„Deci in numele S. Treime, alu Tatalui, si alu Fiului si alu Spiritului santu, cu aprobarea acestui s. si ecumenicu sinodu dela Florenti'a definimu: cá acestu adeveru de credintia toti crestinii se-lu créda si se-lu primésca, si cu totii asia se marturisésca, cà Spiritulu santu din Tatalu si Fiulu din vécu este, si esenti'a sa si fienti'a sa ipostatica o are deodata din Tatalu si Fiulu, si din amendoi din vécu purcede cá dela unu principiu si unica suflare; dechiarandu cà acea ce santii invetiatori si parinti dîcu: cà Spiritulu santu purcede din Tatalu prin Fiulu, tientesce la intielesulu acest'a, cá prin acést'a se se arete, cà Fiulu inca este dupa Greci adeca caus'a, ér' dupa latini principiulu subsistentiei Spiritului santu cá si Tatalu. Si fiendu-cà tote câte suntu ale Tatalui, Tatalu insusi le dede unuia nascutu Fiulu seu nascundulu, afora de a fí Tatalu, chiaru si acést'a*

[1]) I. Cor. XI, 19.



effato: *„Oportet et haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis“* [1]); videmus Deum permisisse, ut decursu saeculorum unitas fidelium variis haeresibus schismatibusque disrumperetur, saeculo autem undecimo secundum abyssum incomprehensibilium iudiciorum suorum passus est, ut magnum schisma Ecclesiae Graecae ab Ecclesia catholica consummaretur.

Ad hanc deplorabilem scissionem tollendam, haud defuere plures ex parte Ecclesiae catholicae conatus; documentum hac de re inter alia praebent ea, quae in Synodo Lugdunensi II. anno 1274 celebrata gesta sunt, attamen isthaec molimina afflictae matri Ecclesiae haud attulerunt consolationem, quam praestolabatur.

Verumtamen Ecclesia catholica, de salute animarum nunquam non sollicita, et vocatione apostolatus sui excitata, ad reducendos filios ab eius communione abalienatos, tandem in Synodo oecumenica Florentiae anno 1439 celebrata fruebatur laetitia patres totius Ecclesiae Graecae in communionem pacis amplectendi, qui post seriam disquisitionem perfectamque punctorum controversorum explanationem, una mente concordique animo in hanc fidei definitionem in Decreto S. Unionis comprehensam, convenerunt:

*„Itaque in nomine sanctae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, hoc Sacro universali approbante Florentino Concilio definimus, ut haec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque aeternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit; declarantes, quod id, quod sancti Doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Graecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiae Spiristus Sancti, sicut et Patrem. Et quoniam omnia, quae Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, praeter esse Patrem, hoc ipsum*

*cà Spiritulu santu purcede din Fiulu, insusi Fiulu din vécu o are dela Tatalu, din care din veci se a' si nascutu. Definimu mai incolo, cà esplicarea cuvinteloru acelor'a: „Si dela Fiulu:" iertatu si intieleptiesce fù adausa catra simbolu pentru lamurirea adeverului, si pentru necesitatea intetitoria atunci'a. Mai incolo, cà in pane de grânu azima seau dospita trupulu lui Christosu cu adeveratu se preface; si cà preotii in un'a din ele trebue se prefaca insusi trupulu Domnului, adeca fiesce-care dupa datin'a basericei sale seau occidentali, seau orientali. Mai incolo, cà déca cei in adeveru infrânti voru morí in iubirea lui Domnedieu, in ainte de ce ar' fi facutu destulu prin fructe demne de penitentia, pentru celea facute si lasate, sufletele acelor'a dupa mórte se curatia cu pedepse curatitórie, si cá se se usioreze de atari pedepse, li suntu spre folosu acelor'a ajutoriele credintiosiloru vii, adeca santele sacrificie, rogatiunile, elemosinele si alte fapte de pietate, cari se au indatinatu a se face dupa asiediamintele basericei de catra credintiosi pentru alti credintiosi. Si cà sufletele acelor'a, cari dupa primirea botezului, nu se au intinatu cu nice o macula a pecatului, precum si acelea, cari dupace au contrasu macul'a pecatului, ori in trupurile loru, ori dupa esirea din acelea trupuri (precum se a' disu mai susu) suntu curatite, indata se primescu in ceriu, si vedu apriatu pre insusi Domnedieu trinulu si unulu precum este, inse dupa diversitatea meriteloru unulu mai deplinu decâtu altulu; éra sufletele acelor'a, cari moru in pecatu actuale de morte, seau singuru in celu stramosiescu (originalu), indata descindu in iadu, cá se se pedepsésca, inse cu pedepse neasemenea. Mai incolo cà Sântulu Scaunu Apostolicu, si Pontificele Romanu, tiene primatulu in tota lumea, si cà insusi Pontificele Romanu este urmatoriulu Santului si fericitului Petru corifeulu Apostoliloru, si adeveratulu Vicariu a lui Christosu, si capu a tota baseric'a, si parintele si invetiatoriulu toturoru crestiniloru, si cà densului in person'a fericitului Petru i se a' datu dela Domnulu nostru Isusu Christosu deplina potere de a pasce indereptá si gubernà baseric'a, universala; dupa cum se afla si in actele sinodeloru ecumenice si in santele canone".*

Acestu decretu dogmaticu fù subscrisu si primitu si de representantii presenti ai basericei romanesci; anume de Damianu Metropolitulu Moldo-Vlachiei, si de Constantinu Protopopulu.



*quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre aeternaliter habet, a quo etiam aeternaliter genitus est. Definimus insuper, explicationem verborum illorum „Filioque" veritatis declarandae gratia et imminente tunc necessitate licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam. Item in azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta suae Ecclesiae sive occidentalis sive orientalis consuetudinem. Item, si vere poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas poenis purgatoriis post mortem purgari: et ut a poenis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia; missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta. Illorumque animas, qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatae, in caelum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Item definimus, sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem, in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem, Romanum succesorem esse beati Petri principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput et omnium Christianorum patrem et doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gentis oecumenicorum Conciliorum et in sacris Canonibus continetur".*

Hoc decretum dogmaticum ab eidem Synodo assidentibus quoque repaesentantibus Ecclesiae Romenorum (Romanicae) subscriptum receptumque fuit, videlicet a Damiano Moldovlachiae Metropolita, necnon a Constantino Protopresbytero.

Dreptu acea una datorintia santa, — care o are fiacare crestinu de a se supune si ascultá de definitiunile sinodeloru ecumenice — 'si implinira strabunii nostrii, cându pre la finea seculului alu 17-lea alinandu-se in catuva grelele suferintie ale Basericei Romanesci din Ardealu, numai decâtu cugetara cu de a dinsulu la punerea in vietia a Unirei basericesci facute la Florenti'a.

Spre acestu scopu la 4 Septembre 1700 adunandu-se la sinodu mare in Alb'a-Julia totu clerulu Basericei Romanesci din Ardealu si partile adnexe, sub Metropolitulu Atanasiu I. primì Unirea cu baseric'a catolica, facundu urmatori'a dechiaratiune: *„Considerandu nestatornici'a vietiei omenesci si nemorirea sufletului (de care trebue se avemu cea mai mare grigia dintre tote); amu incheiatu liberi si de buna volia din indemnulu lui Domnedieu Unirea cu baseric'a Romano-Catolica, si ne dechiaramu prin aceast'a cá membrii a S. mame baserice Romano-Catolice, primindu, marturisindu si crediendu tote câte le primesce, marturisesce si crede aceea, mai vertosu acelea patru puncte in care ne pareamu pana acum a fi desbinati".*

Aceast'a credintia primita de strabunii nostrii, noi o dechiaramu de a nostra, si voimu neclatiti a petrece in dens'a, si cu ajutoriulu lui Domnedieu ne vomu nesuí intru acolo, cá lucrulu celu mare a S. Uniri, inceputu de strabunii nostrii se se consolideze, se inflorésca si se se continue la tote generatiunile venitorie.

## CAPU II.

### Despre nemaculat'a Conceptiune a Preasantei Vergure Mari'a.

Baseric'a pazitori'a si invetiatori'a credintiei, precum si judecatori'a controversieloru, in decursulu tempului aducundu cu sine lips'a, mai de multe ori decise cause dogmatice, enunciandu adeverurile descoperite. Asia in tempurile mai de aprope si anume la 8 Decembre 1854 se aduse de catra Sumulu Pontifice Piu IX. definitiunea dogmatica cu privire la nemaculat'a conceptiune a Preacuratei Vergure Mari'a.

Dereptu aceea sinodulu in conformitate cu perpetu'a credintia a basericei universali marturisesce: *„cà toti credintiosii*



Quapropter gravissimi muneris partes unicuique christiano incumbentes Conciliorum oecumenicorum definitionibus semet submitendi, iisque obediendi, obiverunt maiores nostri, quum circa finem saeculi XVII, remittentibus aliquantulum acerbis Ecclesiae Romanicae in Transylvania adversitatibus, illico de resuscitanda Unione ecclesiastica Florentiae peracta, strenue cogitaverunt.

Quem in finem 4. Septembris 1700 universus Clerus Ecclesiae Romanicae ex Transylvania partibusque adnexis, praeside Athanasio I. Metropolita in Synodo maiori Alba-Iuliae congregatus Unionem cum Ecclesia catholica recepit, hanc declarationem emittens: *Considerata tum fluxa humanae vitae instabilitate, tum etiam animae, cuius in omnibus potior cura habenda, immortalitate, libere ac sponte, impulsu divini numinis cum Ecclesia Romano-Catholica Unionem inivimus, eiusdemque sanctae matris Romano-Catholicae Ecclesiae commembra nos tenore praesentium declaramus, omnia admittentes, profitentes ac credentes, quae illa admittit, profitetur ac credit, praecipue vero illa quatuor puncta, in quibus hactenus dissentire videbamur".*

Hanc fidem ab antenatis nostris receptam nostram quoque esse declaramus, et in eadem firmiter perseverare volumus, atque Deo auxiliante eo connitemur, ut grande opus Sacrae Unionis a maioribus nostris coeptum solidetur, efflorescat, et ad omnes futuras generationes perpetuetur.

## CAPUUT II.

### De Immaculata Sanctissimae Virginis Mariae Conceptione.

Ecclesia fidei Custos et Magistra necnon controversiarum Iudex temporis decursu imminente necessitate quaestiones dogmaticas saepius definivit, enuncians veritates revelatas. Sic nuperrimis temporibus et quidem 8 Decembris 1854 prolata est a Summo Pontifice Pio IX definitio dogmatica immaculatam Beatissimae Virginis Mariae Conceptionem respiciens.

Idcirco Synodus inconcussae Ecclesiae totius fidei conformiter profitetur: *„omnes fideles firmiter credere debere a Deo*

*trebue se créda tare, cà este dela Domnedieu descoperita si toti credintiosii trebue se o créda virtosu si neclatitu invetiatur'a care tiene, cà Prea-Fericit'a Vergura Mari'a prin darulu si privilegiulu specialu alu atotupotentelui Domnedieu pentru meritele lui Isusu Christosu Mantuitoriulu genului omenescu, in primulu momentu alu conceptiunei sale, fù scutita de intinatiunea pecatului originalu"* [1]. Va se dîca singura intre toti moritorii a fostu provediuta cu darulu gratiei sanctificante, de care se nascu despoiati toti fii lui Adamu peutru prevaricatiunea protoparintelui loru. Prea curat'a Vergura Mari'a inca la prim'a promisiune de mantuire, facuta protoparintiloru nostrii de insusi Domnedieu, fù desemnata pentru inceperea inimicitiei neimpacabili in contr'a sierpelui [2]. Dereptu aceea dins'a la bun'a-vestire de bucuri'a adusa de angerulu Domnului fù salutata *„Bucurate cea ce esci plina de daru Domnulu este cu tine. Binecuventata esci intre muieri* [3]).

De aici se potu intielege prea alesele cununi de laude, cu care baseric'a nostra in tote partile cultului divinu, neincetatu o preamaresce pre dins'a, numindu-o cu S. Joanu Damascenu „Mai santa decâtu Angerii, mai minunata decâtu Scaunele, mai infrumsetiata decâtu Cheruvimii, mai marita decâtu Serafimii, mai inalta decâtu ceriurile, si mai curata decâtu sorele" [4].

Pentru ace'a si baserica nostra inca de pre la secululu alu 5-lea [5] se a' indatinatu a serbá in 9 Decembre amintirea acestui misteriu, sub numirea: *„Conceperea S. Ane, candu a' conceputu pre preasant'a Vergura"*.

## CAPU III.

### Despre marturisirea credintiei.

Marele Apostolu alu gintiloru ne invetia cà: *„cu anim'a se crede spre dreptate, éra cu gur'a se marturisesce spre mantuire"* [6]. Éra mantuitoriulu nostru pretinde apriatu marturisirea esterna a credintiei dîcundu: *„Totu celu ce me va marturisi pre mine naintea omeniloru, marturisi-lu voiu si eu naintea Tatalui meu, carele este in ceriuri"* [7]; si aiurea, *„cà ori cine se va rusînâ de mine si de cuvintele mele, si Fiulu omenescu se va rusînâ de acest'a candu va vení intru marirea sa si a Tatalui si a santiloru angeri"* [8].

[1]) Constitutio Apostolica *„Ineffabilis"* 8 Dembris 1854. — [2]) Gen.



*revelatam et ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam esse doctrinam, quae tenet, Beatissimam Virginem Mariam in primo istanti suae conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Iesu Salvatoris humani generis ab omni originalis culpae labe praeservatam immunem"* [1]. Scilicet omnium mortalium sola fuit praedita gratiae sanctificantis dono, quo omnes Adae fili ob praevaricationem protoparentis illorum spoliati gignuntur. Beatissima Virgo Maria iam in prima salutis promissione ab ipso Deo protoparentibus nostris facta, ad inaugurandam inexorabilem contra serpentem inimicitiam designata erat [2]. Quapropter eadem gaudii anunciatione ab angelo Domini allata salutata fuit *„Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus"* [3].

Hinc selectissima laudam serta perspici possunt, quibus Ecclesia nostra ipsam in omnibus cultus divini partibus incessanter glorificat, cum S. Ioanne Damasceno compellando eam: „Angelis sanctiorem, Thronis mirabiliorem, Cherubimis speciosiorem, Seraphimis gloriosiorem, coelis excelsiorem, sole nitidiorem" [4].

Proinde Ecclesia quoque nostra iam inde a saeculo V. [5] memoriam istius mysterii 9 Decembris recolere consueverat sub titulo: *„Conceptio Sanctae Anae, quum sanctissimam Virginem concepit"*.

## CAPUT III.

### De Professione Fidei.

Magnus gentium nos edocet Apostolus dicens: *„Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem"* [6]. Salvator autem Noster externam fidei professionem expresse exigit dicens: *„Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in coelis est"* [7]; et alibi: *„Nam qui me erubuerit et meos sermones: hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua et Patris et sanctorum Angelorum"* [8].

III, 15. — [3]) Lucae I. 28. — [4]) S. Ioan, Damascen. serm. in Annunt. B. M. V. — [5]) S. Sabbas in ord. offic. — [6]) Rom. X. 10. — [7]) Math. X. 32. — [8]) Luc. IX, 26.

Pentru acea S. Baserica dela inceputulu ei, pretindea professiunea esterna a credintiei si dela cei ce se apropiau de primirea S. botezu [1]). Pana si sub anumite formule speciali, cerea marturisirea credintiei dela cei ce se intorceau dela ver-unu eresu la baseric'a catolica [2]). Éra dela cei alesi la trépt'a Episcopíei, cu ocasiunea consacrarei, baseric'a nostra pana in dîu'a de astadî e sub trei formule distinse [3]) cere séma despre credinti'a loru cu privire la adeverurile de baserica definite; pentrucá prin consonanti'a credintiei adeverate, se se arete adeverat'a succesiune a Episcopiloru [4]).

Din actele sinodeloru ecumenice ne invetiamu, cumcà parintii adunati 'si tieneau de prim'a datorintia, a professá inainte de tote adeverurile de credintia decise in sinodele precedenti, si a renoí canonele in acelea aduse [5]).

Dreptu ace'a acestu sinodu avêndu in vedere cuvintele Mai-Marelui dintre Apostoli: *„Se fiti gat'a porurea spre respunsu, totu celui ce ve intréba pre voi cuventu de speranti'a vostra“* [6]), decide: cà pre venitoriu, la celebrarea sinodeloru provinciali, toti Episcopii si preotii conchiamati se depuna cu Metropolitulu in frunte, marturisirea publica a credintiei catolice dupa formul'a prescrisa de Pap'a Urbanu alu VIII. pentru orientali. Totu aceast'a marturisire a credintiei se se poftésca a se depune si de càtra cei ce dela schism'a grecésca se-ar intorce la S. Unire.

## CAPU IV.

### Despre Indiferentismulu religiunariu.

Lucrulu celu mai santu si mai importantu alu omului este religiunea, catra care densului nu i este permisu a fí indiferinte, cà precum ochiulu sensualu nu pote stá indiferinte facia cu lumin'a fisica, chiaru asia nece ochiulu sufletescu seau ratiunea nu pote fí indiferinte candu i se propune ver-o descoperire cá dela Ddieu purcésa, pentrucà perfectiunea densei, a ratiunei, stà in unirea ei cu obiectulu propriu care este ade-

[1]) Socrat. Hist. Eccl. lib, I, cap. 8. — [2]) S. Cyril. Alex. ep. ad. Acac. Oper. tom. V. part. II. — [3]) Archieraticon in ord. Episc. — [4]) »Vera successio Episcoporum, fidei est: quod enim eiusdem sententiae, eiusdem



Idcirco Sancta Ecclesia inde ab initio externam fidei professionem exigebat ab illis, qui baptismo initiandi erant [1]). Imo distinctis etiam sub formulis fidei professionem postulabat ab illis, qui ab aliqua haeresi in sinum Ecclesiae catolicae revertebantur [2]). Ab electis vero ad gradum Episcopatus Ecclesia nostra in eorum consecratione, hodie quoque tribus sub formulis distinctis [3]), rationem exigit fidei illorum respectu veritatum ab Ecclesia definitarum, ut verae fidei consonantia vera Episcoporum successio palam fiat [4]).

Ex actibus Synodorum oecumenicarum edocemur, Patres congregatos praeprimis suum duxisse, ut ante omnia fidei veritates in Synodis praecedentibus definitas profiterentur, canonesque in illis latos innovarent [5]).

Quapropter Synodus prae oculis habens Principis Apostolorum verba: *„Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe“* [6]), decernit, in posterum occasione celebrationis Synodorum Provincialium ab omnibus Episcopis presbyterisque convocatis Metropolitano praeeunte publicam fidei catolicae professionem iuxta formulam ab Urbano VIII Romano Pontifice pro Orientalibus praescriptam emittendam esse. Eadem fidei professio exigatur ab illis quoque, qui a schismate Graecorum ad Sacram Unionem redirent.

## CAPUT IV.

### De religionis Indifferentismo.

Sanctissimum gravisimumque hominis negotium religio est, respectu cuius ipsi non licet indifferentem se gerere: nam quemadmodum oculus sensitivus respectu luminis physici non potest indifferens manere, haud aliter oculus mentis sive ratio nequit esse indifferens, quum eidem aliqua revelatio tamquam a Deo procedens proponitur; etenim perfectio ipsius, nempe rationis, consistit in unione eiusdem cum obiecto proprio quod veritas

quoque throni: quod contrariae, contrarii«. *S. Greg. Naz. in encomio S. Basil.* — [5]) Synod. Chalced. Act. II, can. 1. - Syn. Cpolit. IV, Act. II, can. 1. — [6]) I. Petri III, 15. —

verulu. Adeverurile celea descoperite suntu depuse in baserica cu indatorirea de ale pastrá si a le propagá: dreptu ace'a baseric'a cá depositari'a adeveruriloru revelate, amesuratu chiamarei sale, nu pote fí indiferinte facia cu alte invetiaturi sîe-si opuse, pentrucà in casulu acest'a ea pre sine se ar' negá, si ar' aretá, cà adeverulu si erorea intru o forma le pretiuesce.

Aceast'a ratecire a indiferentismului religiosu fù reprobata inca in simburele ei de insusi autorulu religiunei Domnulu nostru Isusu Christosu prin cuvintele: *„Celu ce nu este cu mine in contr'a mea este, si celu ce nu stringe cu mine resipesce* [1]), si érasi: *„Celu ce ve asculta pre voi, pre mine me asculta, si celu ce se lapada de voi, de mine se lapada“* [2]).

De unde toti cei ce petrecu din nepasare culpabila, ori din ignorantia vincibila in eresu, schisma, ori necredintia, chiaru prin cuvintele Mantuitoriului mai susu memorate suntu lipsiti de darulu divinu si de speranti'a la imperati'a ceriului, de ora-ce despre unii cá si acestia resuna infricosiatele cuvinte ale profetului: *„Vai celoru ce dîcu reului cà este bunu, si bunului cà este reu, celoru ce punu lumin'a intunerecu si intunereculu lumina, celoru ce punu amarulu dulce si dulcele amaru. Vai celoru intielepti intru sine singuri si inaintea sa sciuti“* [3]).

## TITULUS II.

### DESPRE BASERICA

#### CAPU I.

**Despre poterea ierarchica in Baserica.**

Mantuitoriulu nostru Isusu Christosu a voitu, cá invetiatur'a pre carea o a' sigilatu cu pretiosulu seu sange spre mantuirea genului omenescu, se se perpetueze pana la finea veacuriloru, si se remana intregitatea si curatiani'a ei originala. Dreptu ace'a dupa nemarginit'a sa intieleptiune, infientià o societate visibila provediuta cu tote cerintiele necessarie spre scopulu

[1]) Luc. XI, 23. — [2]) Luc. X, 16. —



est. Veritates revelate in Ecclesia depositae sunt cum munere easdém conservandi propagandique: proinde Ecclesia qua depositaria veritatum revelatarum munere vocationis suae haud potest quoad doctrinas sibi oppositas indifferens esse; nam hoc in casu ipsa semet negaret, ostenderetque veritatem ac errorem eiusdem esse pretii.

Haec religionis indifferentismi aberratio iam in eius nucleo ab ipso Domino Nostro Christo Iesu auctore religionis reprobata fuit hisce verbis: *„Qui non est mecum, contra me est, et qui non colligit mecum, dispergit“* [1]); et iterum: *„Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit“* [2]).

Unde quicumque é neglectu culpabili sive ex ignorantia vincibili in haeresi, schismate aut infidelitate versantur, per ipsa Salvatoris verba superius commemorata gratia divina et spe regni coelorum destituuntur; de talibus namque resonant tremenda prophetae verba: *„Vae qui dicitis malum bonum, et bonum malum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum. Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes“* [3]).

## TITULUS II.

### DE ECCLESIA

#### CAPUT I.

**De Potestate Hierarchica in Ecclesia.**

Christus Iesus Salvator Noster voluit, ut doctrina, quam pretioso suo sanguine obsigillavit, pro salute generis humani ad finem usque saeculorum perpetuetur, atque in primaeva sua integritate et puritate permaneat. Propterea pro infinita sua sapientia constituit societatem visibilem, omnibus dotibus ad praefatum finem necessariis praeditam. — Haec societas est Ecclesia,

[3]) Is. V, 20 et 21. —

memoratu. Acést'a societate este baseric'a, carea dupa definitiunea ei este: Societatea omeniloru intruniti prin marturisirea unei si aceleiasi credintie crestine, si prin impartasirea acelor'asi S. Sacramente, sub guvernarea Pontificelui Romanu, urmatoriulu S. Petru in Primatu, si a legitimiloru pastori, cari suntu Episcopii uniti cu densulu, cá urmatorii Apostoliloru.

De unde urméza a) cà Domnulu nostru Isusu Christosu, pentru intrunirea toturoru omeniloru in marturisirea unei si aceleiasi credintie institui in baserica *Magisteriulu,* despre ce ne convingu cuvintele Mantuitoriului: *„Mergeti si invetiati tote neamurile . . . se pazésca tote, câte am poruncitu voue“* [1]).

Institutiunea aceast'a benevoi Mantuitoriulu a o face anume in personele Apostoliloru si a urmatoriloru loru provediuti cu misiune spre aceea: ca-ce precum dîce S. Apostolu Paulu: *Cum voru crede aceluia, de carele nu au auditu, si cum voru audí fora de predicatoriu, si cum voru predicá de nu se voru tramite* [2]).

b) Pentrucá se se pota credintiosii impartesi de acelea S. Sacramente, si cá aceia din ce in ce se crésca in bun'a crestinatate Mantuitoriulu concrediù basericei sale poterea *Ministeriului,* adeca dreptulu de a le administrá pre acelea, tramitiendu pre apostolii sei se boteze tote poporele [3]), se aduca S. Sacrificiu intru amintirea Lui [4]), se ierte seau se tiena pecatele [5]) si se imparta celelalte ajutorie sacre necesarie spre mantuire. Pentru ace'a S. Apostolu Paulu dîce: *„Asia se ne socotésca pre noi omulu, cá pre ministrii lui Christosu, si dispensatori (ispravnici) ai taineloru lui Domnedieu“* [6]).

c) Cá se pota subsistá societatea basericésca, si cá se pota fí condusi membrii ei fora impedecare la scopulu comunu, Domnulu Christosu inzestrà baseric'a sa cu poterea *Gubernarei,* adeca cu dreptulu legislativu deplinu si independinte, in carele se cuprinde si dreptulu de a judecá si pedepsí.

Aceast'a potere de gubernare cumcà in adeveru fù data Apostoliloru, ne invetiamu nunumai din cuvintele Domnului, prin cari i-a impoteritu pre aceia a legá si a deslegá [7]), ci si din indemnarea Apostolului: *„luati dara aminte de voi si de tota turm'a, intru care Spiritulu S. ve a' pusu pre voi Episcopi cá se guvernati baseric'a lui Domnedieu“* [8]).

[1]) Matth. XXVIII, 19 et 20. — [2]) Rom. X, 14 et 15. — [3]) Matth. XXVIII, 19. — [4]) Luc. XXVII, 19. — [5]) Ioan. XX, 23. — [6]) I. Cor. IV, 1. — [7]) Math. XVIII, — [8]) Act. Ap. XX, 28. —



quae definiri solet: Societas hominum unius eiusdemque fidei christianae professione, eorumdemque sanctorum Sacramentorum participatione coniunctorum, gubernio sub Pontificis Romani S. Petri in primatu succesoris, legitimorumque Pastorum nemque Episcoporum cum eodem unitorum, qui successores Apostolorum sunt.

Hinc sequitur a) Dominum Nostrum Iesum Christum ad omnes homines in unius eiusdemque fidei professione coadunandos, *Magisterium* in Ecclesia instituisse, qua de re nos edocent Salvatoris verba: *Euntes ergo docete omnes gentes . . . servare omnia quaecumque mandavi vobis“* [1]).

Placuit Salvatori hanc institutionem in ipsis Apostolorum eorumque successorum personis ponere missione ad hoc provisis; nam dicente S. Apostolo Paulo: *„Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur“ ?* [2]).

b) Ut autem fideles Sanctorum Sacramentorum participes effici queant, iisque de die in diem in pietate magis proficiant, Salvator contulit Ecclesiae suae potestatem *Ministerii* sive ius ea administrandi mittens Apostolos suos omnes gentes baptizare [3]), sacrum sacrificium in eius commemorationem offere [4]), peccata remittere sive retinere [5]), et cetera sacra auxilia ad salutem necessaria dispensare. Quapropter S. Apostolus Paulus ait: *„Sic nos existemet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei“* [6]).

c) Quo societas Ecclesiastica consistere possit, membraque eius remoto omni obice ad finem communem dirigi valeant, Christus Dominus Ecclesiam suam instruxit potestate *gubernandi,* nempe iure perfectae et independentis legislationis, iure, in quo ius quoque iudicandi puniendique continetur.

Hanc gubernandi potestatem Apostolis reapse fuisse collatam, edocemur non solum per Domini verba, quibus illis ligandi solvendique potestatem tribuit [7]), sed etiam monito Apostoli: *„Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei“* [8]).

Cumcá acést'a potere se a' si deprinsu in baserica, se vede din fapt'a S. Petru, carele a' pedepsitu pecatulu lui Anani'a si a Safirei [1]) precum si din faptele S. Paulu, *carele amblandu prin partîle Siriei si a Ciliciei, invetià pre credintiosi se pazesca mandatele cele asiediate de Apostoli si de betrani* [2]) in Corintu judecà si pedepsì pre incestuosulu [3]); éra in Efesu afurisì pre Hymeneu si pre Alesandru, cari cadiura dela credintia [4]); si din alte asemenea.

Din celea precedenti resulta apriatu cumcà autorulu basericei Domnulu nostru Isusu Christosu aceast'a intreita potere a Magisteriului, Ministeriului si Gubernarei o dede insusi inmediatu singuru Apostoliloru, precum ne incredintiamu si din cuvintele proprie ale Mantuitoriului rostite numai catra Apostoli: *„datumise-a' mie tota poterea in ceriu si pre pamentu; dreptu ace'a mergeti si invetiati tote poporale"* [5]), si érasi *„Nu voi me ati alesu pre mine, ci eu v'am alesu pre voi, si v'am pusu, cá se mergeti"* [6]), asemenea: *„pre cum me a tramisu pre mine Tatalu si Eu tramitu pre voi"* [7]).

Deci tota baseric'a credintiosiloru din dispunere divina se impartiesce in cleru si poporu, in baserica invetiatoria si ascultatoria.

## CAPU II.

### Despre Pontificele Romanu.

Isusu Christosu intemeiatoriulu basericei vediute inaltianduse la ceriuri, tota poterea vediuta o lasà Apostoliloru si urmatoriloru acestor'a, reservandu-si siesi *„cá capu mai pre susu de tote"* [8]), poterea cea nevediuta, prin care cu asistinti'a Spiritului Santu o gubernéza pre ace'a, si o scutesce de tota ratecirea pana la capetulu seculiloru.

Inse pentru pastrarea unitatei, pacei si a ordinei in baserica, Domnulu nostru Isusu Christosu alese dintre cei 12 Apostoli pre Petru, si-lu constítuì capu vediutu basericei, dandu-i Primatulu in tota baseric'a candu 'lu a' numitu fundamentu, pre care vá se se edifice baseric'a [9]), candu-i promise chiaile

[1]) Act. Ap. cap. V. — [2]) Act. Ap. XVI, 4. — [3]) I. Cor V, 3



Quod vero Ecclesia hac potestate usa quoque fuerit, apparet ex facto S. Petri Ananiae et Saphirae peccatum punientis, [1]) necnon ex factis S. Pauli, *qui Syriae et Ciliciae partes perambulans tradebat fidelibus custodire dogmata, quae erant decreta ab Apostolis et senioribus* [2]); Corinthi iudicavit et punivit incestuosum [3]); Ephesi vero Hymenaeum et Alexandrum, qui circa fidem naufragaverunt, Satanae tradidit [4]), ex aliisque similibus factis patescit.

E praemissis in apricum prodit, Dominum Nostrum Iesum Christum Ecclesiae auctorem hanc triplicem potestatem Magisterii nempe Ministerii et Regiminis ipsum immediate, solisque Apostolis contulisse, quod nobis verba quoque ipsius Salvatoris solis dicta Apostolis persuadent: *„Data est mihi omnis putestas in coelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes"* [5]), et iterum; *„Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui, ut eatis"* [6]). Pariter: *„Sicut misit me Pater, et ego mitto vos"* [7]).

Itaque tota Ecclesia ordinatione divina in Clerum et populum in Ecclesiam docentem et audientem dispescitur.

## CAPUT II.

### De Romano Pontifice.

Iesus Christus fundator Ecclesiae visibilis in coelum ascendens omnem potestatem visibilem Apostolis reliquit eorumque succesoribus, reservans sibi tamquam *„capiti supra omnem Ecclesiam"* [8]) potestatem illam invisibilem, qua assistente Spiritu Sancto eandem gubernat, atque in finem usque saeculorum ab omni errore immunem praeservat.

Verum ad unitatem, pacem et ordinem in Ecclesia servandum Dominus Noster Iesus Christus e duodecim Apostolis selegit Petrum, et eum Ecclesiae Caput visibile constituit, conferens eidem primatum in universam Ecclesiam, quum eum fundamentum appellarit, super quod Ecclesia aedificanda esset [9]), quum ei claves regni coelorum pro-

et seqq. — [4]) 1 Tim. I, 20. — [5]) Matth. XXVIII, 19. — [6]) Ioan. XV, 16. — [7]) Ioan. XX, 21. — [8]) Ephes. I, 22 et 23. — [9]) Matth. XVI, 18. —

imperatiei ceriuriloru [1]), candu-i incredintià tota turm'a oiloru cuventatorie [2]), si candu se a' rogatu pentru densulu specialu, cá se nu-i scada credinti'a lui, si se intarésca pre fratii sei [3]).

Divin'a constituire a S. Petru cá capu a tota baseric'a in conformitate cu S. Scriptura o celebréza si baseric'a nostra: Asia in Luminatori'a din 16 Januariu in Mineiu: *„Dupa mutarea numelui te a' chiamatu Petru cá o piatra tare si temeiu basericescu“*. Totu asia la laude in 29 Juniu: *„Tu dupa meritu pétra te ai numitu, candu credinti'a basericei neclatita Domnulu o a intaritu, si pre tine mai mare pastoriu oiloru celoru cuventatorie te a' pusu; deunde si pre tine cá pre unu bunu descuietoriu portîloru ceresci te a' incredintiatu se descui totuporu celoru ce vinu cu credintia“*, éra in Stichir'a dela Luminatorie a 11-a invierei: *„Aretandu-te pre tine invetiaceiloru tei Mantuitoriule dupa inviere, lui Simonu i-ai datu pascerea oiloru spre resplatirea dragostei, adeca portarea de grigia de ale pastorí pre densele“*.

Domnulu nostru intemeià baseric'a pre S. Petru, si precum edificiulu nu pote stá fora fundamentu, asia nece baseric'a fora poterea data Santului Petru in Primatu, deci primatulu a' trebuitu se tréca dela S. Petru la urmatorii lui, cu atâtu mai virtosu, cá dupa mortea Apostoliloru erá si mai intetîtoria necesitatea unei auctoritati supreme spre impiedecarea desbinariloru, ce se-ar fí ivitu in sinulu basericei.

Éra cumca urmatoriulu Santului Petru in drepturile si prerogativele Primatului in tota baseric'a nu este altulu decâtu Episcopulu Romei vechi, ne incredintiamu nunumai din ace'a impregiurare, cà S. Petru fù primulu Episcopu alu basericei Romane, pre care a' gubernato si cu mortea sa a' incununato [4]), ci si din perpetu'a si universal'a marturisire a basericei, carea in nece unu altu Archiereu nu a' recunoscutu si veneratu poterea suprema eredîta dela S. Petru, fora numai in Pap'a dela Rom'a [5]). Pentru ace'a si baseric'a nostra canta la Mineiu in 29 Juniu la laude: *„Romei celei mai mari decâtu alte cetati, tu ai fostu antaiulu Episcopu, si marirea si laud'a si basericei intarire Petre“*. Éra la 2 Januariu in Icosu despre S. Silvestru

[1]) Matth. XVI, 19. — [2]) Ioan. XXI, 15, 16 et 17. — [3]) Lucae XXII, 31, 32. — [4]) Eusebius historia ecclesiastica lib. III, cap. 1. pag.



miserit [1]), quum eidem universum ovium rationalium gregem pascendum tradiderit [2]), quumque pro ipso peculiari modo oraverit, ne fides eius deficeret, et ut fratres suos confirmaret [3]).

Divinam dispositionem, qua Sanctus Petrus caput totius Ecclesiae constituitur, Sacrae Scripturae conformiter Ecclesia quoque nostra recolit. Sic 16 Ianuarii in Menologio ad Photagogicon: *„Post mutationem nominis vocavit te Petrum, velut firmam petram et fundamentum Ecclesiae“*. Similiter 29 Iunii ad Laudes: *„Tu merito petra nominatus es, quando Ecclesiae fidem immobilem Deus firmavit, teque principem pastorum ovium suarum rationabilium constituit; unde etiam te, ut bonum reseratorem coelestium portarum constituit, ut aperias omnibus, qui cum fide accedunt“*. In Stichirio autem Photagogici XI. resurrectionis: *„Post resurrectionem manifestans te o salvator! discipulis tuis, Simoni in remunerationem dilectionis tradidisti oves pascendas, id est curam easdem pascendi“*.

Dominus Noster Ecclesiam super Sanctum Petrum aedificavit, et sicuti aedificium absque fundamento consistere haud valet, ita neque Ecclesia absque potestate Sancto Petro in primatu collata, proinde primatus a Sancto Petro ad successores eius transire debuit eo magis, quod post mortem Apostolorum suprema auctoritas maxime necessaria esset ad dissidia in sinu Ecclesiae exorta impedienda.

Quod autem Sancti Petri in iuribus ac praerogativis primatus super universam Ecclesiam successor non sit alius, quam Veteris Romae Episcopus, non solum ex eo persuademur, quod Sanctus Petrus Ecclesiae Romanae primus fuerit Episcopus, quam ipse gubernavit, morteque sua coronavit, [4]), verum etiam e perpetua ac universali Ecclesiae professione, quae in nullo alio Praesule supremam a Sancto Petro haereditate acceptam potestatem agnovit ac venerata est, praeterquam in Romano Pontifice [5]). Propterea Ecclesia quoque nostra 19 Iunii ad Laudes in Menologio sic canit: *„Romae reliquarum urbium maximae tu fuisti primus Episcopus et gloria et laus et Ecclesiae fortitudo, Petre“*. Ianuarii vero 2 in Icos de S. Sylvestro

132. — [5]) Conc. Chal. Harduin Tom. II, col. 306, - et Conc. oec. VI, serm. acclam. ad Imp. Harduin. Tom. III. col. 1422. —

se cetesce: *„scaunulu Principelui Apostoliloru inavutiandu-lu serbitoriu lui Domnedieu te-ai aretatu prea luminatu, imfrumsetiandu, intarindu, si marindu cu domnedieesci dogme baseric'a"*.

Asia dara Domnulu nostru Isusu Christosu intreit'a potere de Magisteriu, Ministeriu, si de Guvernare o comise in plenitudinea ei Santului Petru si urmatoriloru sei Pontificiloru Romani, care adeveru cuprinsu si in actele sinodeloru ecumenice, precum si in s. canone[3]), -lu recunoscù cu solemnitate si baseric'a grecésca in actele cele mai importante ale S. Uniri facute in sinodele ecumenice dela Lugdumu alu II. si dela Florenti'a.

Ce se tiene a) de poterea Magisteriului, pre acést'a tote sinodele o venerara in Pontificele Romanu cá suprem'a si decidietoria in trebile credintiei si a moralei. Dreptu-ace'a si Sinodulu Vaticanu conchiamatu la anulu 1869 8 Decembre pre urm'a sinodeloru precedenti decise: *„Cà Pontificele Romanu, candu vorbesce din cathedra, adeca candu implenindu-si deregatori'a de pastoriu si invetiatoriu alu toturoru crestiniloru dupa suprem'a lui auctoritate apostolica definesce cutare invetiatura despre credintia si moravuri, tienenda de catra tota baseric'a, prin asistenti'a divina promisa densului in fericitulu Petru, se bucura de ace'a infalibilitate, cu care domnedieesculu Mantuitoriu voì se fia provediuta baseric'a sa in definirea invetiaturei despre credintia ori moravuri; din care causa atari definitiuni ale Pontificelui Romanu din ele insesi suntu irreformabili, si nu din consensulu basericei"*.

b) Cu privire la poterea Ministeriului, precum in legea vechia Aronu erá Archiereulu supremu si mai mare preste cultulu divinu, multu mai tare in legea noua, care intrece multu pre cea vechia in priviuti'a demnitatei si autoritatei, Pontificele Romanu are dreptulu supremu de a pazí unitatea si santiani'a cultului, precum si a veghiá preste tienerea traditiuniloru apostolice in tota baseric'a, si asia si in baseric'a nostra.

c) Éra cu privire la poterea Gubernarei, Pontificelui Romanu, precum au difinitu si conciliele dela Florenti'a si din Vaticanu, i se a' datu in person'a fericitului Petru deplina potere

[1]) Conc. Nic. I. can. 6. - Conc. Sardic. can. 3, 4, 5. - Conc. CP. I.



legitur: *„Cathedram Principis Apostolorum ditando praeclarus Dei servus apparuisti, exornando, confirmando, amplificando divinis dogmatibus Ecclesiam"*.

Itaque Dominus Noster Iesus Christus triplicem Magisterii, Ministerii et Regiminis potestatem in plenitudine sua Petro eiusdemque successoribus Pontificibus nemqe Romanis commisit, quam veritatem in actibus quoque Synodorum oecumenicarum quemadmodum etiam in sacris Canonibus expressam[1]) Ecclesia quoque Graeca in praecipuis Sacrae Unionis actibus in Synodis oecumenicis Lugdunensis II. nec non Florentina emissis solemniter agnovit.

Quod a) potestatem magisterii attinet, hanc in Pontifice Romano omnes Synodi qua supremam et in rebus fidei ac morum decisivam veneratae sunt. Idcirco Synodus quoque Vaticana 8 Decembris 1869 congregata vestigiis praecedentium Synodorum inhaerens decrevit: *„Romanum Pontificem cum ex Cathedra loquitur, idest cum omnium christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens pro suprema sua apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit, per assistentiam divinam ipsi in beato Petro promissum, ea infallibilitate pollere, qua divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit: ideoque eiusmodi Romani Pontificis definitiones ex esse, non autem ex consensu Ecclesiae irreformabiles esse"*.

b) Relate ad potestatem ministerii si iam in veteri Lege Aaron erat supremus sacerdos necnon Pontifex cultui divino praepositus, multo magis in lege nova, quae Veteri longe dignitate et auctoritate praestat, Pontifex Romanus iure unitatem et sanctitatem cultus divini servandi, traditionesque apostolicas custodiendi supremo pollet in universa Ecclesia, ac proinde etiam in Ecclesia nostra.

c) Quod autem potestatem Regiminis spectat, Romano Pontifici, sicut etiam oecumenica concilia Florentinum et Vaticanum definiverunt in beato Petro pascendi regendi gubernan-

can. 3. - Conc. Chalced. can. 28. - Conc. VI. can. 56. - Conc. VIII (Constantinop. IV) can. 21. —

de a pasce, indreptá si guberná baseric'a universala; care pastrandu in tote unitatea totusi se ingrigesce si implinesce in modu diversu lipsele diverse ale basericiloru particulari atâtu din apusu câtu si din resaritu. Si in deosebi cu privire la Provinci'a gr. cat. de Alb'a-Julia si Fagarasiu, amesuratu Instructiunei S. Congregatiuni de Propaganda Fide din 28 Juniu 1858, pre ace'a o conduce in sensulu urmatorei dechiaratiuni:

*„SS. D. N. Pius PP. IX. . . . . . unitos favoribus augere non destitit, id unum requirens, ut errores omnimode evellerentur, sed ritus orientalis maneret inviolatus, quemadmodum et disciplina, quam ante schisma Orientales servabant, et profitebantur, quaeque venerandis ipsorum antiquis liturgiis ac ritualibus innititur, religiose custodiretur“.*

*„Equidem non alio consilio novam Ecclesiasticam Provinciam ab Alba-Iulia dictam, praelaudatus Pontifex instituit, quippe qui explicate mandavit, ut forma atque administratio ad ritum et disciplinam Orientalis Ecclesiae exigeretur, ut insuper vel tali exemplo etiam dissidentes allecti ac unitatis studio adspirante Deo excitati, facilius in gremium catholicae Unitatis se reciperent“.*

Pentru ace'a cu sinodulu oecumenicu din Vaticanu invetiàmu si declaramu: *„cà baseric'a Romana dupa dispusetiunea divina tiene principatulu preste tote cele alalte baserici de potere ordinaria, si cà acést'a potere jurisdictiunala a Pontificelui Romanu, care in adeveru este episcopala, este inmediata: facia cu carea pastorii si credintiosii, de ori ce ritu si demnitate, suntu datori cu subordinatiune hierarchica si cu adeverata ascultare, atâtu fia-carele in deosebi, câtu si cu totii la olalta, nu numai in trebile tienetorie de credintia si moravuri, ci si in acelea, cari se tienu de disciplin'a si gubernarea basericei latîte in tota lumea; astufeliu, câtu padienduse cu Pontificele Romanu unitatea atâtu a comuniunei, câtu si a marturisirei unei si aceleiasi credintie, baseric'a se fia una turma sub unu supremu pastoriu. . . . . “. Acést'a este invetiatur'a adeverului catolicu, dela care nimene nu se pote abate fora de periclulu credintiei si alu mantuirei.*

*Si deora-ce Pontificele Romanu dupa dreptulu divinu alu Primatului Apostolicu presiede basericei universale, invetiamu inca*



dique universalem Ecclesiam plena potestas data est; qui in omnibus unitatem servans, nihilominus particularium Ecclesiarum sive Occidentalium sive Orientalium diversis necessitatibus diversa quoque ratione consulit ac providet. Et in specie, quod Provinciam Graeco-Catholicam Alba-Iuliensem ac Fogarasiensem respicit, eandem ad normam instructionis S. Congregationis de Propaganda Fide die 28 Iunii 1858 emanatae, conducit in sensu sequentis declarationis:

*„SS. D. N. Pius Papa IX. . . . . . unitos favoribus augere non destitit, id unum requirens, ut errores omnimode evellerentur, sed ritus orientalis maneret inviolatus, quemadmodum et disciplina, quam ante schisma Orientales servabant, et profitebantur, quaeque venerandis ipsorum antiquis liturgiis ac ritualibus innititur, religiose custodiretur“.*

*„Equidem non alio consilio novam Ecclesiasticam Provinciam ab Alba-Iulia dictam praelaudatus Pontifex instituit, quippe qui explicate mandavit, ut forma atque administratio ad ritum et disciplinam Orientalis Ecclesiae exigeretur, ut insuper vel tali exemplo etiam dissidentes allecti ac unitatis studio adspirante Deo excitati, facilius in gremium catholicae Unitatis se reciperent“.*

Propterea praeeunte Synodo oecumenica Vaticana docemus et declaramus *„Ecclesiam Romanam disponente Domino super omnes alias ordinariae potestatis obtinere principatum, et hanc Romani Pontificis iurisdictionis potestatem, quae vere episcopalis est, immediatam esse: erga quam cuiuscumque ritus et dignitatis pastores atque fideles, tam seorsum singuli, quam simul omnes, officio hierarchicae subordinationis veraeque obedientiae obstriguntur, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; ita ut custodita cum Romano Pontifice tam communionis, quam eiusdem fidei professionis unitate, Ecclesia Christi sit unus grex cub uno summo pastore. Haec est catholicae veritatis doctrina, a qua deviare, salva fide atque salute, nemo potest. . . . . .*

*Et quoniam divino apostolici primatus iure Romanus Pontifex universae Ecclesiae praeest, docemus etiam et declaramus,*

*si dechiaramu cà elu este Judecatoriulu supremu alu credintiosiloru, si cà in tote causele tienetorie de cercetare basericésca se pote recurge la judecat'a densului"* [1]). *Éra judecat'a Scaunului Apostolicu, a carei autoritate este cea mai mare, nimene nu o pote retractá, nice este cuiv'a iertatu a judecá asupr'a judecatei aceleia* [2]). *Din care causa ratecescu toti aceia, cari afirma, cumcà este iertatu a apelá dela judecatîle Pontificelui Romanu la Conciliulu ecumenicu cá la un'a autoritate mai inalta cá Pontificele Romanu.* Éra la amintirea Pontificelui Romanu, ce este in unulu fia-care tempu, in Sant'a Liturgia si in alte rogatiuni publice, suntu obligati toti Episcopii si totu clerulu.

## CAPU III.

### Despre Metropoliti.

Altu gradu mediulociu preainsemnatu intre Capulu basericei si intre Episcopi, este demnitatea Metropolitana, a careia origine se deduce din tempurile Apostolice. Asia Cononulu 34 alu Apostoliloru prescrie: *„Episcopii fia-carei ginti se cuvine se cunosca pre celu antaiu de intre densii, si alu socotí pre elu cá capu si nemicu a face fora de scirea lui . . . . . dara nece acel'a fora de socotél'a toturoru se faca ceva, cà asia va fí o unire si se va marí Domnedieu prin Christosu in Spiritulu santu".* De unde si canon. 9 alu sinodului Antiochenu astufeliu prescrie: *„Episcopii toturoru Eparchieloru trebue se cunosca pre Episcopulu celu ce este in Metropolia, si elu se primésca portarea de grigia a tota provinci'a: pentru-cà la Metropolia nezuescu din tote partîle toti cei ce au trebuintia. Pentru ace'a se a' socotitu de cuvenintia, cá elu si cu onorea se-i intréca, si nemicu de prisosu se faca cei alalti Episcopi fora de densulu, dupa vechiulu canonu alu parintîloru, carele e regula, decâtu acele singure, cari se cuvinu diecesei fia-caruia, si sateloru, ce suntu sub dens'a . . . . . éra mai incolo nemicu se se apuce a face fora de Episcopulu Metropoliei, nece elu fora de socotinti'a celoru alalti".*

Pre basea acestoru s. canone in intielesulu Bulei pontificie emanata asupra restaurarei Metropoliei de Alb'a-Juli'a, cu datulu VI. Cal. Decemb. 1853, si deosebi in sensulu pasagiului

[1]) Conc. oecum. Lugdunense II. —



*eum esse iudicem supremum fidelium, et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius posse iudicium recurri* [1]). *Sedis vero Apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius licere iudicare iudicio* [2]). *Quare a recto veritatis tramite aberrant, qui affirmant, licere ab iudiciis Romanorum Pontificum ad oecumenicum Concilium tamquam ad auctoritatem Romano Pontifice superiorem appellare.* Commemoratio autem Romani Pontificis pro tempore existentis in Sacra Liturgia aliisque publicis precibus a Sacris Antistibus et universo Clero est perficienda.

## CAPUT III.

### De Metropolitis.

Alter permagni momenti inter Ecclesiae Caput et Episcopos gradus intermedius, dignitas Metropolitana est, cuius origo inde ab apostolicis fere temporibus deducitur. Sic Apostolorum Canon 43. praescribit: *„Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, et nihil amplius praeter eius conscientiam gerant . . . . . sed nec ille peaeter omnium conscientiam faciat aliquid, sic enim unanimitas erit, et glorificabitur Deus per Christum in Spiritu Sancto".* Unde et antiochenus Canon 9. sic. habet: *„Per singulas regiones Episcopos convenit nosse Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius provinciae gerere: propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrunt. Unde placuit eum et honore praecellere, et nihil amplius praeter eum caeteros Episcopos agere, secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam: nisi ea tantum, quae ad suam Dioecesium pertinent, possessionesque subiectas . . . . amplius autem nihil agere tentet praeter antistitem Metropolitanum, nec Metropolitanus sine caeterorum gerat consilio sacerdotum".*

Virtute horum sacrorum canonum nec non in sensu Bullae Pontificiae de restauratione Metropoliae Alba-Iuliensis VI. Kalendas Decembris 1853 emanatae, et praesertim in sensu se-

[2]) Ep. S. Nicolai I. ad. Michaelem Imperatorem —.

urmatoriu: *„In ea Fogarasiensi (seu Balásfalvensi) Metropoli et Ecclesia constituta sit cathedra et dignitas Archiepiscopalis pro uno ipsius ordinario Antistite Fogarasiensi ritus graeci catholici uniti nuncupando, qui singulis gaudeat privilegiis, praerogativis, honoribus, iuribusque Archiepiscopis dicti ritus concessis ita, ut omnia, quae ad similes graeci ritus catholici uniti Archiepiscopos in eorum civitatibus et Dioecesibus ad archiepiscopale munus exercendum de iure, usu, consuetudine vel quavis alia legitima ratione pertinere solent, eadem gerere et exercere libere ac licite possit et valeat“*, Sinodulu dechiara, cà drepturile Metropolitiloru in baseric'a nostra gr. catolica suntu urmatoriele:

1. Metropolitulu are dreptu a pretinde, cà toti Episcopii din provinci'a sa cari in diecesele proprie deprindu jurisdictiune iumediata si ordinaria, se 'lu recunosca de capu alu loru, fiendu eli datori a petrece cu densulu in legatura canonica a pacei si a harmoniei spre prosperarea a tota provinci'a; asemenea este indreptatîtu Metropolitulu intre marginile santeloru Canone a portá grigia de tote basericele din provinci'a sa, si pentru ace'a lui i se cuvine antaiatate si onóre mai pre susu de toti Episcopii comprovinciali si astu-feliu are dreptu a fí amintitu la S. Liturgia si la alte rogatiuni publice de catra Episcopii precum si de catra cleru.

2. Metropolitulu are dreptu a pretinde, cá Episcopii nemicu momentuosu si de interesu comunu pentru provincia se faca fora scirea si conlucrarea Metropolitului [1]).

3. Metropolitulu cá capu alu provinciei are dreptu a conchiamá sinode provinciali in loculu, unde densulu va aflá cu cale [2]), a presiedé la acelea, si a direge ordinea lucruriloru, si fratiesce a certá pre aceia, cari fora causa legitima ar' absentá [3]), a conduce alegerea Episcopiloru unde este in usu [4]), in contielegere cu Episcopii sufragani a examiná si a se convinge despre destoinici'a si scienti'a canditatiloru [5]), unde conferirea Episcopiloru ar' substá inmediatu sub patronatulu Regiu a face propunerea in contielegere cu Episcopii Sufragani, si a

[1]) Can. Apost 34.-Conc. Anioch. c. 9.—[2]) Conc. Antioch. can. 19.-Conc. VI,



quentis passus: *In ea Fogarasiensi (seu Balásfalvensi) Metropoli et Ecclesia constituta sit cathedra et dignitas Archiepiscopalis pro uno ipsius ordinario Antistite Fogarasiensi ritus graeci catholici uniti nuncupando, qui singulis gaudeat privilegiis, praerogativis, honoribus, iuribusque Archiepiscopis dicti ritus concessis ita, ut omnia, quae ad similes graeci ritus catholici uniti Archiepiscopos in eorum civitatibus et Dioecesibus ad archiepiscopale munus exercendum de iure, usu, consuetudine vel quavis alia legitima ratione pertinere solent, eadem gerere et exercere libere ac licite possit et valeat“*, Synodus declarat iura Metropolitarum in Ecclesia nostra graeco-catholica esse sequentia:

1. Metropolita ius habet exigendi, ut omnes Provinciae Episcopi, qui in suis dioecesibus immediatam et ordinariam iurisdictionem exercent, illum nihilominus tamquam Caput agnoscant, quippe qui in totius Provinciae prosperitatem cum eodem in vinculo canonico pacis et concordiae versari obligentur: eodem modo Metropolita iure pollet omnium Provinciae Ecclesiarum ad tramites SS. Canonum curam atque sollicitudinem gerendi, ac propterea honor ipsi atque praecedentia prae omnibus Episcopis comprovincialibus debetur, ac proinde habet ius ut ab Episcopis prout et Clero in sacra Liturgia aliisque publicis precibus commemoretur.

2. Metropolita ius habet exigendi, ut Episcopi nihil magni momenti, bonumque totius Provinciae respiciens absque scitu et cooperatione Metropolitae adgrediantur [1]).

3. Metropolita qua Caput Provinciae ius habet Synodos provinciales, ubi ipse satius duxerit [2]), convocandi, iisdem praesidendi, agendorum ordinem dirigendi, fraterneque illos corripiendi, qui absque legitima causa non convenirent [3]), Episcoporum electiones, ubi usus tenet, moderandi [4]), una cum Episcopis suffraganeis promovendorum scientiam et habilitatem examinandi, de eoque sibi persuasionem procurandi [5]), ubi vero Episcopatum collatio patronatui Regio immediate subesset, auditis Episcopis suffraganeis propositionem faciendi, atque insi-

can. 8. - Conc. VII, can. 8. — [3]) Conc. VI, can. 8. — [4]) Conc. Antioch. can. 19. - Laodic. c. 12. — [5]) Conc. I, can. 4. - Conc. VII, can. 2. —

staruí cá scaunele vacante in restempulu prescrisu de SS. Canone se se complinésca; a chirotoní pre celu alesu [1]) dupace celu alesu va fí castigatu institutiunea canonica dela Pontificele Romanu, si mandatu Apostolicu pentru consecratiunea sa [2]). Devenindu in vacantia Scaunulu Episcopescu metropolitanu, Seniorulu dintre Episcopii sufragani e indatoratu in contielegere cu Ordinariatulu metropolitanu si cei alalti Episcopi comprovinciali a se ingrigí despre complinirea acelui Scaunu conducandu actulu de alegere, esaminéza abilitatea celoru alesi, susterne propunerea pentru complinirea Scaunului vacantu metropolitanu.

4. Metropolitulu are dreptu a primí apelatiuni dela forurile Episcopesci in tote causele basericesci [3]).

5) Metropolitulu are dreptu de a indatorá pre Episcopii din provinci'a sa la resiedintia, de cumvá aceia ar' absentá fora cause canonice [4]), a se ingrigí de basericele Episcopesci vacante [5]), si a deprinde dreptulu devolutiunei cu privire la constituirea Vicariului capitulare.

6. Metropolitulu cá capu a tota provinci'a are dreptu de a privegbiá preste integritatea credintiei, curati'a moravuriloru, observarea S. canone, uniformitatea cultului divinu. Éra spre delaturarea abusuriloru in aceste privintie ivinde, a intreprinde la casuri de lipsa constatata in sinodulu provincialu chiaru si visitatiuni canonice [6]).

7. Metropolitulu are dreptulu proëdriei in sinodele ecumenice inaintea toturoru Episcopiloru, precum si dreptulu de a portá paliulu capetatu de pre corpulu S. Petru cá semnulu jurisdictiunei archiepiscopale.

Acestu sinodu recunoscûndu, cà tote aceste drepturi, amesuratu constitutiunei canonice a basericei gr. catholice, se cuvinu Scaunului metropolitanu gr. cat. de Alb'a-Julia si Fagarasiu, si fiendu convinsu, cà acelea drepturi pentru consolidarea acestei provincie, si facia cu periclele, ce amenintia S. Unire, suntu neaperatu necesarie, decide: cá acelea se se respecteze de catra toti membrii acestei provincie, si se se pastreze nevetamate cu tota scumpetatea.

[1]) Conc. oecum. I, can. 4 et 6. - Conc. Antioh. can. 19, 23. — [2]) Conc. Antioch. can. 16. [3]) Conc. Sardic. — can. 14. — [4]) Conc. Sardic.



stendi, ut sedes vacantes intra tempus a SS. Canonibus praefinitum compleantur; electum consecrandi [1]) postquam electus canonicam institutionem a Romano Pontifice, et Apostolicum suae consecrationis mandatum receperit [2]). Sede Episcopali metropolitana in vacantiam deveniente, senior Episcoporum suffraganeorum, collatis cum Ordinariatu metropolitano caeterisque comprovincialibus Episcopis consiliis, sollicitudinem impendere tenetur, ut sedes Metropolitana compleatur, ipse actum electionis seu designationis moderando, examinat candidatorum habilitatem, propositionemque pro sede vacante metropolitana complenda substernit.

4. Metropolita ius habet in omnibus causis ecclesiasticis appellationes a foris episcopalibus recipiendi [3]).

5. Metropolita habet ius Provinciae Episcopos absque causis canonicis absentes ad residendum compellendi [4]), Ecclesiarum Episcopalium vacantium curam gerendi [5]), devolutionisque ius circa Vicarii Capitularis electionem exercendi.

6. Metropolita qua caput totius Provinciae ius habet, fidei integritati, morum puritati, SS. Canonum observantiae, cultusque divini uniformitati invigilandi. Ad abusus vero hisce sub respectibus occurentes tollendos, casu necessitatis in Synodo provinciali comprobatae visitationes quoque canonicas instituendi [6]).

7. Metropolita habet ius proëdriae in Synodis oecumenicis prae omnibus Episcopis, prout et ius pallium de corpore S. Petri acceptum veluti iurisdictionis archiepiscopalis insigne gestandi.

Haec Synodus agnoscens praefata iura, in sensu constitutionis canonicae Ecllesiae graeco-catholicae, Sedi metropolitanae graeco-catholicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensi competere, atque persuasum habens eadem iura ad hanc Provinciam firmandam, et attentis periculis S. Unioni imminentibus, absolute necessaria esse, decernit: illa iura ab omnibus huiusce Provinciae membris honore prosequenda, atque religiose custodienda esse inviolata.

can. 11. — [5]) Conc. oecum. VI, can. 35; Conc. oecum. IV, can. 25. — [6]) Conc. Antioch. can. 9. —

Totu una data cu tota solemnitatea dechiara provinci'a gr. cat. de Alb'a-Julia si Fagarasiu de autonoma si independenta [1]) dela jurisdictiunea ori-carei alte provincie basericesci, atarnandu ea singuru si immediatu dela S. scaunu Apostolicu alu Romei, dupa cum s'a declaratu si in Bulla Pontificia carea se incepe: „Ecclesiam Christi" de dtulu VI Kal. Decembris 1853 relativa la restaurarea Provinciei metropolitane de Alb'a-Julia cu cuvintele: *Dioecesim Fogarasiensem in Transylvania, quae iam inde a sua institutione metropolitico iuri Archiepiscopi Strigoniensis ad haec usque tempora obnoxia fuit, ab eodem jure et subjectione ejusdem Metropolitani Antistitis, accedente consensu praemisso, auctoritate apostolica eximimus et dissolvimus ita, ut ipsius dioecesis Antistes graeci ritus catholici uniti . . . . omnes denique utriusque sexus personae cuiuscumque gradus ordinis et conditionis a pristina, cui antea suberant Metropolitae Strigoniensis iurisdictione et quavis alia potestate et praerogativa iurisdictionali in perpetuum pariter exemptae sint et liberatae. Insuper Magnovaradinensem Dioecesim, quae Strigoniensis eiusdem Antitististis iurisdictioni a sua fundatione praefata subiecta fuit, ab eadem subiectione et potestate, de Metropolitae ipsius libero consensu et resignatione in perpetuum ea ratione distrahimus et avellimus, ut non modo Magnovaradinenses Antistites graeci ritus catholici uniti, sed vero omnes illius Dioecesis ecclesiae . . . ab antiqua Archiepiscopi Strigoniensis iurisdictione et superioritate in perpetuum distracta prorsus et exempta censeantur".*

## CAPU IV.

### Despre Episcopi.

Domnedieesculu Mantuitoriu voindu cá baseric'a se perdureze pàna la capetulu lumei, a' provediutu pre Apostoli cu poterea de a'-si constituí sie-si succesori in Episcopi, cari se li succéda in tota poterea ordinaria data Apostoliloru [2]). Pentru ace'a Apostolii ordinarà in diferite cetati Episcopi concrediendu-li acelor'a turme anumite spre pastorire [3]).

[1]) Synod. Antioch. can. 13. —



Una solemniter declarat Provinciam graeco-catholicam Alba-Iuliensem et Fogarasiensem authonomam, atque a cuiuscumque alterius ecclesiasticae Provinciae iurisdictione independentem esse [1]), solique ac immediate S. Sedi Apostolicae subiectam, quemadmodum in Bulla quoque Pontificia, cuius initium „Ecclesiam Christi", VI Kalendas Decembris 1853 emanata atque restaurationem Provinciae metropolitanae Alba-Iuliensis respiciente declaratum est sequentibus verbis: *Dioecesim Fogarasiensem in Transylvania, quae iam inde a sua institutione metropolitico iuri Archiepiscopi Strigoniensis ad haec usque tempora obnoxia fuit, ab eodem iure et subiectione eiusdem Metropolitani Antistitis, accedente consensu praemisso, auctoritate apostolica eximimus et dissolvimus ita, ut ipsius Dioecesis Antistes graeci ritus catholici uniti . . . . omnes denique utriusque sexus personae cuiuscumque gradus, ordinis et conditionis a pristina, cui antea suberant, Metropolitae Strigoniensis iurisdictione, et quavis alia potestate et praerogativa iurisdictionali in perpetuum pariter exemptae sint et liberate. Insuper Magnovaradinensem Dioecesim, quae Strigoniensis eiusdem Antistitis iurisdictioni a sua fundatione praefata subiecta fuit, ab eadem subiectione et potestate, de Metropolitae ipsius libero consensu et resignatione, in perpetuum ea ratione distrahimus et avellimus, ut non modo Magnovaradinenses Antistites graeci ritus catholici uniti, sed vero omnes illius Dioecesis ecclesiae . . . ab antiqua Archiepiscopi Strigoniensis iurisdictione et superioritate similiter in perpetuum distracta prorsus et exempta censeantur".*

## CAPUT IV.

### De Episcopis.

Divinus Salvator Ecclesiam suam usque ad consummationem saeculorum perdurare volens Apostolus potestate instruxit sibi successores constituendi in Episcopis, qui illis in omnem potestatem ordinariam Apostolis collatam succederent [2]). Quamobrem Apostoli per varias civitates Episcopos ordinaverunt, certos greges ad pascendum illis committendo [3]).

[2]) S. Cypr. epist. 69: »qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt«; — [3]) Tit. I, 5; I. Tim. IV, 14. —

Dreptu ace'a Episcopulu este vediutoriulu si portatoriulu de grigia cu potere deplina a toturoru crestiniloru aflatori in dieces'a lui [1]).

Aceast'a potere episcopésca este intreita, adeca: poterea Magisteriului, Ministeriului si a Gubernarei.

1. Cu privire la poterea Magisteriului, Episcopii au dreptu a predicá cuventulu lui Ddieu, si face prin barbati de ei autorisati se se predice acel'a credintiosiloru supusi grigei loru [2]), prin urmare suntu obligati a se ingrigí de crescerea solida a clerului in institute corespundietorie [3]), a portá grigia de crescerea crestina a tinerimei [4]), a censurá cartîle de cuprinsu religiosu [5]), si a oprí cele periculose credintiei si moravuriloru bune [6]).

2. Cu privire la poterea Ministeriului Episcopii au dreptu a administrá tote S. Sacramente, si a dispune cá acelea tote se se administreze credintiosiloru prin preoti, afora de s. sacramentu alu ordului, precum dîce S. Hieronimu, „ce pote face Episcopulu, ce nu ar' poté si Presbiteriulu afora de chirotonire“ [7]). Mai incolo Episcopulu are dreptulu eschisivu de a consacrá baserice [8]), altarie, antimise si vase basericesci [9]), a sântî s. miru, a benecuventá archimandriti si vergure sacre [10]).

3. Cu privire la poterea Gubernarei Episcopii suntu indreptatîti a convocá sinode diecesane [11]), a presiedé la acelea si a aduce legi obligatorie pentru tota dieces'a loru, si cá unii ce suntu pusi de Spiritulu S. se guberneze baseric'a lui Ddieu, au dreptu a emite regule disciplinarie chiaru si fora sinodu [12]), de cari este datoriu a ascultá totu clerulu si poporulu *pentrucà Episcopulu priveghiaza asupra sufleteloru si are se dee séma pentru acelea* [13]), prin urmare Episcopii au dreptulu si a dispensá dela atari legi, má chiaru pre lenga remonstrare la s. Scaunu Apostolicu [14]), si capetandu dela acelasi facultate a suspinde si celea generali subversandu necessitatea si utilitatea [15]).

Episcopii au mai incolo dreptulu de a priveghiá preste integritatea credintiei [16]), preste curatî'a moravuriloru, observarea canoneloru [17]), precum si preste manastiriile aflatorie

[1]) Can. Apost. 35. — [2]) Act. Ap. VI, 2. - 1. Tim. IV, 16; 2. Tim. II. 2 - Can. Apost. 58. - Conc. VI, can. 19. — [3]) Conc. Carthag. can. 19. — [4]) Can. Apost. 58. — [5]) Timoth. Alexandriu. quaest. 24. — [6]) Can. Apost, 60. - Conc. VI, can. 2. - Conc. VII, can. 9. 9. — [7]) S. Hieronim. ep. ad. Evagrium - S. Ioan. Chrysost. Hom. XI. in ep I ad Timoth. - Can. Apost. 2.



Hinc Episcopus est inspector et omnium christianorum in eius Dioecesi commorantium plena potestate invigilator [1]).

Haec potestas Episcopalis triplex est, nempe potestas Magisterii, Ministerii et Regiminis.

1. Quod potestatem Magisterii attinet, Episcopi ius habent verbum Dei praedicandi, atque efficiendi, ut illud fidelibus curae eorum subiectis per personas ab ipsis missione auctoritateque instructas praedicetur [2]), per consequens tenentur sanae Cleri in institutis idoneis educationi prospicere [3]), institutioni christianae iuventutis consulere [4]), libros de religione tractantes censurae subiicere [5]), fidei ac bonis moribus noxios prohibere [6]).

2. Relate ad potestatem Ministerii Episcopi ius habent omnia SS. Sacramenta administrandi, praecipiendique, ut ea omnia fidelibus administrentur per presbyteros, excepto S. Sacramento ordinis, prout dicit S. Hieronymus: „Quid potest Episcopus, quod non posset et Presbyter, excepta ordinatione?“ [7]) Porro Episcopus ius habet exclusivum Ecclesias [8]), altaria, antimisia, vasaque sacra [9]) consecrandi, S. Chrisma conficiendi, Archimandritas nec non virgines sacras benedicendi [10]).

3. Quod autem potestatem Regiminis spectat, Episcopi iure pollent Synodos Dioecesanas convocandi [11]), iis praesidendi, statutaque totam Dioecesim obstringentia condendi, et qua a Spiritu Sancto Ecclesiam Dei regere positi praeter Synodum quoque emittendi [12]) regulas disciplinares, quibus universus Clerus et populus obedire tenetur, *namque Episcopus pervigilat, quasi rationem pro animabus illorum redditurus* [13]); ergo Episcopi ius habent ab hisce legibus dispensandi quoque, imo facta ad S. Sedem Apostolicam [14]) repraesentatione, et obtenta facultate, generales etiam, obversante necessitate utilitateque [15]), leges suspendendi.

Praeterea Episcopi ius habent fidei integritati [16]), morum puritati, SS. Canonum observantiae [17]), Monasteriisque in eo-

2. — [8]) Conc. VII, can. 7. — [9]) Archieraticon (Pontificale). — [10]) Conc. Carthag. can. 6. — [11]) Conc. Antioch. can. 20. — [12]) Act. Ap. XX, 28. — [13]) Hebr. XIII, 17. - Can. Apost. 39. - Conc Laodic. can. 57. — [14]) Bened. XIV. de Synod. Dioecesana tom. I, lib. IX, cap. 8. — [15]) Conc. Carthag. can. 77. — [16]) Tit. I, 9. — [17]) Const. Apost. lib. II, cap. VI. —

in teritoriele loru [1]). Asemenea suntu indreptatiti episcopii a visitá diecesele loru in persona, ori fiendu canonice impedecati, ale visitá pre acele prin visitatori [2]), a ingrigí de administrarea averiloru basericesci din tota dieces'a si a face dispusetiuni corespundiatorie cu privire la aceasi [3]), a judecá tote causele basericesci, civili, criminali si matrimoniali din diecesele loru [4]) in forulu internu [5]) si esternu, precum si a pedepsí delictele loru cu censure ecclesiastice. Mai departe Episcopii suntu obligati dupa santele canone la resiedintia personala in baseric'a seau dieces'a sa, pentrucà cei ce nu suntu in midiloculu turmei loru, aceia nu-si potu impliní precum se cuvine oficiele pastorali. Din care causa Episcopii, cari fora de causa legitima, si in form'a si modulu prefinitu de santele canone aru absentá dela baseric'a seau dieces'a sa, suntu supusi pedepseloru statorite de acelesi canone.

Afora de ace'a suntu datori totu la patru ani a tramite Congregatiunei de Propaganda Fide relatiuni despre starea basericei loru.

In urma Episcopii au si drepturi onorifice, anume: a premerge cu demnitatea si cu onorea, si a se folosí de ornamentele demnitatei episcopesci, precum si de a fí respectati de totu clerulu [6]), carele este obligatu a-i amentí la s. liturgia si la alte rogatiuni publice dupa amintirea Pontificelui Romanu si a Metropolitului.

## CAPU V.

### Despre Presbiterie seau despre Capitulele basericeloru catedrali.

Episcopii inca dela inceputulu basericei se foloseau in gubernarea basericeloru sale cu presbiterii si cu diaconii aflatori la catedr'a sa, carii constituiau senatulu seau presbiteriulu episcopului, fora de a carui svatu S. Cyprianu nu intreprindea nece unu lucru de mare insemnatate [7]). Despre vechi'a institutiune a presbiterieloru catedrali aflàmu urme in faptele Apostoliloru [8]), in canonele Concilieloru [9]), si in Epistolele SS. Parinti [10]). Capitulele de astadi inlocuescu presbiteriele celea vechi, ale caroru membrii se numeau *Canonici* [11]) (esistenti sub regula).

[1]) Conc. VI, can. 4—8. — [2]) Conc. Laodic. can. 57. — [3]) Can. Apost. 3, 8, 40, 41. - Conc. IV, can. 26. - Conc. VII, can. 11, 12. - Conc. Carthag. can. 34, 41. — [4]) Matth. XVIII. 18; - Joan. X, 23. — [5]) I. Tim. V, 19; - Conc. IV, can. 9—21; - Conc. Antioch. can. 6. — [6]) Can. Apost. 55. — [7]) S. Cypr.



rum territoriis existentibus invigilandi [1]). Pariter iure pollent Episcopi suas Dioeceses visitandi in persona, sive illis canonice impeditis per visitatores [2]), bonorum ecclesiasticorum totius Dioecesis administrationi consulendi, dispositionesque opportunas eandem concernentes emittendi [3]), omnes causas ecclesiasticas civiles, criminales et matrimoniales Dioecesium [4]) illorum in foro interno [5]) et externo iudicandi, nec non delicta censuris ecclesiasticis puniendi. Obligantur etiam Episcopi iuxta sacros canones ad personalem in sua Ecclesia vel Dioecesi residentiam, cum munera pastoralia rite ab iis praestari et impleri nequent, qui gregi suo non assistunt. Quare Episcopi, qui absque legitima causa, et iuxta formam et modum a sacris canonibus praefinitum a sua Ecclesia vel Dioecesi abfuerint, poenis ab iisdem canonibus praestitutis subiacent.

Item relationem status suae Ecclesiae ad S. Congregationem de Propaganda Fide singulis quadrienniis mittere tenentur.

Episcopi denique iuribus quoque honorificis gaudent, et quidem dignitate ac honore praeeundi, gradusque Episcopalis ornamentis utendi, nec non debitum honorem exigendi ab universo clero [6]), qui post Romani Pontificis et Metropolitae commemorationem obligatur Episcopi nomen in S. Liturgia aliisque publicis precibus referre.

## CAPUT V.

### De Presbyteriis sive Ecclesiarum Cathedralium Capitulis.

Episcopi iam inde a primordiis Ecclesiae in regimine Ecclesiarum suarum utebantur Presbyteris et Diaconis Ecclesiae Cathedralis, qui Episcopi Senatum sive Presbyterium constituebant, sine cuius consilio S. Cyprianus nihil magni momenti adgrediebatur [7]). Antiquae Presbyteriorum Cathedralium institutionis vestigia invenimus in Actibus Apostolorum [8]) in Conciliorum Canonibus [9]), nec non in SS. Patrum Epistolis [10]). Moderna Capitula locum supplent priscorum Presbyteriorum, quorum membra Canonici [11]) (sub regula existentes dicebantur.

ep. 6: »A primordiis episcopatus mei statueram, nihil sine vestro consilio . . . privata sententia gerere«. — [8]) Act. Ap. XX, 17: »vocavit maiores natu Ecclesiae« I. Tim. IV, 14. — [9]) Conc. I, can. 16. - Conc. Antioch. can. 2. - Syn. Ancyrana can. 8. — [10]) S. Cypr. ep. 46, 35, 5. - S. Ignatius Martyr. in ep. ad Magnes. — [11]) Conc. I, can. 16. —

Drepturile presbiterieloru seau a capituleloru suntu urmatoriele:

1. Fiendu complenitu Scaunulu episcopescu, densele constituescu senatele Episcopiloru, cari impreuna participéza la gubernarea dieceseloru [1]) cerenduse in unele casuri consiliulu loru, in altele consensulu acelor'a [2]).

2 Candu suntu vacante scaunele episcopesci, capitulele au dreptulu de a administrá diecesele cu potere ordinaria de jurisdictiune episcopésca [3]) inse cu restrictiune de a nu face inoiri [4]), si de a-si alege in 8 dîle din sinulu loru vicariu generalu capitulariu in celea spirituali, unu preotu, numai se fia abilu, aptu si necasatoritu, si economu in celea temporali [5]). Mai incolo au votu virilu la alegerea fiitoriului Episcopu, unde este in usu.

Capitulele in câtu forméza collegie de sene statatorie au dreptu si obligatiune de a administrá fundatiunile si fondurile publice diecesane, — sub suprainspectiunea Episcopului — a face statute obligatorie pentru densele, si cá acele se aiba potere obligatoria si pentru successori, a le asterne Episcopului spre aprobare [6]), a tiené siedintie in trebi capitulari, a se folosí cu sigilu propriu, a luá parte la sinodele provinciali prin unu deputatu alesu, celu metropolitanu prin 2 alesi (ispravnici) [7]), éra la cele diecesane cu totii.

Capitulele cá Senatele Episcopiloru au dreptu a premerge toturoru preotiloru din diecesa [8]).

Membrii capitulari suntu obligati a asistá la tote functiunile sacre episcopesci, a absolví in tote dîlele orele canonice, a celebrá S. Liturgia, si cele alalte oficie sacre in ordine la baseric'a cathedrala, a predicá la mandatulu Episcopului [9]), a ascultá marturisirile credintiosiloru in lipsa, a nu absentá dela resiedintia fara scirea Episcopului, si a lucrá cu tote poterile la cultivarea scientieloru, inflorirea Basericei si la sporirea S. Uniri.

[1]) S. Cypr. ep. 6: »Ut ea quae circa ecclesiae gubernacula utilitas communis exposcit, tractare simul, ut plurimorum consilio examinata limare possemus« — [2]) S. Theoph. Alex. can. 7 - Conc. IV, can. 26. - S. Cypr. ep. 46: »Placuit contrahi presbyterium . . . . ut formato consilio, quid circa personam eorum observari deberet, consensu omnium statueretur«. Ep. 33 in ord. cler. »Fratres carissimi solemus vos ante consulere, et mores ac merita singulorum



Presbyteriorum sive Capitulorum iura sequentia sunt:

1. Sede episcopali plena ipsa constituunt Senatum Episcoporum et insimul ad gubernandas Dioeceses concurrunt [1]), in nonnullis casibus consilio eorum, in aliis vero consensu exquisito [2]).

2. Sede episcopali vacante Capitula ius habent Dioeceses iurisdictionis episcopalis potestate ordinaria administrandi [3]), ea tamen lege, ut nihil innovent [4]), ac Sacerdotem dummodo sit habilis et idoneus et non uxoratus e gremio suo in spiritualibus in Vicarium generalem capitularem intra 8 dies, pro temporalibus vero oeconomum eligant [5]). Praeterea in electione futuri Episcopi, ubi usus viget, viritim iure suffragii gaudent.

Capitula qua Collegia peculiaria ius habent et obligationem, Episcopo superinspiciente, fundationes fundosque publicos dioecesanos administrandi, statuta eadem obligantia condendi, et ut ea successores quoque obligare pergant, illa Episcopi approbationi submittendi [6]), in negotiis capitularibus sessiones habendi, sigillo proprio utendi, conveniendi ad Synodos quidem provinciales per deputatum electum, Capitulum vero Metropolitanum per duos deputatos electos [7]), ad Synodos autem Dioecesanas in corpore.

Capitula, in quantum Senatus Episcoporum efficiunt, ius habent omnibus Presbyteris Dioecesanis praeeundi [8]).

Membra Capituli obligantur Episcopo in omnibus functionibus sacris assistere, horas canonicas omnibus diebus absolvere, Sacram Liturgiam aliaque sacra officia in Ecclesia cathedrali ordine peragere, ad mandatum Episcopi praedicare [9]), fidelium confessiones occurrente necessitate excipere, a residentia inscio Episcopo non recedere, ac omnibus viribus conniti, ut scientias excolant, Ecclesiae prosperitatem promoveant, Sacraeve Unioni incrementum procurent.

communi consilio ponderare«. S. Ignat. ad Magnes. »Unanimes in Deo omnia facere festinetis, assidente episcopo in loco Dei et presbyteris in loco consistorii Apostolorum«. — [3]) Conc. VI, can. 35. — [4]) S. Cypr. ep. 31: »Ante constitutionem episcopi, nihil innovandum putavimus« — [5]) Conc. Chalced. can. 25. — [6]) Conc. Chalced. can. 26. — [7]) Conc. Carthag. can. 18; et can. 21; - Conc. Antioc. can. 20. — [8]) Syn. Neo-Caesar. can. 13; - Const. Apost. lib. II, cap. 28. — [9]) Const. Apost. lib. II, cap. 51. —

CAPU VI.

**Despre Vicarii generali Episcopesci si Capitulari.**

Episcopii pentru multele si diferitele afaceri basericesci si din caus'a estensiunei dieceseloru sale se indatinéza a-si luá din numerulu clerului cathedralu unu individu dreptu, probatu, destinsu in scientiele sacre si in administrare, comitiendu aceluia o parte, seau si tota jurisdictiunea ordinaria episcopésca in diecesa, care pentru acea se numesce Vicariu generalu episcopescu.

Esemple despre atari Vicari aflàmu in baseric'a grecésca inca in seculululu alu IV-lea alu crestinatatei. Asia S. Gregoriu Nazianzenulu fù Vicariulu tatalui seu Episcopului dein Nazianzu, [1]). S. Basiliu fù Vicariulu Episcopului Eusebiu dein Neocaesarea Capadociei [2]), si S. Joanu Chrisostomu fù Vicariulu Episcopului Flavianu din Antiochia. Mai incolo amentire despre Vicari se face in canonu 7 alu Sinodului Trulanu, unde se reguléza pusetiunea densiloru facia cu clerulu, asemenea din actele concilieloru [3]), si in analele basericei nostre aflamu suscrisu la actulu Unirei pre Constantinu Protopopulu si Vicariulu Moldo-Vlachiei.

Forulu Vicariului generalu este identicu cu alu Episcopului, si apelatiune dela sententi'a sa se pote face numai la Metropolitu [4]). Vicariulu generalu cá unulu ce tiene loculu Episcopului in absenti'a acestuia, conchiama Consistoriulu, duce presidiulu, enuncia decisiunile si in privinti'a poterei de jurisdictiune ocupa loculu primu dupa Episcopu [5]).

Devenindu Scaunulu episcopescu in vacantia incéta jurisdictiunea Vicariului generalu, si administrarea diecesei trece la Capitululu Basericei catedrali, precum s'a statoritu mai susu Cap. V. [6]).

CAPU VII.

**Despre Vicarii Foranei.**

Episcopii petrunsi de marimea respundiatatei, ce este impreunata cu inalt'a chiamare a pastorirei, de alta parte ne-

[1]) S. Greg. Naz. orat. ad patrem — [2]) S. Greg. Nazianz. orat. II in laud. S. Basilii. — [3]) Conc. VIII, actione 9 - Conc. Lugd. an. 1274. —



CAPUT VI.

**De Vicariis Generalibus Episcoporum et de Vicariis Capitularibus.**

Episcopi ob multitudinem ac varietatem negotiorum ecclesiasticorum nec non ob vastitatem Dioecesium suarum, virum iustum, probatum, in scientiis sacris atque in administratione versatum e gremio Cleri cathedralis seligere solent, eidem partem aut totam iurisdictionem ordinariam episcopalem in Dioecesim committendo, qui propterea Vicarius generalis Episcopi dicitur.

Indicia Vicariorum Generalium in Ecclesia Graeca iam inde a saeculo IV aerae christianae occurrunt. Ita S. Gregorius Nazianzenus fuit Vicarius patris sui Episcopi nempe Nazianzeni [1]), S. Basilius Eusebii Episcopi Neocaesareae Cappadociae [2]), S. Joannes Chrysostomus vero Flaviani Episcopi Antiocheni Vicarii erant. Praeterea de Vicariis Canone 7 Synodi Trullanae mentio fit, quo illorum respectu Cleri conditio praefigitur, pariter in actis conciliorum [3]), nec non in Ecclesiae nostrae annalibus, in quibus Unionibus Florentinae actui Constantinum Protopopam ac Vicarium Moldo-Valachiae subscriptum deprehendimus.

Vicarii generalis forum est identicum cum foro Episcopi, et appellatio ab eius sententia ad solum Metropolitam fieri potest [4]). Vicarius generalis qua Episcopi vicem gerens, absente Episcopo Consistorium convocat, praesidem agit, decisiones enunciat et quoad potestatem iurisdictionalem post Episcopum principem locum tenet [5]).

Sede episcopali vacante cessat iurisdictio Vicarii Generalis cum dioeceseos administratio ad Capitulum Ecclesiae Cathedralis devolvatur, prout supra Cap. V. constitutum est [6]).

CAPUT VII.

**De Vicariis Foraneis.**

Episcopi memores gravissimae rationis ob sublimem pastoratus vocationem ab ipsis reddendae, atque huic apostolicae

[4]) De Appellat. in 6. — [5]) Conc. VI, can. 7. — [6]) Vid. Conc. Trid. sess. XXIV, cap. 16. de reformatione. —

suindu a corespunde acestei solie apostolice; nu potura a nu se folosí de tote ajutorintiele ce li se imbiáu spre inaintarea si prosperarea binelui spriritual si alu credintiosiloru acelor'a, cari locuiau in tienuturi mai departate dela scaunulu loru [1]).

Dreptu acea se indatinara a tramite in acelea tienuturi preoti invetiati, prudenti si pii, investiti cu jurisdictiune mai multu seau mai pucinu restrinsa, dela care se pote apelá la Episcopulu delegante [2]).

Atari ajutatori Episcopesci asiediati prin diecese au esistatu si in vechime sub numirea de Corepiscopi [3]), si se afla si in baseric'a nostra in personele Vicariloru Foranei, precum si ale Protopopiloru.

Datorintiele Vicariloru Foranei, precum si drepturile acelora afara de dreptulu onorificu alu proëdriei facia cu Protopopii, si afara de ore-care jurisdictiune delegata mai estinsa, convinu cu cele ale Protopopiloru.

## CAPU VIII.

### Despre Protopopi si despre Administratorii protopopesci.

Episcopii spre asi usiorá inspectiunea si gubernarea dieceseloru, le subinpartira pre acestea in cercuri, punêndu in fruntea acelor'a preoti invetiati, pii si prudenti, cari de comunu figuréza in Baseric'a nostra sub nume de Protopopi, fiendu si densii dupa parerea Canonistiloru ai basericei greco-catholice urmatori in oficiulu corepiscopiloru celoru de de multu [4]). Precum corepiscopii aveau jurisdictiune in tienuturile incredintiate loru prin Episcopii diecesani [5]), asia si Protopopii au aceasi potere delegata dependenta dela Scaunulu episcopescu.

I, Datorintiele Protopopiloru se reducu la urmatoriele:

1. Protopopii suntu indatorati a visitá in totu anulu odata tote parochiele sie-si supuse cá unii ce suntu pusi, se vigheze asupra intregitatei credintiei, asupra portarei si moravuriloru preotiloru, invetiatoriloru si crestiniloru [6]), dandu la Ordinariatu

[1]) Conc. Antioch. can. 10 - Conc. Nic. can. 8. — [2]) Vid. Gloss. in Clement. 12 ad verb. »Foraneus« et Extravag. lib. I de off. iud. del. - Bened. XIV de Syn. Dioec. tom. I lib. III cap. 3, n. 5, 6, 7. — [3]) Conc. Neo-Caes. can. 14 - Conc. Sardic. can. 6 - Syn. Antioch. can. 10 et Conc. Nic. I can. 8 - Cf. Bened. XIV de Syn. Dioec. tom. I lib. III cap. 3. n. 6. — [4]) Papp - Szilágyi



missioni respondere adlaborantes, non poterant non adhibere omnia adminicula, quae ad bonum spirituale fidelium quoque a sede episcopali remotius degentium promovendum ultro sese offerebant [1]).

Idcirco in illas regiones presbyteros doctos, prudentes et pios, iurisdictione magis vel minus restricta praeditos mittere solebant, a quibus appellatio ad Episcopum delegantem fieri potest [2]).

Tales Episcoporum adiutores per Dioecesim constituti iam antiquitus existebant sub nomine Chorepiscoporum [3]), ac in Ecclesia quoque nostra in personis Vicariorum Foraneorum, nec non Protopoparum inveniuntur.

Vicariorum foraneorum obligationes et iura, excepto iure honorifico proëdriae respectu Protopoparum, et quadam iurisdictione delegata ampliori, quoad caetera conveniunt cum illis Protopoparum.

## CAPUT VIII.

### De Protopopis: Protopresbyteris: et de Administratoribus Officii Protopopalis.

Episcopi ad inspectionem et gubernationem Dioecesium faciliorem reddendam, easdem in plures Districtus divisere, hisce presbyteros doctos, pios et prudentes praeficientes, qui in Ecclesia nostra vulgo nomine Protopoparum veniunt, quique iuxta opinionem iurisperitorum Ecclesiae greco-catholicae in officium priscorum Chorepiscoporum successerunt [4]). Quemadmodum Chorepiscopi in regiones ipsis per Episcopos Dioecesanos commissas iurisdictione pollebant [5]), ita et Protopopae eadem potestate delegata a Sede Episcopali dependente fruuntur.

I, Obligationes Protopoparum ad sequentia reducuntur:

1. Protopopae quippe qui ad fidei integritati, presbyterorum, ludimagistrorum et fidelium comportantiae et moralitati invigilandum constituti sunt [6]), cunctas parochias ipsis subiectas quovis anno semel visitare tenentur, ac proinde illorum

Enchir. iuris Eccl. or. cath. pag. 253 § 139 - Pet. Maioru Hist. Ecclesiae Romanicae (Valachicae) pap. 277 §. 10 - et Protopapadich. eiusdem pag. 8 - Cf. Bened. XIV de Syn. Dioec. op. tom. I lib. III cap. 3 n. 6—7. — [5]) Conc. Antioch. can. 10. — [6]) Can. 2 magnae synod. an. 1821 16 Sept. - can. 2 magn. syn. 1833 Balásfalviensis. —

informatiuni conscientiose despre portarea preotiloru atâtu fungenti catu si deficienti, precum si a preoteseloru veduve si a orfaniloru de Preoti, si a altoru persone basericesci, indreptandu scaderile, stergundu abusurile [1]), compunandu certele, seau referindule la Scaunulu episcopescu. Mai incolo cu ocasiunea visitatiuniloru canonice suntu indatorati a tiené invetiature dogmatice si morali catra credintiosi, indemnandu pre parinti a-si dá pruncii la scola, obligandu pre docenti si pre curatori a-si impliní cu conscientiositate chiamarea, dogenindu pre poporu, cá se vetiuiasca in concordia, si se amble in calea Domnului [2]), combatandu totu de odata cu intieleptiune si rigore pecatele, ce ar' fí esperiatu, cà domnescu in poporu cum suntu: betiile, concubinatele si alte de acestea.

2. Suntu indatorati a inspectioná preste starea clàdiriloru parochiali si basericesci, preste starea cemeterieloru scoleloru si preste averea acestor'a, si a grigí, cá acelea fora scirea Ordinariatului se nu se instraineze [3]), éra in lips'a ataroru averi, a escugetá moduri despre crearea acelor'a, a cercá vasele sacre, ornamentele basericesci, càrtile de tipicu, protocolele matriculari, si ale ordinatiuniloru emanate dela Scaunulu episcopescu, precum si dîuariile ratiuniloru despre averile basericesci si scolari, si cu finea anului ratiunile revediute a le asterne la Esactoratulu Scaunului episcopescu respective la Ordinariatulu episcopescu.

3. Mai incolo suntu indatorati a veghiá, cá servitiulu Domnedieescu, administrarea S. Sacramente si a altoru functiuni, precum si predicarea cuventului divinu si catechisarea tinerimei se se implinésca dupa prescrisele diecesane [4]).

4. A portá grigia, cá ordinatiunile emise dela Scaunulu episcopescu se se publice in baserica, si se se urmeze.

5. A primí si a asterne la Ordinariatu cererile si plansorile preotiloru, invetiatoriloru si a credintiosiloru, alaturandu la acelea opiniunea loru.

6. A asistá in persona seau prin delegatu la esamenile semestrali dela scolele districtuali [5]), a suscrie protocolele de clasificatiune si a le asterne la Ordinariatu, a fí cu atentiune la

[1]) Can. 5 syn. 1725. — [2]) II, 8 Syn. 1821. — [3]) Conc. Antioch.



est de presbyterorum tam fungentium quam deficientium, nec non viduarum papagiarum et orphanorum a presbyteris relictorum aliarumque ecclesiasticarum personarum vita moribusque Ordinariatui conscientiosas relationes exhibere, defectus supplere, abusus avellere [1]), controversias componere, vel de iisdem Sedem Episcopalem certiorem reddere. Porro tempore visitationum canonicarum tenentur conciones dogmaticas et morales ad fideles habere, parentes exhortari, ne prolium suarum institutionem negligant, ludimagistros nec non curatores adigere, ut munus suum pro conscientia adimpleant, populum autem monere, ut in concordia vivat, semitasque Domini sequatur [2]), una simul in vitia, quae in populo praevalere experiretur, qualia essent ebrietas, concubinatus et alia huiusce, prudenter et acerbe invehi.

2. Tenentur inspectionem exercere quoad aedes parochiales et ecclesiasticas, quoad coemeteria, scholas, nec non quoad earundem bona, ac curam impendere, ne ea Ordinariatu inscio abalienentur [3]), deficientibus autem bonis diversos excogitare modos ad eadem acquirenda, vasa sacra, paramenta ecclesiastica, libros typicos, protocolla matricularia ac ordinum a sede episcopali emanatorum, nec non rationum diaria super bonis Ecclesiarum et scholarum inspicere, atque sub finem anni rationes revisas Sedis Episcopalis Exactoratui, respective Ordinariatui Dioecesano substernere.

3. Insuper invigilare tenentur, ut cultus divinus, SS. Sacramentorum aliarumque sacrarum functionum administratio, nec non verbi divini praedicatio, atque pubis catechetica institutio ad praescripta dioecesana exigatur [4]).

4. Curam gerere tenentur, ut ordines a Sede Episcopali emissi in ecclesiis publicentur observenturque.

5. Libellos supplices ac querelas presbyterorum, ludimagistrorum atque fidelium suscipere, Ordinariatuique adiecta opinione substernere.

6. Examini semestrali in scholis districtualibus habendo per se aut per delegatum assistere [5]), protocollis progresum iuventutis indicantibus subscribere, eademque Ordinariatui submitte-

can. 25. — [4]) Can. 6 mag. syn. 1833 N. 56 ex can. an. syn. 1821. — [5]) Conc. an. 1833. can. 9. —

metodulu de propunere alu docentiloru, a indreptá defectele observate, constringundui in casu de lipsa a se intruní in conferintie invetiatoresci, spre a se deprinde in art'a pedagogica prin imprumutarea ideiloru si a cunoscintieloru.

7. A pertractá in persona, lucrurile incredintiate loru dela Ordinariatu ori dupa natur'a obiectului si inviatiunea capetata, in adunarea clerului districtualu, si a referi despre resultatu; si in urma.

8. A face aretare la Scaunulu episcopescu despre ori-ce misicare confesionala tulburatoria de pacea interna a basericei, si a staruí din poteri spre domolirea ei.

II, Drepturile protopopiloru suntu urmatoriele:

1. A conchiemá clerulu districtualu la adunari protopopesci, a presiedé in acele, a conduce desbaterile, si a enunciá decisiunile in cause tienatorie de sfer'a loru, a-si alege notariu districtualu, a desemná din preotii protopopiatului judecatori la forulu protopopescu, si pre aceia a-i propune la Ordinariatu spre intarire, a primí cause basericesci, a le pertractá si judecá cá in foru delegatu de 1-a instantia, dupa disciplin'a vechia inca vigenta in pracs'a Basericei nostre greco-catholice [1].

2. A dá cartile de cununia unde si pana candu va subversá lipsa, esaminandu pre casatorindi din cele mai insemnate inchieturi ale credintiei, si din preceptele lui Domnedieu, si ale basericei, oprindule casatori'a in casu de nesciintia pana la invetiarea acelor'a, precum si in casulu de ivirea vre unei piedeci de casatoria, pana la delaturarea aceleia.

3. A introduce si a instalá in parochii pre nou denumitii parochi [2], a introduce in statiunile docentali pre docenti calificati si provediuti dela Ordinariatu cu decrete, si a confirmá pre curatorii alesi de poporu.

4. A immormentá pre parochulu ce ar' repausá, asistandu si cei alalti parochi districtuali, a face dupa mortea repausatului inventariu legalu despre lucrurile basericesci si parochiali [3]) si despre tote a referí la Ordinariatu, amesuratu formularieloru prescrise.

[1]) Bened. XIV Syn. Dioec. tom. I, lib. III, cap. 3 n. 6, 7 - Const. Apost. lib. II cap. 42 et 44 - Conc. Trull. can. 7 - Theoph (Alexandr) can.



re, ludimagistrorum proponendi methodo attendere, defectus ne fors observatos emendare, necessitate vero emergente, eosdem ad conferentias cogere, ut mutua idearum notionumque communicatione in arte paedagogica sese perficiant.

7. Negotia ab Ordinariatu ipsis demandata per se, aut pro re nata et instructione accepta, in Congregatione cleri districtualis pertractare, et de rei exitu referre; Denique.

8. Sedem Episcopalem de quovis religionem attinente tumultu pacem internam Ecclesiae conturbante certiorem reddere, et pro viribus ad eundem sedandum adlaborare.

II. Protopoparum iura sunt sequentia:

1. Districtus Clerum ad Congregationes Protopopales convocandi, eisdem praesidendi, discussiones dirigendi, decisionesque in causis ad sphaeram earundem spectantibus latas enunciandi, Districtus notarium constituendi, e Districtus presbyteris iudices ad forum protopopale designandi, eosdemque Ordinariatui pro confirmatione proponendi, causas ecclesiasticas admittendi, atque iuxta antiquam disciplinam in praxi Ecclesiae nostrae graeco-catholicae adhuc vigentem, easdem ut in foro delegato primae instantiae pertractandi iudicandique [1]).

2. Ubi et donec necessitas secum ferret, facultatem pro sponsorum benedictione tribuendi, num sponsi praecipuos fidei articulos, Dei Ecclesiaeque praecepta calleant, explorandi, atque casu ignorantiae, donec eadem addidicerint, aut vero emergentis cuiusdam impedimenti, usque dum sublatum fuerit, matrimonium interdicendi.

3. Parochos novissime designatos in parochias assignatas introducendi atque installandi [2]), ludimagistros idoneos ac ab Ordinariatu diplomate provisos in officium introducendi, item Curatores bonorum Ecclesiae a fidelibus electos confirmandi.

4. Parochum, quem mori contingeret, caeteris quoque Districtus parochis assistentibus sepeliendi, funere autem peracto inventarium legale super rebus Ecclesiae ac parochiae conficiendi [3]), ac de omnibus ad normam exemplarium praescriptorum Ordinariatui referendi.

14 - Conc. Sardic. can. 14. — [2]) Syn. 1700 can. 2. — [3]) Canon. Apost. 40 - Conc. Antioch. can. 24. —

5. A se ingrigí in modu provisoriu despre administrarea parochiei vacante, precum si atunci candu cutare parochu ar' fí impedecatu in oficiulu seu, cerendu aprobare dela Episcopu.

6. A luá parte la sinodele diecesane si a consultá dimpreuna cu Episcopulu despre lucruri basericesci.

7. A publicá asiediamentele si canonele sinodeloru diecesane din comisiunea Episcopului la clerulu supusu in adunarile protopopesci.

8. A binecuventá baserici, cemeterie, vase, ornate basericesci si cruci.

9. A incurge la alegerea Episcopului cu votu virilu in sinode alegatorie, unde esistu atari. In urma

10. Dreptulu de a percipiá tote venitele si emolumentele protopopesci dupa statutele diecesane si amesuratu datinei aprobate.

III, Drepturile onorifice ale Protopopiloru suntu: Dreptulu proëdriei in sinode diecesane, titululu de „Preaonoratu Domnu", dreptulu de a avé sigilu oficiosu, de a fí de regula organulu mediulocitoriu in corespondintiele subalterniloru cu Ordinariatulu, si dreptulu de a representá districtulu seu facia cu deregatoriele politice concernenti.

Devenindu in vacantia ver-unu oficiu protopopescu Episcopulu pote se-lu complinésca prin Protopopu sau prin Administratori Protopopesci, cari in districtele loru au tote detorintiele drepturile si prerogativele protopopiloru, si dovedindu acestia dexteritate si zelu in portarea oficiului de administratoriu, Ordinariatele dupa unu restempu alu servitiiloru loru potu se-i promovéze de Protopopi actuali.

## CAPU IX.

### Despre Parochi, Administratori si Cooperatori seau capelani.

Parochulu este preotulu acel'a, pre carele Episcopulu 'lu pune preste unu teritoriu anumitu, dandui potere ordinaria, de a portá grigia de sufletele credintiosiloru din acel'a.

Drepturile si datorintiele parochiloru suntu urmatoriele cu privire la Ministeriu:



5. Vacantis parochiae, sicut et casu, quo parochorum quidam in fungendo impeditus existeret, administrationi ad interim consulendi, approbationem huius rei ab Episcopo exquirendo.

6. Ad Synodos Dioecesanas conveuiendi et una cum Episcopo de rebus ecclesiasticis consilia ineundi.

7. Statuta et regulas Synodorum Dioecesanarum Clero subordinato in congregationibus districtualibus ad mandatum Episcopi promulgandi.

8. Ecclesias, coemeteria, vasa et paramenta ecclesiastica, nec non cruces benedicendi:

9. Ad electionem Episcopi in Synodis ad hunc finem, ubi mos obtinet, celebratis suffragio viritim concurrendi. Demum

10. Ius habent omnes reditus et emolumenta protopopalia iuxta statuta dioecesana et consuetudinem approbatam percipiendi.

III. Iura honorifica Protopoparum sunt: Ius proëdriae in Synodis Dioecesanis, titulus: „Reverendissimi", sigillum officiosum, nec non ius in correspondentiis subalternorum cum Ordinariatu de regula organum intermedium agendi, atque districtum suum coram officiis politicis respectivis repraesentandi.

Quoties officium Protopopale vacare contigerit, liberum erit Episcopo ad illud gerendum sive Protopopam sive Officii Protopopalis Administratorem constituere, qui in Districtibus ipsis concreditis omnibus officiis, iuribus ac praerogativis Protopoparum pollent, qui vero in munere administratoris subeundo dexteritas ac zeli argumenta praeberent, ab Ordinariatibus post aliquod servitii intervallum, in Protopopas actuales promoveri poterunt.

## CAPUT IX.

### De Parochis, Parochiarum Administratoribus et de Cooperatoribus sive Capellanis.

Parochus est presbyter, quem Episcopus fidelibus certi territorii praeficit, ordinariam ei conferens potestatem, animarum fidelium eiusdem territorii curam gerendi.

Officia ac iura Parochorum quoad ministerium sunt sequentia:

1. Administrarea toturoru sacramenteloru, afara de S. sacramentu alu Chirotoniei, si anumitu: parochii au dreptu ordinariu a administrá S. botezu, a conferí botezatiloru si sacramentulu Santului miru cá auctorizati spre acea de Basereca, a ascultá marturisirile credintiosiloru sei in santulu tribunalu alu penitentiei, si a-li administrá acestor'a eschisivu sacramentulu S. Eucharistii pre tempulu pasciloru, a celebrá in tote Dominecile si serbatorile S. Liturgia pentru poporenii sei, a impartasî cu celea sacre pre cei morbosi, si a-li administrá Ungerea cea depre urma, a binecuventá eschisivu casatoriile credintiosiloru sei, a dá facultate preotiloru straini de a celebrá in baseric'a parochiala S. Liturgia, ori a face alta functiune baserecésca, inse amintindu pre Pontificele Romanu, pre Metropolitu si pre Episcopulu diecesei.

2. Parochii suntu indreptatîti si indatorati, a priveghiá preste decorea cultului divinu, si preste frumseti'a casei Domnului, a face tote functiunile sacramentali prescrise in Euchologu si nereservate Episcopului, a immormentá pre cei ce repauséza in teritoriulu parochiei sale, a vestí casatoriile parochieniloru proprii, a publicá ss. Serbatori legate si inceputulu posturiloru, precum si ordinatiunile venite dela locurile mai inalte, a duce protocolele matriculari dupa formulariele prescrise, si a dá estrase autentice din acelea, precum si a duce protocole despre ordinatiunile Consistoriali Episcopesci si protopopesci.

3. Mai incolo parochii suntu indatorati a priveghiá preste moralitatea credintiosiloru supusi grigei loru, a delaturá scandalele publice, a dá testimonii despre portarea morala a poporeniloru sei, candu se va cere, si a coramisá atestatele de paupertate date de oficiulu comunalu, precum si atestatele pensionatiloru, si a dispensá in casuri estraordinarie dela lucrurile oprite, dominec'a si in serbatori dupa amèdiadi.

4. Cu privire la magisteriu, parochii suntu indreptatîti si indatorati a predicá cuventulu lui Ddieu, dominec'a si in serbatori [1]), a catechisá tinerimea adulta, precum si pruncii dela scola, amesuratu prescriseloru diecesane, si cá directoru scolariu a inspectioná si a portá grigia de invetiamentulu elementariu,

[1]) Can. Apost. 58. —



1. Omnium SS. Sacramentorum, excepto Sacramento Ordinis, administratio, et quidem: Parochi iure pollent ordinario S. Baptisma administrandi, et qua ad id ab Ecclesia deputati baptizatos sacro quoque Chrismate inungendi, in sacro Poenitentiae tribunali fidelium suorum confessiones excipiendi, iisque tempore paschali exclusive S. Eucharistiae Sacramentum conferendi, omnibus diebus Dominicis et festivis sacram pro fidelibus suis Liturgiam celebrandi, infirmos S. Viatico providendi, illisque Sacramentum Extremae Unctionis administrandi, fidelium suorum matrimonia exclusive benedicendi, presbyteris peregrinis facultatem concedendi, ut in ecclesia parochiali sacram Liturgiam celebrare sive aliam quamcumque functionem peragere possint, qui tamen in precibus Romanum Pontificem, Metropolitam atque Dioecesis Episcopum commemorare obligati sunt.

2. Parochi ius habent non minus ac obligationem cultus divini maiestati ac domus Domini decori intendendi, omnes functiones sacramentales in Euchologio praescriptas nec Episcopo reservatas obeundi, in parochiae suae territorio defunctos sepeliendi, fidelium suorum matrimonium promulgandi, sacra festa de praecepto, ieiuniorum tempora, nec non superiorum mandata publicandi, nomina baptizatorum, copulatorum ac defunctorum in publicas tabulas iuxta exemplaria praescripta referendi, atque ex iis instrumenta authentica exarandi, item ordines ab Episcopo, Consistorio ac Protopopis acceptos in Protocolla consignandi.

3. Praeterea Parochi tenentur fidelium curae eorum concreditorum moralitati invigilare, scandala publica auferre, moralitatem fidelium suorum attestari, paupertatis testimonia a communitatis antistite exarata, atque documenta cum annuis praebendis dimissorum, quoties exposceretur, propria subscriptione firmare, atque casibus extraordinariis ab opere servili diebus Dominicis ac festivis vetito a meridie dispensare.

4. Relate ad magisterium Parochi ius habent ac obligationem diebus Dominicis ac festivis verbum Dei praedicandi,[1]) pubem atque proles scholares ad normam Statutorum dioecesanorum catechizandi, qua scholae directores vero institutionis elementaris inspectionem et curam gerendi, obstetricis circa ve-

a esaminá pre mósie in cunoscintiele religiose, cu cari trebue se fie inzestrate, a grigí de averile basericesci, parochiali si scolari [1]) amesuratu prescriseloru diecesane, si a compune in modu blandu certele intre parochienii sei.

5. Parochii au dreptu a se bucurá de tote venitele si emolumintele, cari dupa statutele diecesane, sî dupa datina legala suntu impreunate cu beneficiulu loru, dupa dîs'a S. Apostolu: *„Au nu sciti, cà cei ce lucréza celea sante dela baserica manca, si cari sierbescu altariului, cu altariulu se impartasiescu. Asia si Domnulu a dispusu, cà cei ce predica Evangeli'a, din Evangelia se se hranésca"* [2]).

6. Au dreptulu a fí sub scutulu SS. canone, si pentru ace'a Parochii investiti nu se potu lipsí de oficiu, decâtu prin procesu formalu pentru vina canonica. — In urma;

7. Parochii au dreptu a se folosí de sigilu oficiosu, a luá parte in modu mediulocitu la sinodele diecesane, precum si la alegerea Episcopului dupa datina basericei nostre, unde e vigente.

Aceleasi drepturi si detorintie le au si administratorii parochiali, cu singur'a distingere, cà densii se potu transferí din parochiile, cari le administréza, dupa voi'a Scaunului Episcopescu.

Unde recere lips'a se potu dá parochiloru intru ajutoriu cooperatori, seau capelani, cari in loculu densiloru implinescu tote functiunile, cari parochii le incredintiéza loru, remanendu respundietatea pentru grigea sufleteloru si buna administrarea Parochiei pre langa Parochulu respectivu. Cu privire la person'a alésa de cooperatoru langa cutare parochu se recere si consemtiementulu acestuia in câtu privesce dotarea acelui'a din venitele parochiali.

---

[1]) Can. Apost. 40 - Antioch. can. 24 - Carthag. can. 33. —[2]) I Cor. IX, 13, 14. —



ritates religionis scientiam, qua imbuta esse debet, explorandi, bonis Ecclesiarum, parochiarum et scholarum [1]) iuxta statuta dioecesana intendendi, atque controversias inter fideles suos exortas mansuete componendi.

5. Parochi iure pollent, omnibus reditibus ac emolumentis, secundum dioecesana statuta et legitimam consuetudinem eorum beneficio connexis fruendi; ait namque S. Apostolus: *„Nescitis quoniam, qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt; et qui altari deserviunt, cum altari participant? Ita et Dominus ordinavit iis, qui Evangelium anunciant, de Evangelio vivere"* [2]).

6. Parochi sub praesidio SS. Canonum constituuntur, ideoque Parochi investitura provisi officio privari nequeunt, nisi processu formali ob culpam canonicam decurrente. Tandem;

7. Gaudent iure sigillum officiosum adhibendi, atque tum ad Synodos Dioecesanas tum ad Episcopi electionem, ubi haec iuxta Ecclesiae nostrae consuetudinem viget, mediate concurrendi.

Iisdem officiis ac iuribus pollent Administratores quoque Parochiarum eo solo excepto, quod hi ad nutum Sedis Episcopalis Parochiis, quas administrant, moveri possint.

Necessitate exigente in parochorum sublevamen cooperatores sive Capellani constitui possunt, qui vice illorum omnes functiones ipsis a parochis demandatas obeunt, responsabilitate quoad curam animarum atque rectam parochiae administrationem Parocho incumbente. Respectu personae in cooperatorem alicuius parochi electae, huius quoque consensus requiritur, in quantum dotatio cooperatoris e reditibus parochi disponenda esset.

# TITULULU III.

## DESPRE SINODE

### CAPU I.

**Despre Sinode in genere.**

Sinodele suntu adunarile mai mariloru basericesci tienute sub presidiulu capiloru legitimi, spre a definí cu auctoritatea de susu data afaceri si lucruri basericesci tienatorie de binele besericei si de mantuirea sufleteloru credintiosiloru.

Sinodele suntu ecumenice, provinciali si diecesane, dupa cum adeca suntu convocate de Pap'a din tota baseric'a, seau de Metropolitulu unei Provincie basericesci, ori de Episcopulu cutarei diecese.

Folosulu sinodeloru preste totu este invederatu, deora-ce sunt mediulocele cele mai eficaci pentru incolumitatea basericei, integritatea credintiei si a moravuriloru, pentru delaturarea ereseloru si a desbinariloru, si pentru indreptarea disciplinei basericesci.

Institutiunea sinodeloru provine dela inceputulu basericei crestine, si acele au basea loru in cuvintele Mantuitoriului: „*Cà de voru fí doi de intru voi intru unu intielesu pre pamentu, de totu lucrulu ce voru cere, va fí loru dela Tatalu meu celu din ceriuri. Pentrucà unde suntu doi seau trei adunati in numele meu, acolo suntu eu in mediuloculu loru*“[1]).

Dreptu ace'a santii Apostoli, de si eráu toti, si unulu fiecarele plinu de Spiritulu santu[2]), totusi convinsi despre marele folosu alu sinodeloru, si purcediendu din cuvintele Mantuitoriului mai susu citate, pentru afaceri mai momentose au conchiamatu adunari, si se-au consultatu impreuna[3]).

Dupa esemplulu santiloru Apostoli nece baseric'a nu a' lipsitu mai adeseori a tiené sinode, candu afla, cà credinti'a si disciplin'a suntu amenintiate si periclitate, ma inca a' si impusu prin canone celebrarea acelor'a[4]).

[1]) Matth. XVIII, 19. 20. — [2]) Act. Ap. II, 4. — [3]) Act. Ap. I, 21—26; - VI, 2—6; - XV, 6—28. —[4]) Can. Ap. 37; Conc. Nic. can. 5—Conc. Antioch. can. 20—Conc. IV, can. 19; Conc. VI, can. 8; Conc. VII, can. 6; Conc. Carthag. can. 21, 55, 77, 89. - Conc. Laodic. can. 40. —



# TITULUS III.

## DE SYNODIS

### CAPUT I.

**De Synodis in genere.**

Synodi sunt congregationes Praelatorum Ecclesiae sub praesidio legitimorum superiorum celebratae, ad definiendum auctoritate desuper data negotia ac res ecclesiasticas, Ecclesiae bonum ac animarum fidelium salutem respicientes.

Synodi sunt aliae oecumenicae, aliae provinciales, aliae denique dioecesanae, prout nempe a Summo Pontifice e toto orbe, vel a Metropolita unius Provinciae Ecclesiasticae, vel ab Episcopo cuiusdam Dioecesis convocantur.

Generatim loquendo Synodorum utilitas est evidens, namque ipsae sunt media efficacissima ad Ecclesiae incolumitatem tuendam, ad fidei morumque integritatem servandam, ad haereses schismataque tollenda, atque ad disciplinam ecclesiasticam restaurandam.

Synodi inde ab exordio Ecclesiae originem ducunt, atque verbis Salvatoris innituntur: *Quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in coelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*“[1]).

Quamobrem Sancti Apostoli, quamvis omnes ac singuli Spiritu Sancto repleti essent[2]), tamen magnae utilitatis Synodorum conscii, atque verba Salvatoris superius allata prae oculis habentes, in maioris momenti causis congregationes convocabant, atque in iisdem in communi deliberabant[3]).

Ad exemplum Sanctorum Apostolorum neque Ecclesia omisit saepius Synodos celebrare, quoties fidem ac disciplinam periclitari observavisset, imo Canonibus quoque earundem celebrationem iniunxit[4]).

## CAPU II.

### Despre Sinodele ecumenice.

Sinodulu ecumenicu este adunarea Episcopiloru din tota lumea catholica tienuta sub presidiulu Pontificelui Romanu spre a definí trebi tienatorie de binele basericei universali.

Recerintiele Sinodului ecumenicu suntu acestea:

1. Se se conchiame de Pontificele Romanu, seau celu pucinu cu involirea lui, pentrucà densulu este capulu a tota baseric'a [1]).

2. Se se invite toti Episcopii, cari au votu decisivu, pentrucà dupa-ce dreptulu de a definí intrebarile de credintia si de morala provine din poterea de a pasce si a guverná, urméza cà acei'a potu decide atari intrebari cu auctoritate de susu data, cari suntu pusi prin institutiune divina de pastori si invetiatori in baserica [2]).

3. Cá se presieda Pontificele Romanu in persona, seau prin vicari delegati [3]).

4. Se se aprobeze definitiunile aceluia de catra Pontificele Romanu [4]).

Sinodele ecumenice provediute cu recerintiele amintite suntu infalibile [5]) in definitiunile dogmatice, si pentru ace'a toti credintiosii trebue si suntu datori à-le crede si a marturisí [6]) definitiunile dogmatice ale acelor'a.

## CAPU III.

### Despre Sinodele provinciali.

Sinodulu provincialu este adunarea Episcopiloru din o provincia basericésca tienuta sub presidiulu Metropolitului in afaceri basericesci comune Provinciei intregi.

Baseric'a convinsa despre folosulu celu mare ale Sinodeloru, inca de pre la finea seculului alu doile, se indatiná a

---

[1]) Act. Ap. XV, 7. — [2]) Act. Ap. XX, 28; - Ephes. IV, 11. — [3]) Relat. Syn. Chalced. ad Leon. I. R. P. »Quibus tu quidem sicut membris caput, praeeras in his, qui tuum tenebant ordinem, benevolentiam praeferens«. — [4]) Rogamus igitur et tuis decretis nostrum honora iudicium, et sicut nos capiti in bonis adiecimus consonantiam, sic et summitas tua filiis, quod decet, adimpleat. »Ibidem - Synod. VII act. 6. Tom. I.« quomodo



## CAPUT II.

### De Synodis Oecumenicis.

Synodus oecumenica est congregatio Episcoporum e toto orbe catholico sub praesidio Romani Pontificis celebrata, ad definienda negotia bonum Ecclesiae universalis attinentia.

Synodi oecumenicae requisita sunt:

1. Ut a Romano Pontifice, aut saltem illius consensu convocetur, namque ipse est totius Ecclesiae caput [1]).

2. Ut omnes Episcopi convocentur, qui suffragio decisivo gaudent, etenim quum ius fidei morumque quaestiones dirimendi e pascendi ac gubernandi potestate profluat, sequitur illos solum tales quaestiones auctoritate desuper data definire posse, qui institutione divina pastores ac doctores in Ecclesia positi sunt [2]).

3. Ut Pontifex Romanus per se aut per Vicarios praesideat [3]).

4. Ut Synodi definitiones a Pontifice Romano confirmentur [4]).

Synodi oecumenicae requisitis superius commemoratis praeditae in definitionibus dogmaticis infallibiles sunt [5]), ac proinde omnes fideles dogmatica earumdem decreta firmiter credere ac profiteri [6]) tenentur.

## CAPUT III.

### De Synodis Provincialibus.

Synodus Provincialis est congregatio Episcoporum unius Provinciae Ecclesiasticae sub Metropolitani praesidio in negotiis ecclesiasticis bonum totius Provinciae respicientibus habita.

Ecclesia de magna Synodorum utilitate persuasa iam inde a saeculo secundo ad finem vergente, huiusmodi Synodos cele-

---

autem magna et universalis, quam neque receperunt, neque concordaverunt reliquarum Praesules ecclesiarum; sed anathemati hanc transmiserunt? Non habuit enim adiutorem illius temporis Romanum Papam, vel eos, qui circa ipsum sunt sacerdotes, nec etiam per vicarios eius, neque per encyclicam epistolam, quemadmodum lex dictat conciliorum. — [5]) Epist. Coelestini R. P. ad Synod. Ephesin. — [6]) Synod. oecum. II, can. 1. - Syn. VI can. 1. - Synod. VIII can. 1. —

celebrá atari sinode precum ne invetiamu din canonulu 37 a-lu Apostoliloru: „De doue ori pre anu facase sinodu alu Episcopiloru, si cercetézese intru densii dogmele bunei onoràri de Domnedieu, si ivitele certe basericesci deslégese“[1]).

Obiectele principali ale Sinodeloru provinciali dupa disciplin'a basericei nostre suntu acestea:

Prin Metropolitu cu Episcopii adunati consecrarea Episcopiloru provinciali alesi[2]) de Clerulu respectivei diecese prin trin'a candidatiune, unde obtiene usulu, ascultarea si judecarea causeloru si controversiiloru basericesci[3]), pertractarea causeloru tienatorie de moravuri si disciplina[4]), indreptarea defecteloru, ce se-aru ivi in acestea privintie[5]), afara de ace'a de Sinodulu provincialu se tiene luarea mesuriloru necessarie pentru inflorirea si binele basericei[6]), introducerea uniformitatei in administratiunea hierarchica[7]), pazirea nevatemata si aperarea autonomiei si integritatei Provinciei basericesci[8]).

Convocarea Sinodeloru provinciali este dreptulu eschisivu alu Metropolitului[9]), carele si presiede la acele[10]).

Membrii Sinodeloru provinciali cu voturi decisive suntu Episcopii comprovinciali, si in casu de vacantia a ver-unui scaunu episcopescu, si Vicariulu capitulariu, caror'a nu li este iertatu a absentá fora causa canonica, nece a se departá inainte de inchierea Sinodului[11]). Er' candu ver-unu Episcopu va absentá din causa canonica recunoscanda de Sinodu, sè fia representatu prin Procuratoru, caruia ce votu se -i se dée? va decide Sinodulu respectivu dein casu in casu; se chiama la Sinodele provinciali inca Prepositii Capitulari in persona, si Capitulele Baserîceloru catedrali, cari au de a se infaciosiá prin representanti alesi din senulu loru, si anume Capitululu metropolitanu prin doi insi, celea lalte prin câte unulu; iar fiindu impedecatu Prepositulu, Capitululu se mai aléga unulu[12]). Mai incolo se chiama Vicarii foranei episcopesci si Prepositii monastiriloru. Afora de aceia se potu chiamá in ajutoriu

[1]) Conc. I can. 5; Conc. II can. 6; Conc. Antioch. 20; Chalced. can. 19. — [2]) Conc. I, can. 6; Antioch. can. 16, 19. — [3]) Conc. Antioch. can. 20. — [4]) Can. Apost. 37; Conc. VII, can. 6. — [5]) Conc. IV can. 19. — [6]) Conc. Antioch. can. 20. — [7]) Can. Can. Apost. 34; Conc. Antioch. can.



brare consueverat, prout Apostolorum canone 37° edocemur, qui haec habet: „Bis in anno Episcoporum concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, et emergentes ecclesiasticas controversias absolvant“[1]).

Praecipua Synodorum Provincialium obiecta, iuxta Ecclesiae nostrae disciplinam sunt haec:

Consecratio Provinciae Episcoporum[2]) a Clero concernentis Dioecesis, ubi usus obtinet, trina candidatione electorum, per Metropolitam reliquosque Episcopos congregatos facta, causarum controversiarumque ecclesiasticarum discussio ac definitio[3]), quaestionum mores ac disciplinam spectantium ventilatio[4]) defectuum hisce sub respectibus emergentium correctio[5]), praeterea ad Synodum Provincialem spectat consilia bono ac prosperitati Ecclesiae accommodata capere[6]), hierarchicae administrationis uniformitatem introducere[7]), autonomiam ac integritatem Provinciae inviolatam custodire atque defendere[8]).

Synodorum provincialium convocatio est exclusivum Metropolitani jus[9]), qui iisdem et praeest[10]).

Membra Synodorum Provincialium voce decisiva praedita sunt Episcopi comprovinciales, et sede quadam episcopali vacante Vicarius quoque Capitularis, quibus absque causa canonica abesse haud licet, quemadmodum nec Synodo nondum terminata discedere[11]). Cum autem quidam Episcoporum ob causam canonicam per Synodum cognoscendam abesset, loco sui mittat Procuratorem, cui quale suffragium conferendum sit, Synodus de casu in casum decidet; ad Synodos Provinciales vocantur quoque Praepositi Capitulorum per se, Ecclesiarum vero Cathedralium Capitula per repraesentantes e gremio illorum electos, et quidem Capitulum Metropolitanum per duos electos, caetera vero tantum per unum; Praeposito vero impedito, Capitulum loco ipsius eligit adhuc unum[12]). Insuper Vicarii foranei Episcoporum, Praepositi quoque Monasteriorum vocantur. Praeterea in Patrum Synodi adiutorium alii quoque Pre-

9. — [8]) Conc. IV, can. 12, 17. — [9]) Conc. Antioch. can. 19; Laodic. can. 40. — [10]) Conc. Antioch. can. 16 et 9. — [11]) Conc. IV. can. 19; Conc. VI, can. 8; Laodic. can. 40. — [12]) Conc. Carthag. can. 26. —

sinodului si alti preoti cá canonisti si teologi. La Sinodu provincialu se chiama toti aceia Presbiteri si diaconi, a caroru cause se ar' luá la pertractare sinodala, si aru avé se audia sententi'a [1]).

Loculu si tempulu tienerei Sinodului provincialu, care ar fí de doritu se se tiena totu la trei ani, lu defige Metropolitulu [2]).

Pertractarile sinodali decurgu in secretu, decisiunile se aducu cu absoluta majoritàte de voturi [3]), se recitéza in Siedinti'a publica sinodala, si dupa aprobarea Santului Scaunu Apostolicu se promulga si suntu obligatorie pentru Provincia.

## CAPU IV.

### Despre Sinodele Diecesane.

Episcopii din tempurile cele mai vechi se indatinara a adunà adeseori pre preoti, mai virtosu pre cei pusi in pastorirea sufleteloru, cá se li dè-e indreptàri salutarie, se asculte parintiesce dorintiele loru, se coréga smintelele, ce aru fí de coresu, si cu consiliulu loru se decida sî se promulge cele ce aru fí spre binele Diecesei; implinindu astufeliu deregatori'a pastoriului, despre carele, se dîce la profetulu Ezechielu: „Eu voiu pasce oile mele si le voiu odihní pre ele.... pre cea perduta voiu cautá, si pre cea ratecita voiu inturná, si pre cea sdrobita voiu legá, si pre cea slaba voiu intarí, si pre cea tare voiu pazí si le voiu pasce pre ele cu judecata“ [4]).

Sinodele diecesane se convoca de catra Episcopu, éra in casu de vacantia prin Vicariulu Capitulariu.

Membrii Sinodeloru diecesane suntu toti Capitulari, toti Protopopii, si Administratorii oficiului protopopescu, superiorii Monastiriloru, institutele de invetiamentu si clerulu ruralu prin deputati basericesci.

Agendele Sinodului diecesanu suntu aceste:

a) A alege trei persone basericesci in casulu de vacanti'a ver-unui scaunu episcopescu, unde obtiene usulu, dintre cari designanduse prin celu ce presentéza un'a, ace'a se si pro-

[1]) Conc. Antioch. can. 20. — [2]) Conc. IV, can. 19; Conc. VI, can. 8. — [3]) Conc. I can. 6; Antioch. can. 19. — [4]) Ezech. XXXIV, 15 et seq. —



sbyteri qua Canonistae aut Theologi vocari possunt. Ad Synodum vocantur omnes Presbyteri et Diaconi, quorum causae in Synodo pertractarentur, quibusque Synodi sententia audienda esset [1]).

Locum ac tempus celebrationis Synodi provincialis, quam singulis trienniis celebrari optandum esset Metropolita defigit [2]).

Obiecta Synodo proposita in secreto discutiuntur, decisiones absoluta suffragiorum maioritate feruntur [3]), in Sessione publica synodali recitantur atque Sanctae Sedis Apostolicae approbatione sequuta promulgantur, et Provinciam obligant.

## CAPUT IV.

### De Synodis Dioecesanis.

Episcopi ab antiquissimis temporibus Presbyteros praesertim curae animarum addictos saepius coadunare solebant eo, ut ipsis monita salutaria impertirentur, eorum postulata paterne audirent, errores emendandos corrigerent, atque eorum consilio, quae bono Dioecesis necessaria essent, deciderent ac promulgarent; munus hac ratione pastoris adimplentes, de quo apud Ezechielem Prophetam dicitur: „Ego pascam oves meas, et ego eas accubare faciam.... quod perierat requiram, et quod abiectum erat reducam et quod confractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolidabo, et quod pingue et forte custodiam, et pascam illas in iudicio“ [4]).

Synodi Dioecesanae ab Episcopo, sede autem vacante a Vicario Capitulari convocantur.

Membra Synodorum Dioecesanarum sunt omnes Capitulorum Canonici, omnes Protopopae, ac officii Protopopalis Administratores, item Monasteriorum Hegumeni, instituta vero litteraria et Clerus ruralis per deputatos ecclesiasticos.

Agenda in Synodis Dioecesanis sunt sequentia:

a) Sede Episcopali vacante tres personas ecclesiasticas, ubi usus viget, eligere, ex quibus ille qui iure praesentandi gaudet, unam in Episcopum designans, eandem confirmandam pro-

pune spre confirmare, si dupa datin'a antica in sinodulu provincialu se-ar si consecrá de Episcopu [1]).

b) A publicá decretele Sinodului provincialu si a le executá.

c) A se consultá asupra institutiunei religiose a tinerimei si a poporului, precum si despre observarea SS. Canone si a disciplnei in cleru si poporu.

d) A se consultá despre promovarea decorei cultului divinu, despre administrarea uniforma a S. Sacramente si corespundietoria santieniei si demnitatei loru.

e) A se consultá despre aducerea statuteloru disciplinarie cu privire la lipsele diecesane, in catu acele nu aru fí determinate prin legislatiunea provinciala.

Sinodele diecesane suntu a se convocá de regula in totu anulu unadata [2]) in tempulu dela S. Pasci pana in ultim'a Octobre, si cei invitati toti suntu obligati a se infacisiá, si a nu absentá fora causa canonica.

Pertractarile in sinodele diecesane suntu secrete, decisiunile se enuncia de Episcopu, si suntu obligatorie pentru totu Clerulu si poporulu Diecesanu.

## TITULULU ALU PATRULE.

### DESPRE BENEFICIELE BASERICESI

#### CAPU I.

**Despre Beneficiele basericesci in genere.**

E dreptu si cuvenintiosu, cá celu ce porta oficiu basericescu, se aiba mediulocele de sustienere dela baserica, dupa cuvintele Mantuitoriului, carele dîce: „Totu lucratoriulu este demnu de plat'a sa" [3]), si éra precum dîce S. Apostolu Paulu: „Deca amu semanatu noi voue cele spirituali, au mare lucru este de vomu secerá noi ale vostre cele trupesci [4])".

In tempurile primitive ale Basericei tote averile si veni-

[1]) Conc. Antioch. can. 23. — [2]) Conc. VI can. 8; Conc. VII can.



ponit, quae deinde ad antiquae consuetudinis normam in Synodo Provinciali consecranda veniret [1]).

b) Synodi Provincialis decreta publicare, eaque executioni mandare.

c) De institutione religiosa iuventutis ac populi, nec non de SS. Canonum et disciplinae in Clero et populo observantia consilia inire.

d) De Cultus divini decore promovendo, atque de SS. Sacramentorum uniformi ac sanctitati et degnitati eorumdem convenienti administratione deliberare.

e) De statutis disciplinaribus indigentias dioecesanas respicientibus ferendis, in quantum eadem in legislatione provinciali determinata haud essent, consultare.

Synodi Dioecesanae de regula quovis anno semel [2]) intra tempus a S. Paschate usque ad finem Octobris convocandae sunt, atque omnes vocati adesse tenentur, neque licet illis absque causa canonica abesse.

Discussiones in Synodo Dioecesana fiunt in secreto, decisiones Episcopus enunciat, atque omnem Clerum ac populum Dioecesanum obligant.

## TITULUS QUARTUS

### DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

#### CAPUT I.

**De Beneficiis Ecclesiasticis in genere.**

Iustum et aequum est eos, qui munere ecclesiastico funguntur, ab Ecclesia quoque sustentationem accipere, prout dicit Salvator: „Dignus est operarius mercede sua", [3]) cui consonat et S. Apostolus Paulus aiens: „Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus" [4]).

Initio Ecclesiae omnia bona ac reditus Ecclesiae commu-

6 et Synodus sub Athanasio an. 1700 can. I. — [3]) Luc. X, 7. — [4]) I Cor. IX, 11. —

turile Basericei diecesane formáu unu tesauru comunu, din carele Episcopulu dá subsistintia clerului si altoru lipsiti[1]).

Inse mai târdîu, dupa-ce Baseric'a fù inzestrata cu bunuri nemisicatorie prin pietatea credintiosiloru, si prin liberalitatea principiloru, clericiloru li se-au asemnatu veniturile bunuriloru basericesci asiediate in teritoriulu loru, impreunanduse cu oficiile basericesci, si legatur'a aceast'a dintre venituri si oficii se-a numitu beneficiu basericescu.

Dreptu ace'a: Beneficiulu basericescu preste totu este oficiu spiritualu instituitu de auctoritatea basericésca competenta, si impreunatu cu dreptulu de a primí pre viétia fruptele provenitorie din bunuri basericesci destinate spre acelu scopu.

Celu de antâiu momentu esentialu alu beneficiului este oficiulu spiritualu, de-ora-ce beneficiulu se dà pentru oficiu, si pentru ace'a mirenii, nepotendu impliní oficii spirituali, nu se potu impartasí nice din beneficii ecclesiastice.

Alu doile momentu este dreptulu de a se bucurá de beneficiu pre viétia, si din aceast'a causa beneficiatulu nu se pote lipsí de dreptulu acest'a fora procesu formalu din causa canonica, nice chiaru atunci candu aru devení neaptu spre implinirea oficiului seu.

Alu treilea momentu este instituirea si conferirea beneficiului de autoritatea basericésca competenta, dreptu ace'a mirenii nu potu instituí atari beneficii, nice nu le potu conferí pre acele[2]).

Patronii, ce este dreptu, potu presentá clerici calificati conferitoriului competentu de beneficii ecclesiastice, dara ei nice decâtu nu le potu conferí, pentrucà nu este in poterea loru a constituí pre cineva in oficiulu spiritualu, cu care suntu impreunate veniturile cele temporali.

## CAPU II.

### Despre Beneficiile Parochiali.

Parochii rurali cá se nu fia constrinsi, cu parasirea turmei si cu neglegarea oficiului a-si procurá midilocele de subsistintia, din tempurile cele mai vechi fura asiezati preste credintiosii unui teritoriu anumitu, cá se implinésca functiunile sacre

[1]) Act. Ap. IV, 35; Can. Ap. 4; Conc. VI can. 28; Conc. Antioch. can. 25. — [2]) Conc. VII, can. 3; et Conc. VIII can. 22. —



nem thesaurum efficiebant, ex quo Episcopus Clero et aliis indigentibus distribuebat[1]).

Deinceps vero postquam Ecclesia fidelium pietate ac principium liberalitate bonis immobilibus ditata est, Clericis bonorum ecclesiasticorum in eorumdem territorio existentium reditus officiis ecclesiasticis adiuncti, attributi sunt, qui officiorum ac redituum nexus beneficium ecclesiasticum audit.

Proinde beneficium ecclesiasticum in genere est: officium spirituale a competente ecclesiastica autoritate institutum, cum iure reditus bonorum ecclesiasticorum eum ad finem destinatorum vita durante percipiendi, coniunctum.

Praecipua beneficii ratio in officio spirituali consistit; beneficium namque datur propter officium, et idcirco laici, qui officia spiritualia obire nequeunt, beneficiorum ecclesiasticorum participes fieri haud valent.

Altera beneficii ratio est ius beneficio vita durante fruendi, quamobrem beneficiatus hocce iure, absque processu ob causam canonicam, nec casu illo potest spoliari, quo ad munus suum obeundum incapax redderetur.

Tertia demum ratio beneficii est institutio atque collatio beneficii a competente ecclesiastica auctoritate facta, atque idcirco laici beneficia ecclesiastica neque instituere neque conferre possunt[2]).

Patroni quidem competenti beneficiorum ecclesiasticorum collatori Clericos idoneos praesentare queunt, ast ipsi eadem conferre haud valent, namque illis minime competit quemquam instituere in officium spirituale, cui reditus temporales adnexi sunt.

## CAPUT II.

### De Beneficiis Parochialibus.

Ne Parochi ruris ob defectum rerum ad victum necessariarum gregem deserant, atque officium negligant, iam ab antiquis temporibus certi territorii fidelibus praeficiebatur, ut functiones

la baseric'a provediuta cu venituri corespundiatorie din pietatea credintiosiloru si prin fundatiunile unoru benefacatori.

Beneficiile parochiali fiindu de natura spirituala, se intielege cà numai auctoritatea basericésca, si anume Scaunulu episcopescu le pote institui si conferi, de carele se tiene a judecá si despre conditiunile dotarei beneficiiloru parochiali [1]).

Beneficiile parochiali fiendu fundate pentru binele spiritualu alu credintiosiloru si din necesitate, se intielege cà in densele nu se pote face stramutare [2]), decâtu pentru folosulu Basericei, si din necesitate mare, ci si atunci inca cu auctoritatea Scaunului Episcopescu, si cu invoirea celoru competenti.

### CAPU III.
### Despre regularea parochiiloru si dotarea loru.

Sinodulu recunosce in principiu conservarea beneficieloru in intregitatea loru, dara admite si schimbare unde s'ar' recere, si unde se ar poté face aceast'a fora periclitarea intereseloru Basericei nostre gr. catolice, si anume reducerea numerului loru prin afiliarea parochieloru, cari nu suntu in stare a sustiené dupa cuvenintia pre pastoriulu loru celu sufletescu, cum si baseric'a si scol'a.

Cu totu acestea cá se nu sufere scadere credintiosii in cele spirituali, dorinti'a Sinodului este, cá la contragerea parochieloru se se puna deosebita grigia spre ace'a, cà mai multu de doue parochie provediute cu baserica se nu se impreune in un'a parochia.

Inse in impregiurarile de facia nepotendu Sinodulu asteptá regularea si dotarea parochieloru decâtu numai dela conlucrarea credintiosiloru acestei Provincie, mai alesu relative la Archidiecesa, modalitatea esecutarei acelei regulari este silitu a lasá se-o determine fiitoriulu congressu alu acestei Provincie, ori Sinodele diecesane.

### CAPU IV.
### Despre conferirea beneficieloru parochiali.

Conferirea beneficieloru parochiali, de regula, in baseric'a nostra are se se faca prin concursu publicu, cá asia Scaunulu episcopescu se pota desemná pentru baseric'a vacanta pre celu mai aptu individu [3]).

[1]) Conc. oecum. IV. can. 8. — [2]) Conc. IV, can. 12, 17. —



sacras in Ecclesia, fidelium pietate nec non benefactorum fundationibus censu convenienti aucta obeant.

Cum parochialia beneficia spiritualia sint, per se intelligitur eadem ab auctoritate solummodo ecclesiastica, et quidem a Sede Episcopali institui atque conferri posse, cuius est etiam de dotationis beneficiorum parochialium conditionibus iudicium depromere [1]).

Beneficia parochialia, utpote ad spirituale fidelium emolumentum atque e necessitate instituta, dubio procul mutationi obnoxia haud sunt [2]), nisi propter Ecclesiae utilitatem atque urgentem necessitatem, et tunc quoque solummodo Sedis Episcopalis auctoritate, ac competentium consensu.

### CAPUT III.
### De Statu Parochiarum ordinando atque de earumdem Dotatione.

Synodus in principio agnoscit, beneficia parochialia in integritate sua conservanda esse, nihilominus ubi eorundem immutatio necessaria videretur, atque effici posset, quin Ecclesia nostra graeco-catholica exinde detrimentum aliquod sprirituale pateretur, eandem admittit, praesertim vero unionem eorum, quae seorsim parochum, ecclesiam ac scholam necessariis providerere haud sufficiunt.

Eo non obstante ne fideles in spiritualibus cura necessaria destituantur, Synodus desiderat, ut in parochiis contrahendis maxima cura in id convertatur, ne plures quam duae parochiae Ecclesiam habentes, ad unam parochiam conflandam ordinentur.

Attentis attamen praesentis temporis adiunctis, quibus Synodus parochiarum regulationem ac dotationem, praesertim quod Archidioecesim attinet, solummodo a fidelium huiusce Provinciae cooperatione expectat, modum hance regulationem atque dotationem exequutioni mandandi, determinandum reliquit huiusce Provinciae Congressui Episcoporum, aut Synodis Dioecesanis.

### CAPUT IV.
### De Beneficiorum Parochialium collatione.

Beneficiorum Parochialium collatio in Ecclesia nostra de regula via publici concursus fieri debet, ut hac ratione Sedes Episcopalis ad Ecclesiam vacantem dignissimum destinare queat [3]).

[3]) Conc. VI, can. 33. —

suntu lipsiti de densulu, éra cele alalte inmultiescu darulu primitu prin sacrametele mortiloru, si pentru ace'a cá se produca efeptu, trebue primite in statulu darului, de unde se si numescu sacramentele viiloru.

Asemenea Botezulu, Confirmatiunea si Chirotoni'a imprima caracteru nestersu in sufletu [1]), va se dîca unu semnu ore care spirituale si indelebile, din care causa Sacramintele aceste nu se mai potu repetî. Prin consecratiunea acést'a spirituale ne deosebimu de altii, cari nu au primito, si ne facemu apti in Botezu, de a primí in modu validu celelalte Sacraminte, in Confirmatiune de a marturisí si a aperá cu constantia mai mare credinti'a; in urma cu caracterulu Ordului este impreunata poterea de a perface Sacramintele si de a le impartî.

S. sacramente ale legei noue, amesuratu institutiunei divine conferescu grati'a din lucrulu lucratu, va se dîca in poterea insusi a Sacramentului vediutu, la toti aceia, cari nu punu piedeca. La administrarea valida a Sacraminteloru inse pre langa capacitatea subiectului se mai poftescu materi'a si form'a prescrisa si ministru legiuitu cu intentiunea de a face, ce face baseric'a. Dintre aceste deca lipsesce numai un'a, Sacramentulu nu se perface.

Pentru acei'a sinodulu acest'a nu pote din destulu a recomendá, cá preotii se invetie pre credintiosii sei atâtu despre natur'a si efeptele sacraminteloru, câtu si despre dispusetiunile, ce se receru spre a se primí acele cu frupte; totu odata recomanda parochiloru cetirea diligente a prescriseloru Euchologiului, si acurat'a observare a ceremonieloru, pentrucá se se pota acele administrá cu decorea cuvenita santianiei loru, si cá administrandu sacramintele, se nu-si agoniseasca sie-si osênda, se-si aduca aminte Preotii de pazirea curatîei sufletului, cu care trebue se sté cá ministrii ai misteriiloru lui Ddieu.

## CAPU II.

### Despre Sacraminte in specie. Despre Sacramentulu Botezului.

Fiindu-cà s. Botezu este celu de antâiu si celu mai insemnatu sacramentu alu legei noue, si ore-cum usi'a, prin

[1]) S. Basil. Hom. in S. Bapt.: »Sigillum quod conatu nullo frangi



rent, producunt; reliqua vero gratiam por Sacramenta mortuorum collatam augent, ac propterea, ut effectum sortiantur, in statu gratiae suscipienda sunt, unde etiam vivorum Sacramenta appellantur.

Praeterea Baptismus, Confirmatio et Ordo in anima characterem indelebilem imprimunt [1]), hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, unde haec Sacramenta iterari non possunt. Hac eadem vero consecratione spirituali tum ab aliis distinguimur, qui ea insigniti non sunt, tum apti efficimur in Baptismo ad aliorum Sacramentorum validam susceptionem, in Confirmatione ad constantiorem fidei professionem et propugnationem; character Ordinis denique potestatem Sacramenta conficiendi et ministrandi coniunctam habet.

Novae Legis Sacramenta secundum divinam eorum institutionem ex opere operato, hoc est, vi ipsius visibilis Sacramenti gratiam conferunt omnibus obicem non ponentibus. Ad validam autem administrationem praeter capacitatem subiecti requiruntur materia et forma praescripta, ac legitimus minister cum intentione faciendi quod facit Ecclesia; quorum si aliquid desit, non perficitur Sacramentum.

Quapropter S. Synodus haud potest Presbyteris satis superque commendare, ut fideles suos tam naturam ac effectus Sacramentorum, quam dispositiones, quae ad dignam eorundem susceptionem requiruntur, edoceant: insuper Parochis diligentem Euchologii praescriptorum lectionem atque accuratam caeremoniarum observationem inculcat, ut vero illa decore sanctitati eorum convenienti administrentur, ac ne Sacramentorum administratione condemnationis rei efficiantur, meminerint Presbyteri cordis puritatis, qua mysteriorum Dei dispensatores semper ornati esse debent.

## CAPUT II.

### De Sacramentis in specie. De Sacramento Baptismi.

Quum Sacramentum Baptismi sit primum ac praecipuum Novae Legis Sacramentum, et quasi ianua, qua sola in regnum

potest«. —

carea singura potemu intrá in imperati'a ceriului, dupa cuvintele Mantuitoriului: *„De nu se vá nasce cinev'a din apa si din Spiritulu Santu nu vá poté se intre intru imperati'a lui Domnedieu“* [1]; pentru ace'a sinodulu statoresce urmatoriele:

1. Cá parochii se dogenésca pre parenti, cá aceia fora intârdiare se-si duca nascutii la baserica spre a se botezá [2].

2. In case private botezulu se nu se conferésca, afora de casulu necesitatei intetîtorie [3], candu si insusi parintele seau ori si ce omu seau muiere pote conferí botezulu cu observarea celoru prescrise, inse si atunci parochii suntu obligati a supliní dupa ace'a rogatiunile si ceremoniile indatinate la botezu; éra candu nu se ar' poté adeverí cu martorii, cà cutare pruncu este botezatu ori nu, trebue botezatu sub conditiune [4]). Asemenea suntu a se botezá sub conditiune cei veniti dela unitari seau sociniani in sinulu basericei nostre, déca in totu casulu tienendu-se esamenu strinsu, aru fí indoiala fundata despre validitatea botezului conferitu la densii [5].

3. Materi'a ce este a se intrebuintiá la botezu, este apa naturala [6] santîta [7], si numai in casu de necesitate, apa nesantîta, éra form'a botezului suntu cuvintele, ce le rostesce ministrulu candu botéza adeca *„Botézase sierbulu lui Ddieu N. in numele Tatalui si alu Fiului si alu Spiritului Santu amin“*.

4. Nanasi se nu se intrebuintieze la botezu mai multi decâtu unu barbatu sî una femeia, dintre credintiosi de religiunea nostra catolica, nepetati si cu nume bunu, cari se scie elementele credintiei, preceptele lui Domnedieu sî ale basericei, cá in casu de lipsa se fie capaci a invetiá pre fiii cei sufletesci ai loru. Nu suntu de a se admite cá Nanasi calugarii; se eschidu cu totulu necredintiosii, ereticii, schismaticii, escomunicatii, cei inca nebotezati, criminalistii publici, nebunii, si cei ce inca nu au ajunsu la anii pubertatei.

5. Cu privire la numele botezatiloru acestu sinodu pretinde: cá la aceia se li se puna nume de ale Santîloru, éra nu nume pagâne ori profane.

6. Curatî'a muierei dupa nascere se se faca dupa prescrisele Euchologiului, de regula in s. baserica, oferindu acolo cu multiamita lui Ddieu pre baiatulu nascutu si increstinitu.

---

[1]) Ioan. III, 5. — [2]) Conc. IV. can. 31, 59; Ioan. Ieiunator can. 24; Conc. Carthag. c. 121. — [3]) Conc. VI, can. 31. — [4]) Conc. VI, can. 82;



coelorum introire possumus, iuxta Salvatoris verba: *„Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei“* [1]; Synodus sequentia statuit:

1. Ut Parochi patres familias moneant, infantes suos absque mora ad Ecclesiam baptizandos deferre [2].

2. In privatis autem domibus baptismus haud conferatur, extra urgentis necessitatis casum [3], quo ipse pater vel quivis homo, vel mulier, servatis servandis, baptismum conferre potest. Attamen tunc quoque tenentur Parochi preces ac caeremonias in collatione baptismi adhiberi solitas deinceps supplere, casu autem, quo testibus fide dignis haud posset probari, infantem quemdam esse baptizatum vel non: tunc eidem baptismus sub conditione est conferendus [4]. Pariter sub conditione baptizandi sunt, qui ab Unitariis sive Socinianis in nostrae Ecclesiae gremium se conferunt, quoties diligenti examine pro singulis casibus instituto, de validitate baptismi ab illis collati prudenter dubitatur [5].

3. Materia in administratione baptismi adhiberi solita est aqua naturalis [6] benedicta [7], et solummodo casu necessitatis etiam non benedicta, forma vero baptismi sunt verba quae minister in baptizando profert, nempe: *„Baptizatur servus Dei N. in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen“*.

4. In patrinos ne assumantur nisi unus vir unaque mulier ex religioni catholicae addictis, vitae intemeratae ac bonae existimationis, qui fidei elementa, Dei et Ecclesiae praecepta calleant, atque idonei sint, qui filios spirituales casu necessitatis instruant. Non sunt autem admittendi ad Patrini munus obeundum Monachi; omnino excluduntur Infideles, Haeretici, Schismatici, Excommunicati, nondum baptizati, publice criminosi, infames, amentes, et qui pubertatis anos nondum attigerunt.

5. Quod autem nomina baptizandis imponenda attinet, Synodus postulat, ut illis nomina Sanctorum, non vero gentilium sive profana imponantur.

6. Purificatio mulieris post partum iuxta Euchologii praescripta de regula fiat in Ecclesia, infantem recens natum atque baptizatum cum gratiarum actione Deo offerendo.

---

Conc. Carthag. can. 72. — [5]) Can. Apost. 47. — [6]) Act. ap. VIII, 36—38; X, 47; Ephes. V. 25. — [7]) Euchol. ordo Bapt.; Timoth. Alex. quaest. 8. —

## CAPU III.

### Despre Santulu Sacramentu alu Confirmatiunei.

Dupa datin'a basericei nostre basata pre ss. canone [1]), indata dupa s. botezu se administréza sacramentulu s. miru, carele este complinirea botezului, si prin carele botezatulu prin ungere cu miru consecratu de Episcopu [2]), si prin rogatiune primesce sigilulu Spiritului santu, i se adauge darulu santîtoriu, cá asiá luminatu sî intaritu se pota marturisí cu constantia credinti'a crestina in tote impregiurarile vietiei sale.

Materi'a confirmatiunei este mirulu consecratu de Episcopu in Joi'a mare. Mirulu se face din oleiu de masline si din balsamu, si decumva se mai adaugu ceva arome ori ceva umedieli pentru mirosu bunu, debue a grigí cu tota diliginti'a, cá cea mai mare parte a mirului se fia oleiu mestecatu cu balsamu. Éra form'a suntu cuvintele: *„Sigilulu darului Spiritulu Sàntu"*.

Ministrulu ordinariu este Episcopulu, éra in baseric'a greca e si Ministru auctorizatu, carele este Preotulu, si respective Parochulu, carele se indatoréza a portá grige mare, cá se nu-i lipsésca nice odata s. miru, si se-lu conserve in unu vasu cuvenintiosu pre més'a santului altariu.

Loculu conferirei acestui sacramentu este baseric'a parochiala, éra nanasii suntu totu cei dela botezu.

Sinodulu dreptu ace'a indémna in Domnulu pre parochi, cá se invetie pre cei botezati si miruiti, dupa-ce ajungu la pricepere, despre promisiunile facute lui Domnedieu cu ocasiunea primirei acelor'a-si ss. sacraminte, si se-i indemne, cá tota viéti'a se o petréca amesuratu aceloru promisiuni.

Aceste se le faca si cu ocasiunea primei comuniuni sub s. Liturgia in audiulu toturoru credintiosiloru.

## CAPU IV.

### Despre Sacramentulu Eucharistiei.

Sant'a Eucharistia este celu mai santu si mai inaltu sacramentu alu legei noue, care sub form'a panei si a vinului cuprinde adeveratulu corpu si sange alu Domnului

[1]) Synod. Laodic. can. 58. Const. apost. lib. VII. cap. 18. —



## CAPUT III.

### De Sacro Christomate sive de Sacramento Confirmationis.

Iuxta Ecclesiae nostrae consuetudinem SS. Canonibus innixam [1]) post baptismi collationem administratur S. Confirmationis Sacramentum, quod est baptismi complementum, et per quod baptizatus unctione chrismatis ab Episcopo consecrati [2]), atque oratione, Spiritus Sancti sigillum recipit, gratia sanctificans in eodem augetur, ut illuminatus atque confirmatus fidem christianam in omnibus vitae adiunctis intrepide profiteri valeat.

Materia Confirmationis est chrisma ab Episcopo in Coena Domini consecratum. Chrisma vero conficitur ex oleo olivarum et balsamo, et si quid aromatum aut aliorum liquorum fragantiae causa additur, diligentissime curandum est, ut maxima pars Chrismatis semper sit oleum balsamo mixtum. Forma autem sunt verba: *„Signaculum doni spiritus Sancti"*.

Minister ordinarius est Episcopus, in Ecclesia vero graeca habetur et minister authorisatus, qui est Presbyter et respective Parochus, qui magnam curam adhibere debet, ne S. Chrisma ei unquam desit, illudque super mensam S. Altaris in convenienti vase conservet.

Locus, quo hocce Sacramentum conferendum sit, de regula est Ecclesia parochialis, patrini vero sunt iidem, qui et baptismi.

Synodus itaque hortatur in Domino Parochos, ut baptizatos atque confirmatos, postquam ad annos discretionis pervenerint, doceant promissiones in susceptione horum sacramentorum Deo factas, eosque omnem vitam ad normam illarum promissionum componere permoveant.

Hoc autem et occasione primae communionis sub S. Liturgia praestent, praesentibus, et audientibus omnibus fidelibus.

## CAPUT IV.

### De Sacramento Eucharistiae.

S. Eucharistia est sanctissimum ac excellentissimum Novae Legis Sacramentum, quod sub specie panis et vini continet ve-

[2]) Synod. Carthag. can. 6. —

nostru Isusu Christosu spre nutrirea sufletésca a credintiosiloru [1]).

Materi'a, ce este a se intrebuintiá la s. Eucharistia, este pane dospita de grau [2]) in baseric'a nostra, si vinu de vitia [3]); éra form'a suntu cuvintele, cu cari Mantuitoriulu institui s. Eucharistia: *„Luati mancati, acest'a este corpulu meu, carele se frange pentru voi spre iertarea pecateloru“* si *„Beti dintru acest'a toti, acest'a este sangele meu alu legei cei noue, carele se versa pentru voi si pentru multi spre iertarea pecateloru“*.

Ministrulu s. Eucharistie, cu privire la prefacere este Episcopulu si preotulu ordinatu [4]); cu privire la administrarea acestui sacramentu ministri ordinari suntu totu aceasi, éra pre tempulu pasciloru este parochulu propriu.

Subiectulu sacramentului s. Eucharistie suntu omenii vii si botezati ajunsi la pricepere, cari nu trebuie se amane primirea S. Eucharistíe pana la etatea mai adulta, si in urma carii suntu intregi la minte, caror'a cá se li fie de folosu impartasîrea, trebue se fie curatiti de pecate [5]), si se fie nemancati si nebeuti [6]), cu singur'a esceptiune a morbosiloru, cari o primescu cá merinde spre viati'a eterna [7]).

Loculu, unde are se se administreze s. Eucharistia, este baseric'a, se iau afora morbosii, caror'a suntu datori parochii a li duce s. cuminecatura a casa cu tota pietatea.

Cu privire la tempulu cuminecaturei, crestinii cei de antâiu se cuminecáu la tota s. Liturgia [8]), inse scadiendu pietatea crestiniloru de a se cuminecá, baseric'a nu a' lipsitu a demandá sub pecatu de morte, cá fie-care crestinu se se cuminece in totu anulu celu pucinu odata la santele Pasci, primindu dupe datin'a basericei nostre sacramentulu sub ambele specii [9]).

Sinodulu improspetandu acestu preceptu indatoresce pre parochi, se invetie pre credintiosii sei, cá si mai adese-ori se se apropie cu cuvenit'a devotatiune de més'a Domnului, si adeca in tote ss. posturi prescrise de baserica, si de câte ori suntu in periculu de morte se primésca acestu s. sacramentu [10]).

[1]) Ioan. VI, 54, 55, 56. — [2]) Conc. Florent. in Decreto Unionis. — [3]) Conc. VI can. 32. — [4]) Conc. I can. 18. — [5]) I Cor. XI, 28. — [6]) Conc. VI, can. 29. — [7]) Conc. VI, can. 9 ad calcem. — [8]) Act. Ap. II, 42—46. —



rum corpus et sanguinem Domini Nostri Iesu Christi in spiritualem fidelium refectionem [1]).

Materia ad S. Eucharistiam in Ecclesia Nostra est panis triticeus fermentatus [2]) ac vinum de vite [3]); forma autem sunt verba, quibus Salvator S. Eucharistiam instituit: *„Accipite et comedite: hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum“*; et *„bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis et pro multis effunditur in remissionem peccatorum“*.

Minister S. Eucharistiae quoad consecrationem est Episcopus et Presbyter ordinatus [4]); quoad administrationem vero huius Sacramenti Ministri ordinarii sunt iidem, tempore autem paschali est parochus proprius.

Subiectum Sacramenti S. Eucharistiae sunt homines vivi, baptizati, qui ad annos discretionis pervenerunt, ultra quam susceptio S. Eucharistiae usque in aetatem adultiorem non est differenda, et demum qui mentis compotes sunt; quibus ut communio proficua sit, a peccatis immunes esse debent [5]), atque cibo ac potu vacui [6]), exceptis solis aegrotis S. Eucharistiam per modum Viatici sumentibus [7]).

Locus quo S. Eucharistia administrari debet, est Ecclesia, excipiuntur aegroti, quibus Parochi S. Communionem omni cum pietate domum deferre tenentur.

Quoad tempus Communionis, primi Christiani quoties S. Liturgiae intererant, communionem suscipere solebant [8]), refrigescente vero Christianorum communicandi pietate, Ecclesia haud omisit sub peccato mortali praecipere, ut quilibet Christianus saltem semel in anno tempore paschali ad Communionem accedat, iuxta Ecclesiae Nostrae consuetudinem Sacramentum sub utraque specie suscipiendo [9]).

Synodus hocce praeceptum renovans parochis iniungit monere fideles suos, ut saepius quoque debita cum devotione ad mensam Domini accedant, praesertim vero ut hoc Sacramentum tempore SS. Ieiuniorum ab Ecclesia statutorum, nec non quoties in periculo mortis versantur, suscipiant [10]).

[9]) Const. Ap. lib. VIII, cap. 13 et 14; Dionys. Hierarch. Eccl. cap. 3; Iustin. Mart. Apolog. 2; Cyrill. Hieros. Catech. V. — [10]) Can. Apost. 9; Conc. Antioch. can. 2. —

Cu privire la pastrarea s. cuminecaturi pregatite in Joi'a-mare, dupa prescrierea tipicului, se fie cu tota luarea aminte, se o cerce din candu in candu, reinnoindu-o, candu ar' fí de lipsa, dupace va fí consumatu speciile de mai inainte sub S. Liturgia, cá nu cumva se se corrumpa.

Cu privire la celebrarea s. Liturgii, Sinodulu admoniédia pre preoti, cá se celebreze s. Liturgia cu tota gravitatea, observandu tote prescrisele s. Liturgii [1]), si in specie parochii in tote dominecile si serbatorile obligate se se apropie de altariulu Domnului sacrificandu pentru poporu.

Ce se tiene de datin'a cea pia a credintiosiloru de a duce la baserica pane si vinu, si de a oferí elemosina preotiloru pentru s. Liturgia, ori a face fundatiuni spre acestu scopu, avendu bas'a sa in s. scriptura [2]) si in santele canone [3]), sinodulu voiesce, cá ace'a se se observeze, si preotii, ce primescu aceste oferte pie, se implinésca cu tota conscientiositatea obligamintea susceputa.

## CAPU V.

### Despre Sacramentulu Penitintiei.

Sant'a Penitentia este unu sacramentu alu legei noue instituitu de Domnulu nostru Isusu Christosu, in carele prin deslegarea preotului legiuitu se iérta credintiosului pecatele facute dupa botezu, deca-i pare reu, le marturisesce, voiesce a face destulu pentru ele.

Quasi materi'a Sacramentului acestuia o forméza actele penitentelui, adeca contritiunea, marturisirea si satisfactiunea.

1. Contritiunea dupa cuvintele Domnului: *„de nu ve veti pocaí, toti asemene veti perí"* [4]). Éra contritiunea este dorerea animei si detestarea pentru pecatulu comisu cu propusulu de a nu mai pecatuí in venitoriu. Baseric'a invetia, cumcà ea prin caritate pote fí câte odata perfecta, si cumcà omulu prin ea se pote impacá cu Domnedieu inca inainte de ce ar fí primitu in adeveru Sacramentulu, deca este impreunata cu votulu Sacramentului, care altmintrele se cuprinde in ea. Din care causa suntu de a se indemná credintiosii, cá cu

[1]) Ierem. XLVIII, 10: »Maledictus qui facit opus Domini fraudu-



In asservanda S. Eucharistia iuxta Typici praescriptum in Coena Domini praeparata, Parochi omni diligentia attendant, saepius eam inspiciendo, et pro opportunitate renovando, consumptis intra Missarum solemnia prioribus speciebus, ne forte corrumpantur.

Quoad S. Liturgiae celebrationem Synodus monet Presbyteros S. Liturgiam omni cum gravitate celebrare, cuncta S. Liturgiae praescripta religiose observantes [1]), in specie vero Parochi omnibus diebus Dominicis ac festivis ad altare Domini accedant pro populo sacrificium oferentes.

Quod piam fidelium consuetudinem attinet, panem ac vinum ad Ecclesiam deferendi atque presbyteris eleemosynam pro sacra Liturgia offerendi, sive hunc in finem fundationes faciendi, quum illa S. Scripturae [2]), sacrisque Canonibus [3]) innitatur: Synodus desiderat, ut eadem consuetudo servetur, atque Presbyteri, qui has pias oblationes accipiunt, obligationi assumptae omni cum religione satisfaciant.

## CAPUT V.

### De Sacramento Poenitentiae.

S. Poenitentia est Novae Legis Sacramentum a Christo Domino institutum, quo per legitimi Sacerdotis absolutionem virtute clavium factam fideli contrito, confesso, satisfacere volenti peccata post baptismum commissa remittuntur.

Huius sacramenti quasi materia sunt actus poenitentis, nempe contritio, confessio et satisfactio.

1. Contritio, iuxta Domini verba: *„Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis"* [4]). Est autem contritio animi dolor ac detestatio de peccato comisso cum proposito non peccandi de caetero. Eam aliquando charitate perfectam esse docet Ecclesia, hominemque cum Sacramenti voto, quod in ea includitur, Deo reconciliare, antequam Sacramentum actu suscipiat. Unde monendi sunt fideles, ut hanc ex charitate Dei contritio-

lenter«. — [2]) Luc. X, 7. — [3]) Can. Apost. 4; Conc. VI can. 28. — [4]) Luc. XIII, 5. —

ajutoriulu lui Domnedieu se se silésca din tote poterile a concepe adese ori contritiunea acést'a purcésa din caritate, dara mai cu séma in or'a mortei. Dupa acea contritiunea imperfecta, care de comunu se nasce din considerarea uritiunei pecatului seau din fric'a gehenei si a pedepseloru, se numesce si atritiune, deca eschide vointi'a de a pecatuí, cu speranti'a de a castigá iertatiune, si ea este unu daru alui Domnedieu si dispune pre pecatosu la castigarea gratiei in Sacramentulu Penitintiei. De sine se intielege mai departe, cà contritiunea cea adeverata nu pote esistá fora de propusulu firmu de a-si indreptá viéti'a, pentrucà detestarea sincera a pecatului totu de a un'a este impreunata cu vointi'a de a nu mai pecatuí in venitoriu.

2. Partea a dou'a este marturisirea: pentru-cà toti pecatosii suntu datori dupa dreptulu divinu a-si marturisí preotului tote pecatele sale comise dupa botezu. Acést'a se vede din cuvintele: *„luati Spiritulu Santu, caror'a veti iertá pecatele, iertate voru fí, si caror'a le veti tiené, tienute voru fí“* [1]). Baseric'a lui Domnedieu totu de un'a a tienutu, cá prin cuvintele aceste s'a instituitu Sacramentulu Penitentiei, si s'a demandatu, cá toti cei ce au cadiutu dupa botezu, in elu se-si marturisésca tote pecatele. Cà deora-ce Isusu Christosu a pusu pre preoti, incatu aceia suntu vicarii lui, de judecatori, cari dupa potestatea chieiloru se aduca sentintia de iertarea seau tienerea pecateloru, prin acést'a a demandatu, cá nu numai in genere, ci in specie, sî câte unulu se li se spuna pecatele de morte, pentru-cà fiendu caus'a necunoscuta, judecat'a acést'a nu s'ar fí potutu deprinde, nice nu s'ar fí potutu observá ecuitatea in dictarea pedepseloru. De sine se intielege, cà obligatiunea acést'a a marturisirei intregi se referesce la tote pecatele de mórte, cari i vinu omului in minte dupa un'a esaminare diligenta a conscientiei; alte pecate inse, de cari fora de vin'a sa nu-si aduce aminte, se considera de cuprinse peste totu in aceasi marturisire, asia inse in câtu penitentele este obligatu dupa ace'a in modu directu a le supune chieiloru, indata ce-i voru fí venitu in minte.

[1]) Ioan. XX. 22, 23. —



nem frequentur, et maxime in mortis periculo elicere, Deo adiuvante, diligentissime studeant. Contritio deinde imperfecta, que communiter ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennae et poenarum metu concipitur, et attritio dici solet, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniae, etiam ipsa donum Dei est, et peccatorem ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam disponit. Manifestum porro est veram contritionem sine firmo proposito emendationis vitae consistere non posse; siquidem sincera detestatio peccati necesario coniunctam habet voluntatem non peccandi de caetero.

2. Pars altera est confessio; omnes enim peccatores omnia sua peccata mortalia post baptismum commissa Sacerdoti manifestare iure divino tenentur, neque sine hac volluntate Deo reconciliari possunt, quod apparet e verbis: *„Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt* [1]). His enim verbis Sacramentum Poenitentiae institutum, atque in eo integram peccatorum confessionem omnibus post baptismum lapsis necessariam a Domino ordinatam esse, Ecclesia Dei semper intellexit. Cum videlicet Christus Iesus Sacerdotes ut sui Vicarios instituerit iudices, qui pro potestate clavium remissionis ac retentionis peccatorum sententiam pronuntient; hoc ipso iussit non solum in genere, sed in specie et singullatim peccata mortalia eis declarari, siquidem istud iudicium incognita causa exerceri non potuisset, neque etiam aequitas in iniungendis poenitentiis servari. Constat vero hanc integrae confessionis obligationem ad ea omnia lethalia peccata referri, quae post diligens examen memoriae occurrerint; alia vero, quorum quis sine sua culpa non meminerit, eadem confessione in universum inclusa intelliguntur ita tamen, ut poenitens teneatur ea postmodum, si in memoriam redierint, directe clavibus subicere.

primésca ver unulu din sacramentele viiloru, sau candu se afla in periculu de morte, precum suntu femeile aprope de nascere.

Loculu destinatu pentru marturisire este de regula baseric'a, pentru acea parochii se facu atenti a pregatí pre credintiosii sei la marturisire in Postulu mare, si a-i ascultá in s. baserica, luanduse afora morbosii, la cari suntu datori a merge acasa si a-i marturisí.

Fiindu sigilulu sacramentalu absolutu inviolabilu, se facu atenti toti preotii marturisitori, cá despre tote cele audîte in marturisire se observeze cea mai adanca tacere, si se nu descopere nemicu ori in ce impregiurari se ar' aflá, nece atunci candu li ar' fí amenintiata viéti'a [1]).

## CAPU VI.

### Despre Sacramentulu Ungerei de pre urma. (santulu Maslu).

Ungerea de pre urma seau santulu Maslu este unu sacramentu alu legei noue instituitu de Domnulu nostru Isusu Christosu si promulgatu prin S. Apostolu Jacobu [2]), in care credintiosului greu morbosu prin ungere cu oleu binecuventatu de preoti, si prin rogatiune i-se adauge darulu santîtoriu, i-se stergu remasîtiele pecateloru, castiga insanatosiare trupésca, decumv'a acea i-ar' fi spre mantuirea sufletului.

Materi'a santului Maslu este oleulu de lemnu binecuventatu de preoti dupa daten'a basericei grecesci [3]).

Form'a este rogatiunea, ce o dîce preotulu, candu unge pre celu morbosu: „Parinte sante! doctorulu sufleteloru si alu trupuriloru etc“. [4]).

Cu privire la Ministrulu acestui s. sacramentu, baseric'a nostra pre bas'a cuvinteloru santului Apostolu Jacobu are daten'a, cá acestu s. sacramentu se se administreze de regula de mai multi preoti, si anume de siepte insi, rostindu fie-care dintre ei form'a prescrisa, si ungandu pre morbosu in intielesulu Euchologiului.

Aceste siepte ungeri succesive facute de mai multi preoti, éra in necesitate si de catra unulu, nu suntu repetîrea sacramentului, ci ronduite fiindu spre unulu si acel'asi scopu, se considera moralminte cá partîle unui intregu, cari efeptuescu sacramentulu S. Ungeri estreme.

[1]) Methodius Patriarcha Constantinopoleos opus edit. ab. Em. Pitra



cramentum quoddam vivorum suscepturi sunt, ac quoties in mortis periculo versantur, prouti mulieres ante partum.

Locus pro confessionibus excipiendis de regula est Ecclesia. Monentur autem parochi fideles suos Ieiunio Quadragesimali ad actum confessionis praeparare, eorumque confessiones audire in Ecclesia, exceptis aegrotis, quos parochi adeuntes in eorum domibus audire tenentur.

Quum sigillum sacramentale absolute inviolabile sit, attendant omnes confessarii, ut de cunctis in confessione auditis profundum servent silentium, nihilque eorum revelent, quibuscumque in adiunctis versarentur, etiam si eorum vita in discrimem adduceretur [1]).

## CAPUT VI.

### De Sacramento Extremae Unctionis.

Extrema Unctio est Sacramentum Novae Legis a Christo Domino institutum ac ab Apostolo Iacobo promulgatum [2]), quo fideli graviter decumbenti, per unctionem olei a Presbyteris benedicti, atque per eorumdem orationem gratia sanctificans augetur, peccatorum reliquiae absterguntur, nec non si animae saluti expedierit, valetudo corporis restituitur.

Materia Extremae Unctionis est oleum olivarum, iuxta Ecclesiae Graecae [3]) consuetudinem a Presbyteris benedictum.

Forma vero est precatio illa, quam Sacerdos infirmum ungendo adhibet: „Pater Sancte! animarum et corporum medice“, etc. [4]).

Quod Ministrum huiusce Sacramenti attinet, Ecclesia nostra S. Apostoli Iacobi verbis innixa habet in more, ut hocce Sacramentum de regula per plures, nimirum per septem Sacerdotes administretur, quolibet eorum formam praescriptam pronunciante, atque infirmum ad normam Euchologii inungente.

Hae septem successive unctiones a pluribus, in necessitate vero etiam ab uno Sacerdote peractae, non sunt Sacramenti iteratio, sed ad unum eundemque finem ordinatae, moraliter tamquam unius integri partes spectantur, quae Extremae Unctionis Sacramentum efficiunt.

pag. 363 et 365 tom. II. — [2]) Ep. Jacobi V, 14, 17. — [3]) Goar pag. 353. — [4]) Vid. EuchＯlog. de extrema Unctione. —

Subiectulu acestui s. sacramentu este omulu botezatu greu morbosu marturisitu si cuminecatu; ma si unii cá aceia, carii s'ar' aflá in agoni'a de morte, dara vii[1]), desí lipsiti de semtîri, deca au petrecutu acei'a inainte de morbu viétia crestinésca; séu si unii cá acei'a, carii in agonia au datu semne de penitentia.

Deci Sinodulu indatoresce pre parochi, cá se invetie pre poporenii sei a depune prejudetiulu acela, cá si cum dupa primirea acestui s. sacramentu neaperatu li aru urmá mortea, ci din contra de ora-ce unulu dintre efeptele acestui s. sacramentu póte fi insanatosiarea trupésca, déca asia este placutu lui Domnedieu, credintiosii se nu amane primirea acestui s. sacramentu pana la cele din urma.

## CAPU VII.

### Despre S. Chirotonia seau Preotîa.

Chirotoni'a seau Preoti'a este unu sacramentu alu legei noue, instituitu de Domnulu nostru Isusu Christosu, in care prin' cuvinte si semne dein afara se conferesce grati'a sanctificanta, si se dà potestate spirituale, care se referesce parte la corpulu realu alui Christosu in Eucharistia, parte la corpulu lui celu misticu, va se dîca la credintiosii Basericei.

Precum Christosu Rescumperatoriulu nostru a instituitu sacrificiulu adeveratu si propriu alu corpului si sangelui seu, asia a instituitu si Preotî'a legei noue, si Apostoliloru si urmatoriloru loru in preotîa li-a datu potestate de a consecrá si oferí corpulu si sangele Lui, de a iertá si retiené pecatele si de a administrá si celelalte sacraminte.

Deora-ce inse ministeriulu Preotîei asia santu este unu lucru divinu, cá acel'a se se pota deprinde cu mai mare demnitate si veneratiune, prin un'a dispusetiune tare acomodata s'au instituitu mai multe orduri de ministri, cari din oficiu se servésca Preotîei.

Gradele ordurilor suntu: Lectoratulu, si Subdiaconatulu, cari contienu in sine Ostiariatulu si Acolitatulu, ce se conferescu afora de altariu; apoi Diaconatulu, si in urma Sacerdotiulu in Preoti si Episcopi, cari dupa dreptulu divinu suntu superior preotîloru.

[1]) S. Nicephor. cap. 8; Pitra tom. II pag. 324. —



Subiectum istius Sacramenti est homo baptizatus graviter aegrotans confessus ac s. Communione refectus; imo etiam illi, qui in agone versantur et vivi[1]) sunt, licet sensibus destituti, dummodo antequam morbo affecti fuerint, christiane vixerint; insuper illi quoque, qui nec communionem susceperunt, attamen in agone constituti poenitentiae argumenta praebuere.

Hinc Parochis Synodus iniungit, ut fideles suos doceant, praeiudicium illud, ac si suscepto hocce Sacramento mors necessario sequeretur, exuere. E contra quoniam unus ex huius Sacramenti effectibus valetudo quoque corporis, si Deo ita placuerit, esse potest, fideles huius Sacramenti susceptionem usque ad extrema haud differant.

## CAPUT VII.

### De Sacramento Ordinis.

Ordo est Sacramentum Novae Legis a Christo Domino institutum, quo verbis et signis exterioribus gratia sanctificans confertur, ac spiritualis potestas traditur, quae partim ad corpus Christi reale in Eucharistia, partim ad corpus eius mysticum, hoc est ad fideles in Eclesia refertur.

Sicut enim Christus Redemptor Noster verum et proprium sacrificium corporis et sanguinis sui instituit, ita etiam instituit Novae Legis Sacerdotium, atque Apostolis eorumque in Sacerdotio successoribus potestatem tradidit consecrandi et offerendi corpus et sanguinem Eius, nec non et peccata remittendi et retinendi, ac reliqua sacramenta administrandi.

Cum autem divina res sit tam sancti Sacerdotii ministerium, quo dignius et maiori cum veneratione exerceri posset, in Ecclesia ordinatissima dispositione plures et diversi instituti sunt Ministrorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deserviunt.

Ordinum gradus sunt: Lectoratus et Subdiaconatus in se continens Ostiariatum et Acolythatum, qui extra altare conferuntur, tum Diaconatus, ac denique Sacerdotium in Presbyteris et in Episcopis, qui iure divino Presbyteris superiores sunt.

Gradurile aceste de-si intre sine suntu diverse, totusi nu constituescu sacraminte diverse, pentru-cà numai unulu este sacramentulu Ordului, inse asia in catu intregu Sacramentulu dupa ratiunea lui completa este numai in unulu, adecà in Episcopatu.

Materi'a sacramentului Preotîei in baseric'a nostra este punerea maniloru Episcopului, amesuratu s. scripture, éra form'a este rogatiunea, carea e diversa, dupa diversitatea ordurilorn.

Ministrulu s. Preotîe este singuru Episcopulu [1]) consacratu [2]), (vedi mai susu Titl. II. cap. 5).

Subiectulu este singuru barbatulu botezatu. Afora de ace'a trebue se aiba sacramentulu Confirmatiunei si tonsur'a [3]) clericale, éra la primirea Orduriloru mai inalte, se fia dejá initiatu mai antâiu in Ordurile mai inferiore.

Dupa-ce S. Apostolu alu ginteloru dogenesce pre Episcopi, cá manile curundu nimenui se nu le puna, nece se se faca partasi pecateloru streine [4]), acestu Sinodu pre bas'a SS. Canone edîce, cà numai aceia se potu admite la primirea santeloru Orduri, cari suntu scutiti de iregularitati, si anume.

I. Cari au:

a) etatea canonica,

b) se fie inzestrati cu scientiele teologice necessarie [5]),

c) se nu fie incurcati in bigamia succesiva adeverata [6]), ori interpretativa [7]),

d) se fie liberi de obligatiunea de a dá ratiuni pentru administrarea bunuriloru lumesci [8]),

e) se nu aiba defecte trupesci [9]), si se nu fie smintiti de minte ori cu alte morburi grele sufletesci [10]),

f) se nu fie de curundu botezati [11]), (neofiti) ori clinici [12]),

g) cu privire la ordulu Episcopescu, se nu fie casatoriti, ori muierea se intre in manastire [13]),

II. Asemenea se mai recere dela cei ce voiescu se primésca ordurile sacre:

a) se nu fie incurcati cu crimele apostasíei, heresului [14]), si a schismei [15]),

---

[1]) Can. Apost. 35; Conc. I can. 16. — [2]) Act. Ap. VI, 6; XIV, 22; II Tim. I, 6. — [3]) Conc. VII. can. 14 — [4]) I Tim. V. 21. — [5]) Os. IV, 6; Malach. II, 7; Conc. Carthag. can. 24. — [6]) Can. Apost. 17. — [7]) Can. Ap. 18; Conc. Neocaes. can. 8. — [8]) Conc. VI. can. 3; Can. Apost. 6 et



Hi gradus licet inter se distincti sint, tamen diversa Sacramenta haud constituunt, namque unum est S. Ordinis Sacramentum, ita tamen, ut Sacramentum totum secundum completam sui rationem est in uno nimirum in Episcopatu.

Materia Sacramenti Ordinis in Ecclesia nostra secundum doctrinam S. Scripturae est manuum Episcopi impositio; forma vero est oratio, quae pro diversitate ordinum differt.

Minister S. Ordinis est solus Episcopus [1]) consecratus [2]) (vide superius dicta Titulo II. Cap. V.).

Subiectum est solus mas baptizatus. Debet insuper Sacramento Confirmationis, tum clericali tonsura [3]), ac in superiorum Ordinum susceptione prius Ordinibus inferioribus initiatus esse.

Quum S. Apostolus gentium Episcopos moneat, ut manus nemini cito imponant, neque peccatis alienis communicent [4]), Synodus ad normam SS. Canonum enunciat illos solummodo ordinibus sacris initiari posse, qui ab irregularitatibus immunes sunt, et quidem.

I. Qui:

a) aetatem canonicam attigerunt,

b) necessariis scientiis theologicis imbuti sint [5]),

c) ne bigamia successiva vera [6]) sive interpretativa implicentur [7]),

d) ne ob bonorum temporalium administrationem publicis ratiociniis obligentur [8]),

e) ne corporis insigni defectu [9]), neve gravibus mentis aut animi morbis laborent [10]),

f) ne neophyti [11]) aut clinici sint [12]),

g) relate ad ordinem Episcopatus ne matrimonio alligati sint, si secus uxor monasterium ingrediatur [13]).

II. Ab illis, qui ordines sacros suscipere volunt, requiritur porro:

a) ne apostasiae, haeresis [14]) et schismatis [15]) criminibus impliciti sint,

---

81. — [9]) Can. Ap. 78. — [10]) Can. Ap, 79. — [11]) Conc. I can. 2. — [12]) Conc. Neocaes. can. 12. — [13]) Conc. VI. can. 48. — [14]) Can. Apost. 62; Conc. Ancyr. can. 1, 2. — [15]) Can. Ap. 31; Conc. Antioch. can. 5; Conc. Carthag. can. 10. —

b) se nu fie vinovati de ucidere de omu [1], si bataci [2],
c) se nu fie precurvari si incestuosi [3],
d) se nu fie impleteciti in fapte rusînose contranaturali [4],
e) se nu fie mutilati cu voi'a [5],
f) se nu ajunga la preotîa prin simonia [6],
g) se nu fie ordinati a dou'a ora [7], nice botezati a dou'a ora [8],
h) se nu fi deprinsu ordulu sacru, dela care fù suspinsu [9],
i) se nu fi facutu functiunile ordurilorn neprimite [10], nice se fi primitu orduri sacre in modu nelegiuitu [11], nice se fi primitu ordurile sacre sarindu ver'unulu din acele [12],
k) se nu fie incurcati in casatorii nelegiuite [13], nice se fie usurari [14],
l) se nu fie nascuti din patu nelegiuitu.

La conferirea sacreloru orduri sinodulu recomenda observarea interstitiiloru in intielesulu SS. Canone [15], si anume a canonului 10 dela Sardic'a, unde se dîce: *„Si va fi trépt'a fiesce-carui ordu nu de pucinu tempu, prin carele credinti'a lui, si bunatatea moravuriloru, gravitatea si modesti'a lui voru poté se fie cunoscute"*.

Ce se tiene de chirotonirea clericiloru in vacanti'a scaunului episcopescu, acea are se se faca de catra Episcopulu conprovincialu recercatu si la espres'a recomendare a Ordinariatului respectivu.

## CAPU VIII.

### Despre S. Matrimoniu (s. Casatoria seau Cununia).

Domnedieu infiintià casatori'a dandu protoparintelui nostru Adamu ajutoriu asemenea lui, in person'a Evei, si disponandu cá cu acea se petréca in legatura nedespartîta, precum areta cuvintele: *„Pentru acea va lasá omulu pre tatalu seu si pre mam'a s'a, si se va lipí de muierea s'a, si voru fi amendoi unu trupu* [16].

Inse dupa-ce omulu -si intorse faci'a de catra Domnedieu, unitatea si tari'a casatoriei degenerà in poligamia si in despartiri arbitrarie.

[1]) Can. Ap. 65; Conc. Ancyr. can. 21; S. Basilii can. 2. — [2]) Can. Ap. 27. — [3]) Conc. I. can. 9; Conc. Neocaes. can. 9. — [4]) Conc. Ancyr. can. 16, 17. — [5]) Can. Apost. 22, 23; Conc. I can. 1. — [6]) Can. Ap. 29, 30; Conc. IV can. 2. — [7]) Can. Ap. 68. — [8]) Can. Ap. 47. — [9]) Can. Ap. 28; Conc. Antioch. can. 4; S. Basil. can. 88 (in fine). — [10]) Constit.



b) ne homicidii rei [1], ac percussores [2] sint,
c) ne adulteri atque incestuosi sint [3],
d) ne actibus nefandis contra naturam coninquinati sint [4],
e) ne voluntarie mutilati sint [5],
f) ne ad sacerdotium simonia perveniant [6],
g) ne reordinati [7], neve rebaptizati sint [8],
h) ne ordinem, a quo suspensi erant, exercuerint [9],
i) ne ordinum haud susceptorum functiones obierint [10], neve ordines sacros modo illegali [11], aut per saltum [12] susceperint,
k) ne matrimoniis illegitimis irretiti sint [13], atque ne foeneratores egerint [14],
l) ne ex matrimonio illegitimo procreati sint.

Quod sacrorum ordinum collationem respicit, Synodus interstitiorum observationem commendat in sensu SS. Canonum [15], et praesertim Canonis X. Sardicensis, qui haec habet: *„Erit autem gradus uniuscuiusque dignitatis non exigui temporis spatium, per quod fides eius et morum bonitas, gravitas ac diligentia cognoscantur"*.

Clericorum ordinatio sede episcopali vacante, ad expressam Ordinariatus concernentis commendationem, ab Episcopo comprovinciali ad id requisito facienda est.

## CAPUT VIII.

### De Sacramento Matrimonii.

Deus protoparenti nostro Adae in persona Evae adiutorium simile ei suppeditans, atque ei praecipiens, ut cum eadem in individua societate vitam agat, matrimonium instituit, prout verba ostendunt: *„Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una"* [16].

Postquam autem homo faciem suam a Deo averterat, unitas ac firmitas matrimonii in polygamiam et arbitraria divortia degeneravit.

Ap. lib. III. cap. 11. — [11]) Conc. Antioch. can. 13. — [12]) Conc. Sardic. can. 10. — [13]) Can. Apost. 19; Conc. VI can. 26; S. Basil. can. 27. — [14]) Can. Apost. 44; Conc. I Can. 17; Conc. VI can. 10; Conc. Laodic. can. 5; Conc. Carthag. can. 5; S. Basil. can. 14. — [15]) Can. Apost. 80. — [16]) Gen. II, 24. —

Ci Domnulu nostru Isusu Christosu, Legiuitoriulu celu mare alu lumei, readuse casatori'a la starea ei primitiva, combatandu retacirile invechite a le poporeloru, relative la santîtatea si firmitatea legaturei conjugali. Dreptu acea dîse catra Farisei *„Au nu ati cetitu, cà celu ce a facutu pre omu din inceputu, barbatu si muiere i-a facutu pre ei, si a dîsu: pentru aceast'a va lasá omulu pre tatalu seu si pre mama s'a, si se va lipí de muerea s'a, si voru fi amendoi unu trupu. Dreptu acea mai multu nu suntu doi, ci unu trupu, deci ce Domnedieu a impreunatu, omulu se nu desparta“* [1]).

Inse pentru-cá se faca casatori'a mai santa in Legea noua si se pregatésca ajutorie spre implinirea obligatiuniloru ei, Mantuitoriulu nostru s'a induratu a redicá casatori'a la demnitatea de Sacramentu, asia câtu ace'a se representeze unirea inseparabile alui Christosu cu Baseric'a, si se si insemne si produca santîrea contrahentiloru. Deunde s. Apostolu dice: *„Misteriulu acest'a mare este, ér' eu dîcu de Christosu si de baserica“* [2]).

Dreptu ace'a casatori'a botezatiloru este in adeveru si proprie unulu dein Sacramintele Legei noue, in care barbatului si muierei, ce se casatorescu dupa lege, li se dà grati'a sanctificanta deimpreuna cu ajutorie, cá se-si pota cresce pruncii in fric'a Domnului, si cá se-si pota implini crestinesce si celelalte oficie impreunate cu statulu conjugale.

Caus'a eficiente a casatoriei este invoirea de presente, libera si imprumutata a conjugiloru si espresa in modu legiuitu.

Casatori'a crestiniloru rata si consumata din institutiunea Domnului Christosu nu se pote desparti nice pentru adulteriu, nice pentru alta causa.

Fiindu incredintiata basericei administrarea s. sacraminte, urméza, cà dens'a are dreptu a statorí si conditiunile, sub cari personele casatorinde suntu capaci a primí sacramentulu casatoriei.

Atari conditiuni seau se referescu la validitatea casatoriei, séu numai la liceitatea acelei'a. In casulu primu constituescu pedecile derimatorie de casatoria, in alu doile pedecile impedecatorie.

I. Pentru acea s. Sinodu amesuratu SS. Canone si disciplinei nostre basericesci dechiara, cà pedecile derimatorie,

[1]) Matth. XIX, 4, 5, 6. — [2]) Ephes. V, 32.



Ast Dominus Noster Iesus Christus, summus mundi Legislator, inveteratas populorum circa sanctitatem ac firmitatem foederis coniugalis aberrationes increpando, matrimonium ad pristinam eius dignitatem reduxit. Propterea Pharisaeos alloquens ait: *„Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro: quod ergo Deus coniunxit, homo non separet“* [1]).

Ut autem coniugium in Nova Lege sanctius redderet, atque ad eius obligationes adimplendas auxilia pararet, Salvator Noster matrimonium Christianorum ad Sacramenti dignitatem evehere dignatus est, ita ut illud tum inseparabilem Christi cum Ecclesia unionem repraesentaret, tum contrahentium sanctificationem significaret atque efficeret. Unde et Apostolus ait: *„Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia“* [2]).

Hinc Matrimonium baptizatorum est vere et proprie unum ex Novae Legis Sacramentis, quo viro et mulieri legitime contrahentibus sanctificans gratia confertur cum auxiliis ad prolem in timore Domini educandam, atque ad alia officia status coniugalis virtute christiana adimplenda.

Causa efficiens matrimonii est mutuus et voluntarius coniugum consensus de praesenti legitimo modo expressus.

Matrimonium Christianorum ratum et consummatum ex Christi Domini institutione neque ratione adulterii neque ulla ex causa dissolvi potest.

Cum SS. Sacramentorum administratio Ecclesiae concredita sit, sequitur eidem competere ius conditiones, sub quibus nupturientes ad matrimonii sacramentum suscipiendum idonei efficiuntur, stabiliendi.

Eiusmodi conditiones vel ad matrimonii validitatem, vel ad eiusdem liceitatem referuntur. Casu primo impedimenta matrimonium dirimentia, secundo vero impedientia constituunt.

I. Quamobrem S. Synodus ad normam SS. Canonum et disciplinae nostrae ecclesiasticae declarat, in Ecclesia nostra

adeca cari nu lasa se se inchiaie casatoria valida intre crestini, si deca totu-si se ar' face, pre ace'a o desfacu, suntu urmatoriele:

a) lips'a etatei in cei ce nu au ajunsu la pubertate;

b) nebuni'a antecedania, seau ori-ce alta scadere sufletésca, care face pre unulu ori pre altulu contrahente neaptu de a-si dá invoirea la casatoria, precum se recere;

c) gresial'a in person'a sociului de casatoria din lips'a consensului;

d) sil'a grea si pre nedreptulu facuta asupr'a cutarei persone, cu scopu de a-i storce consensulu la casatoria;

e) rapirea muierei, cu scopu de a se casatorí cu dens'a, pana nu se va repune ace'a in statulu libertatei [1];

f) nepotinti'a de a prestá debitulu conjugale, deca ace'a va fi antecedanea si necurabila;

g) legatur'a conjugala, in tempulu, catu sustà ace'a [2];

h) votulu solemnu depusu prin primirea ordului monasticu [3];

i) disparitatea cultului intre botezatu si nebotezatu;

k) precurvi'a cu promisiunea casatoriei strica casatori'a intre personele, ce au precurvitu;

Uciderea de sociu cu intentiune de a se casatorí cu person'a conspiratoria.

l) Rudenia *α*) de sange derima casatori'a pana la gradulu alu sieptelea inclusive.

*β*) Rudeni'a spirituala din botezu forméza piedeca derimatoria in lini'a drépta, intre botezatoriu, botezatu, si intre parintii botezatului, intre nanasi si finii botezati (gradulu antaiu), intre nanasi si intre parintii ori fii finiloru, precum si intre copii nanasiloru si intre fini (gradulu alu doilea), intre pruncii nanasiloru si intre pruncii finiloru (gradulu alu treilea) [4].

*γ*) Rudeni'a legala seau din adoptiune provenitoria, derima casateri'a in linia drépta pana la gradulu alu patrulea inclusive, in linia afinitatei intre adoptante si muierea adop-

[1] S. Basil. can. 22; Conc. Antioch. can. 11. — [2] I Cor. VII, 39; S. Basil. can. 77. — [3]) Conc. VI can. 44; S. Basil. can. 6, 60. — [4]) Conc.



impedimenta matrimonium dirimentia, quae nempe matrimonia valida inter christianos iniri haud permittunt, et si tamen inita fuerint, eadem retractant, sequentia esse:

a) defectus aetatis in illis, qui ad pubertatem nondum pervenerunt;

b) amentia antecedens sive quivis animi defectus, qui alterutrum contrahentium ad consensum prouti requiritur praestandum ineptum reddit;

c) error in personam coniugis redundans, e defectu consensus;

d) vis ac metus gravis, iniuste et fine consensum in matrimonium extorquendi, alicui externe illatus;

e) raptus mulieris fine illam in matrimonium ducendi durans donec libertati restitueretur [1];

f) impotentia debitum coniugale praestandi, antecedens et incurabilis;

g) ligamen coniugale, usque dum perdurat [2];

h) votum solemne, professione monastica emissum [3];

i) cultus disparitas inter baptizatum et non baptizatum;

k) adulterium cum promissione matrimonii dirimit matrimonium inter personas adulterii reas;

Coniugicidium cum intentione matrimonium cum complice ineundi.

l) Cognatio *α*) naturalis dirimit matrimonium usque ad gradum septimum inclusive.

*β*) Cognatio spiritualis e baptismo proveniens impedimentum dirimens constituit in linea recta, inter baptizantem, baptizatum baptizatique parentes, inter patrinos et filios spirituales (gradus primus): inter patrinos atque parentes aut filios susceptorum, nec non inter patrinorum filios ac susceptos (gradus secundus): inter patrinorum filios ac susceptorum filios (gradus tertius) [4].

*γ*) Cognatio legalis ex adoptione nimirum proveniens dirimit matrimonium in linea recta usque ad quartum gradum inclusive: in linea per modum affinitatis inter adoptantem et

VI can. 53. —

tatului, si intre adoptatu si muierea adoptantelui, si in lini'a collaterala in gradulu primu.

m) Cuscri'a $\alpha$) de rôndulu antaniu derima casatori'a pana la gradulu alu sieptelea inclusive, adeca intre barbatu si intre consangenii femeiei, si viceversa intre muiere si intre consangenii barbatului [1]).

$\beta$) Cuscri'a de rôndulu alu doilea, unde este in usu si nu se póte delaturá, adecà intre consangenii barbatului si consangenii muierei derima casatori'a pana la gradulu alu sieptele, inse astufeliu, catu neintrevenindu amestecarea numiriloru, se iarta atatu in gradulu alu sieptelea câtu si in alu siesalea [2]).

$\gamma$) Cuscri'a din copul'a neiertata strica casatori'a pana in gradulu alu patrule inclusive.

n) Afinitatea dein sponsalie solemne, unde sar' celebrá, derima casatori'a pana la gradulu alu sieptele inclusive, asemenea si din casatori'a valida inse neconsumata.

II. Baseric'a cá de un'a parte se previna încheiarea casatoriiloru nelegiuite, si se arete credintiosiloru insemnatatea cea mare a legaturei conjugali, de alta parte avendu in vedere si binele societatei civile, pretinde dela credintiosii sei observarea inca si a altoru formalitati, cari vinu sub numirea de pedeci impedecatorie de casatoria, pentru-cà impedeca incheiarea casatoriiloru fora observarea acelor'a, inse totusi deca acelea se facu fora observarea denseloru, casatoriile remanu valide, si cá atari nu se potu desface.

Atari formalitati suntu:

1. Cá se nu subsiste sponsalie cu alta persona.

2. Cá casatorindii se fie inzestrati cu cunoscinti'a adeveruriloru religiose necessarie atatu pentru mantuirea sufletului, câtu si pentru crescerea crestinésca a prunciloru.

3. Se se premita casatoriei cele 3 vestiri in trei Domineci seau serbatori successive in baseric'a parochiale sub S. Liturgia.

4. Se nu se faca cununi'a in tempulu opritu seau sacratu.

5. Se nu fia depusu votulu simplu alu castitatei.

Se aiba cu diligintia grige parochii, cá mirii se fie pro-

[1]) S. Basil. can. 23, 78, 86; Conc. Neocaes. can. 2. —



uxorem adoptati et inter adoptatum et uxorem adoptantis: in linea antem collaterali usque ad primum.

m) Affinitas $\alpha$) classis primae dirimit matrimonium usque ad septimum gradum inclusive, scilicet inter virum et consanguineos mulieris et vice versa inter uxorem et consanguineos viri [1]).

$\beta$) Affinitas classis secundae, ubi viget, neque auferri potest, scilicet inter consanguineos viri et consanguineos mulieris dirimit matrimonium usque ad gradum septimum, ita tamen, ut confusione nominum haud interveniente tum in septimo tum in sexto gradu impedimentum dirimens minime constituat [2])

$\gamma$) Affinitas ex copula illicita dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusive.

n) Affinitas ex sponsalibus solemnibus, ubi haec obtinerent, qua impedimentum iustitiae publicae honestatis, dirimit matrimonium usque ad septimum gradum inclusive, quemadmodum et affinitatis ex matrimonio ràto ast nondum consummato.

II. Ecclesia ut ex una parte matrimoniis illegitimis obviaret, atque ut fidelibus suis foedus coniugale quanti momenti sit ostenderet, alia vero ex parte bonum quoque societatis civilis prae oculis habens: exigit a fidelibus suis etiam aliarum formalitatum observationem, quae nomine impedimentorum matrimonium impedientium veniunt, namque matrimonia illis neglectis impediuntur, contracta tamen valida sunt neque dissolvi possunt.

Talia requisita sunt:

1. Ut sponsalia cum alia persona non subsistant.

2. Ut nupturientes cognitione veritatum religionis tam saluti animae, quam christianae prolium educationi necessariarum imbuti sint.

3. Ut trina promulgatio tribus successivis diebus Dominicis aut festivis in ecclesia parochiali inter missarum solemnia matrimonio praemittatur.

4. Ut nuptiae tempore vetito sive sacrato haud celebrentur.

5. Ut voto simplici castitatis obstricti non sint.

Curent autem diligenter Parochi ut nupturientes sequen-

[2]) S. Basil. can. 87. —

vediuti cu urmatoriele documinte, si anume: a) cartea de botezu precum si atestatu despre statulu liberu a partîloru de suntu din comune diferite, b) contractulu de bun'a invoire a partîloru contrahenti unde acést'a se ofteadia, precum si invoirea parintiloru, ori a tutoriloru la ace'a casatoria, c) estrasu matricularu despre mortea conjugelui in casu de veduvia, ori deliberatulu forului matrimonialu competinte, candu se ar' fi dechiaratu nulitatea casatoriei de mai inainte a ver-unei parti, d) atestatu despre plinirea anului de jale pentru veduve, séu documentu de dispensatiune, e) dispensatiune dela impedimentulu canonicu procurata dela autoritatea basericésca, deca subsista in adeveru unu impedimentu canonicu.

Se aiba afora de ace'a de grige, cá spre incungiurarea neplaceriloru si spre binele prunciloru, mirii se fia liberi de impedimente civili in câtu atinge efectele civili ale casatoriei, seau celu pucinu se arete documentulu concesiunei capetate dela autoritatea civila.

## CAPU IX.

### Despre casatoriile mestecate.

Baseric'a reprobéza casatoriile mestecate [1]), adeca casatoriile ce se facu intre persone catholice si necatholice, si desfatuesce pre fii sei dela incheiarea acelor'a din cause forte momentose, deora-ce nu se pote sperá fericire intre cei ce diferescu in lucrulu celu mai santu, adeca in religiune [2]) má si partea catholica se espune periculului de a deveni indiferenta catra religiunea sa, ori chiaru a scadé dela ace'a, má nu este asecurata nice crescerea religiosa domestica a prunciloru.

Dreptu ace'a parochii se indatoréza a staruí cu totu zelulu spre impiedecarea casatoriiloru mestecate, instruindu pre poporu despre relele urmari a acelor'a, éra in casulu cându pre langa tote staruintiele nu li aru succede a impedecá atari casatorii, se pretinda dela partîle contrahenti, pentru cari se poftesce dispensatiune, promisiunea si implinirea conditiuniloru prescrise de baserica, mai cu séma despre crescerea toturoru copiiloru atatu de sexulu barbatescu catu si femeescu in reli-

[1]) Conc. Laodic. can. 10, 31; Carthag. 21. — [2]) S. Ambros. »Quo-



tibus documentis instructi sint, nempe a) litteris baptismalibus contrahentium et attestato de libero statu eorum, si e diversis parochiis sint, b) documento de contrahentium praestito consensu, ubi illud posceretur, quemadmodum et de consensu parentum vel tutorum, c) extractu matriculari de conjugis morte in casu viduitatis, aut deliberato competentis fori matrimonialis casu, quo nullitas prioris matrimonii alterutrius partis contrahentis pronunciata fuerit, d) attestato de peracto luctus anno viduabus praescripto, sive documento de dispensatione ab eodem obtenta, e) dispensatione impedimenti canonici ab auctoritate ecclesiastica, si impedimentum canonicum revera subversetur.

Curent insuper ut ad evitandas molestias et ob prolis bonum iidem nupturientes ab impedimentis civilibus quoad civiles matrimonii effectus, quantum fieri potest, immunes sint, sin minus documentum exhibeant facultatis ab auctoritate civili obtentae.

## CAPUT IX.

### De Matrimoniis Mixtis.

Ecclesia improbat matrimonia mixta [1]), quare nempe inter catholicos et acatholicos contrahuntur, atque gravissimis rationibus ducta filios suos a talibus matrimoniis ineundis dehortatur, namque felicitas nulla dari potest inter illos, qui in re sanctissima, qualis est religio, ab invicem discrepant [2]). Imo pars catholica semet periculo exponit religionem suam parvi pendendi, aut plane ab eadem deficiendi, quin imo nec prolium religiosa educatio domestica in tuto collocata est.

Quamobrem Parochis iniungitur, matrimoniis mixtis impediendis strenuam operam navare, populum perniciosas eorumdem sequelas docendo. Casu vero quo omni conatu adhibito talia matrimonia praecaveri haud possent, a partibus contrahentibus, pro quibus dispensatio requiritur, conditionum ab Ecclesia praescriptarum praesertim de universae prolis tam masculinae quam femininae educatione in religione catholica promissionem et adimplementum exigant. Quum autem contrahentes hisce

modo potest congruere caritas, ubi discrepat fides«? lib. II cap. 9 de Abrah

giunea catolica. In casu candu partile nu se-aru induplecá a pliní acestea conditiuni, se urmedie procedur'a pretinsa de baserica [1]).

Cu privire la cele trei vestiri, aceste se potu face, numai se se retaca amintirea confesiunei pàrtiloru contrahente.

Carte seau atestatu inca se pote dá despre implinitele trei vestiri, in care inse nemica alt'a se nu se amintésca, numai cà cele trei vestiri s'au implinitu, si cà nu esiste alta pedeca (nefiindu alt'a) fàra numai pedec'a disparitatei confesiunei (cultului).

# TITULULU VI.

## DESPRE CULTULU DIVINU

### CAPU I.

**Despre Necessitatea Cultului Divinu.**

Omulu fiindu creatu si sustienutu de Domnedieu, dela densulu primesce tote binefacerile atâtu cele trupesci câtu si cele spirituali, precumu ne invetia S. Apostolu Iacobu: *„Tota darea cea buna, si totu darulu deplinu de susu este scoborindu-se dela Parintele luminiloru“* [2]).

Pentru ace'a si S. Paulu ne face atenti, se recunoscemu binefacerile lui Domnedieu, candu dîce: *„Ce ai ce nu ai capetatu? éra deca ai si capetatu, ce te fàlesci, cá si cum nu ai fi capetatu“* [3]).

Recunoscerea aceast'a numai atunci va respunde in câtu-va marimei indurariloru domnedieesci, deca omulu intregu cu tote poterile sale va conlucrá spre a dá marire lui Domnedieu, carele prin gur'a profetului ni dîce: *„Eu suntu Domnulu Domnedieu, acesta -mi este numele, marirea mea altuia nu o voiu dá“* [4]).

Deci de ora-ce omulu constà din sufletu rationalu si din trupu impreunate intru un'a minunata legatura harmonica, acel'a datoriu este a dá multiumita lui Domnedieu, si a marturisí atêrnarea sa dela densulu, nu numai cu afectulu internu

[1]) Conc. IV can. 14; Instruct. 28 Iunii 1858 S. C. de Propag. Fide. —



conditionibus satisfacere recusarent, procedant cum illis ad normam praescriptorum Ecclesiae [1]).

Quod trinam promulgationem attinet, haec institui potest, confessione tamen cantrahentium silentio praeterita.

De tribus promulgationibus peractis exhiberi potest libellus quoque sive attestatum, in quo nihil aliud commemoretur, nisi quod trina promulgatio facta fuerit, ac praeter impedimentum disparitatis, confessionis, nullum aliud impedimentum canonicum subversetur: (si revera tale non subversaretur).

# TITULUS VI.

## DE CULTU DIVINO

### CAPUT I.

**De Necessitate Cultus Divini.**

Homo a Deo creatus et conservatus omnia beneficia tam spiritualia quam corporalia ipsi in acceptis refert, prout nos S. Jacobus Apostolus docet: *„Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum“* [2]).

Idcirco S. quoque Apostolus Paulus attentos nos facit, ut Dei beneficia agnoscamus, cum dicit: *„Quid autem habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis“* [3])?

Haec agnitio tunc solummodo misericordiarum divinarum magnitudini aliquantulum responderet, si totus homo cunctis suis viribus adlaboraverit, ad dandam gloriam Deo, qui per Prophetae os sic nos alloquitur: *„Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo“* [4]).

Propterea quum homo ex anima rationali ac corpore admirabili quodam nexu harmonico coniunctis constet, gratias Deo referre atque suam ab eodem dependentiam profiteri tenetur non solum interno animi affectu, verum etiam signis externis,

[2]) Iac. I, 17. — [3]) I. Cor. IV, 7. — [4]) Is. XLII, 8. —

alu animei, ci si prin semne din afara, amesuratu naturei sale, care nu e singuru rationala, ci totu odata si sensuala.

La aceast'a ne indemna si esemplulu Domnului nostru Isusu Christosu, carele inca petrecûndu intre omeni, a' onoratu pre Parintele seu cerescu, si 'lu a' preamaritu pre acel'a in vederea toturoru.

Nice potemu pierde din vedere, cà fiindu noi cu totii membrii unuia si aceluiasi corpu misticu, suntemu obligati imprumutatu a ne edificá prin cultulu esternu.

In urma chiaru folosulu celu mare spiritualu a-lu fiecarui crestinu poftesce deprinderea cultului esternu, de ora-ce acest'a stîrnesce si nutresce flacar'a pietatei crestinesci [1]).

## CAPU II.

### Despre promovarea cultului divinu publicu, si santîrea serbatoriloru.

Cultulu esternu domnedieescu defiptu si prescrisu de autoritatea publica baséricésca se numesce: *Cultu Publicu;* éra decumva acel'a provine din indemnulu de pietate alu credintiosiloru singuratici, si sierbesce numai spre nutrirea devotiunei a acelor'a, se dîce: *Cultu Privatu.*

Asiediarea cultului publicu, este dreptulu esclusivu alu autoritatei basericesci, careia concrediendu-i-se dela Domnulu depositulu credintiei revelate, precumu si alu adevereriloru morali, totu de un'a-data i-se a datu si poterea de a prescrie modalitatea marturisirei publice [2]) a acelei credintie, si a impune preceptele spre inducerea credintiosiloru la urmarirea adevereriloru moralului evangelicu, dîcundu catra Apostolii sei: *„Mergeti in tota lumea, vestiti Evangeli'a la tota faptur'a"* [3]); *„invetiandu-i se pazésca tote, câte am demandatu voue"* [4]).

Centrulu cultului publicu este in sant'a Liturgia adeveratulu, propriulu si uniculu Sacrificiu alu Legei Noue, in care sub speciele pânei si a vinului insusi Christosu in modu tainicu, se imoléza si se aduce cá victima Parintelui cerescu, in semnu de recunoscerea dominiului seu supremu preste tota faptur'a.

[1]) S. August. ep. 102 tom. II, pag. 279. »Nobis enim prodest colere Deum, non ipsi Deo. Cum ergo inspirat et docet quomodo colendus sit,



naturae suae conformiter, quae non modo rationalis sed una sensitiva quoque est.

Ad id nos impellit Domini Nostri Iesu Christi quoque exemplum, qui adhuc in terris versatus Patrem suum coelestem in conspectu omnium honoravit eumque glorificavit.

Neque praetermittere possumus, nos qua unius eiusdemque corporis mystici membra, ad nosmetipsos cultu externo ad invicem aedificandos teneri.

Denique bonum quoque spirituale cuiuslibet christiani cultus externi exercitium exigit; is namque pietatis christianae flammam excitat augetque [1]).

## CAPUT II.

### De Cultu Divino Publico promovendo et de Sanctificatione Dierum Festorum.

Cultus divinus externus a publica auctoritate Ecclesiastica determinatus ac praescriptus *Cultus Publicus* audit; si vero e singulorum fidelium pietatis impulsu originem haberet, atque devotioni solummodo eorundem augendae inserviret, *Privatus* dicitur.

Cultus publici institutio est ius exclusivum ecclesiasticae auctoritatis, cui a Domino fidei revelatae nec non veritatum moralium deposito concredito, una potestas quoque collata est, modum professionis publicae [2]) eiusdemque fidei determinandi, atque praecepta, quibus fideles ad veritates morales evangelicas sequendas inducantur, imponendi, dicente Domino Apostolis suis: *„Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae"* [3]) *„docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis"* [4]).

Centrum cultus publici est in S. Liturgia verum ac proprium illudque unicum Novae Legis Sacrificium, in quo sub speciebus panis et vini Christus ipse mystice immolatur, atque Patri coelesti tamquam victima offertur in recognitionem supremi sui dominii in omnem creaturam. Quoniam igitur idem ille

non solum sua nulla indigentia facit, sed nostra maxima utilitate«. — [2]) Syn. Carthag. can. 114; Syn. Loadic. can. 15, 19. — [3]) Marc. XVI, 15. — [4]) Matth. XXVIII, 20. —

Fiindu-cà asia dara acelasi Christosu, care s'a oferitu pre sine in modu cruntatu pre altariulu crucei, in Sant'a Liturgia se sacrifica in modu necruntatu, de ace'a prin aplicarea satisfactiunei si a meriteloru consumate odata pre cruce, sacrificiulu acest'a perenalu nu este numai sacrificiu de lauda si de multiumita, ci si sacrificiu propitiatoriu pentru cei vii si pentru cei morti, care dupa traditiunea Apostoliloru trebuie se se oferésca pentru pecate, pedepse, faceri destulu si pentru alte lipse.

Modulu cum trebue se se faca servitiulu liturgicu, se cuprinde in Liturgieriu, dupa care in baseric'a nostra se destingu 3 Liturgii, anume: Liturgi'a S. Ioanu-gura-de-auru, care se face preste totu anulu afora de tempurile, pentru cari suntu prescrise cele alalte Liturgii; Liturgi'a S. Basiliu, care se face in ajunulu Nascerei Domnului si alu Botezului, deca nu cade acel'a Dominec'a ori Sambat'a (càci atunci in ajunu se tiene a S. Ioanu éra in dîu'a de serbatorie se pune a S. Basiliu), la prim'a Ianuariu fiindu serbatorea S. Vasiliu, in cinci Dominecì ale marelui postu, in Joi'a mare, mai in colo in Sambat'a mare, precum si in Vinerea mare, de nu cumv'a Bun'avestire cade in dîu'a ace'a, càci atunci se tiene Liturgi'a Santului Ioanu Chrisostomu. Liturgi'a S. Gregoriu asia numita a Presanctificateloru, carea se face in tote Miercurile si Vinerile marelui postu, precum si Lunea, Marti'a si Mercurea din Septeman'a cea mare [1]).

De cultulu publicu domnedieescu se tienu si rogatiunile si cantàrile cari se indatinézà a se face seau inainte de S. Liturgia, seau dupa ace'a. Cá premergutorie santei Liturgii suntu: Inseratulu, Dupacinariulu, Miediunopteriulu, Manecatulu cu canonele lui, Laudele si or'a prima. Êra cá urmatorie potu fí cele alalte Ore Canonice, si Intipuitorele.

Aceste tote se cuprindu parte in Orologieriu, Psaltire si Catavasiariu, parte in cele alalte càrti chorali, cari cu privire la Dominecile anului suntu: *Octoichulu,* cu privire la laudele santiloru: *Minologionulu,* cu privire la Paresime: *Triodulu,* cu privire la septeman'a mare: *Vighiierìulu* (Strasnicu), si cu privire la tempulu dintre Pasci si Rosalii: *Pentecostariulu.*

[1]) Triod.; Syn. VI can. 42; S. Niceph. loc. cit. cap. 4. —



Christus, qui in ara Crucis cruente se obtulit, in sacra Liturgia incruente sacrificatur, idcirco per aplicationem satisfactionis et meritorum in Cruce semel consummatorum hoc perenne sacrificium non modo laudis est et gratiarum actionis, sed etiam propitiatorium pro vivis et defunctis, quod pro peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus iuxta Apostolorum traditionem debet offerri.

Modus s. Liturgiam celebrandi in Liturgico continetur, ad cuius normam in Ecclesia nostra tres Liturgiae distinguuntur, nempe S. Ioannis Chrysostomi Liturgia, quae per totum annum, exceptis diebus, pro quibus reliquae Liturgiae praescriptae sunt, peragitur. S. Basilii Magni Liturgia, quae Vigiliis Nativitatis Domini et Epiphaniae adhibetur, nisi Vigiliae in diem Domini aut Sabbati inciderint (tunc namque in Vigiliis S. Ioannis Chrysostomi, die autem festo S. Basilii Magni Liturgia celebratur): insuper 1. Ianuarii qua die S. Basilio sacro, quinque Dominicis Quadragesimae, die Coenae Domini, porro die magno Sabbati, quemadmodum et die magno Veneris in parasceve, nisi festum Annunciationis in hunc diem inciderit, illo enim casu Liturgia S. Ioannis Chrysostomi peragitur; demum S. Gregorii Liturgia praesanctificatorum dicta, quae sola omnibus Mercurii et Veneris diebus Quadragesimae, item diebus Lunae, Martis ac Mercurii in Hebdomada maiori adhiberi solet [1]).

Ad cultum divinum publicum spectant preces quoque ac hymni, qui vel ante S. Liturgiam vel post eandem fieri solent. S. Liturgiae praemittuntur Vesperae, Completorium (Apodipnon), Officium Mediae Noctis, Matutinum cum eiusdem Canonibus Laudes cum hora prima. Quae vero S. Liturgiam consequi solent, sunt reliquae Horae Canonicae, et Typica.

Haec omnia partim in Horologio, Psalterio et Catabaseon, partim vero in reliquis libris choralibus continentur, qui sunt: relate ad Dominicas totius anni *Octoechion,* relate ad laudes Sanctorum *Menologion,* relate ad tempus Quadragesimae *Triodion,* relate ad Hebdomadam maiorem officium Hebdomadae Passionis, demum relate ad tempus a Paschate usque ad Pentecosten *Pentecostarion.*

In sfer'a cultului publicu cadu si feliuritele binecuventari si santîri ocasionali, precum binecuventarea apei la botezulu Domnului si la santirea caseloru, processiunile la binecuventarea apei in S. serbatore a Botezului, si la binecuventarea tiarineloru, processiunile in S. si marea Sambata demanéti'a, si la S. Inviere a Domnului, cari tote parte se cuprindu in Euchologiu, parte in cele alalte càrti mai susu amintite. Tote actele aceste ale cultului divinu fiindu asiediate de auctoritatea basericésca, sinodulu pretinde dela toti preotii, cá aceia, castigandu-si cunoscintiele de lipsa despre prescrisele tipicului, cu scumpetate se le observéze, nice se cutéze a-le stramutá, ori a-le lasá dupa placu.

Synodulu demanda intregu clerului si poporului credintiosu, cá se se abstiena in cele Sante dela ori ce comuniune cu acatolicii amesuratu Santeloru Canone.

Ce se tiene de santirea serbatoriloru, Domnedieu inca in legea vechia intre cele 10 precepte demandà poporului: *„Aduti a minte de dîu'a Sâmbetei, se-o santiesci pre ea"* [1]), adaugundu si sanctiunea infricosiata: *„paziti Sambat'a, cà sânta este aceast'a Domnului si voue, celu ce o va spurcá pre aceast'a, cu morte se va omorí, totu celu ce va face in dens'a lucru, va perí sufletulu aceluia dintru poporulu seu"* [2]).

Dreptu ace'a Sinodulu basatu pre SS. Canone, precum de un'a parte reprobéza datin'a latîta in unele tienuturi, de a-si face loru-si serbatori neprescrise de baserica, cum suntu joile de dupa Pasci [3]); asia de alta parte dojenesce in Domnulu pre toti credintiosii, cá in tote Dominecile si serbatorile legate se asculte S. Liturgia [4]), precum trebue, si cá acei'a se se atraga la S. Baserica, preotii se indatorescu a-li esplicá la intielegere spiritulu si insemnatatea partîloru liturgice si a altoru functiuni sacre.

Mai incolo Sinodulu admoniéza pre credintiosi, se se retiena de a profaná dominecile si serbatorile cele legate, cu lucruri servile si strepitóse de campu, ori de maiestria, ori cu alergarea pre la tîrguri, seau cu alte petreceri necuviose [5]).

Observandu Sinodulu cu dorere, cà pre alocurea nu numai

[1]) Exod. XX, 8. — [2]) Exod. XXXI, 14. — [3]) Conc. Laodic. can.



Ad cultum publicum spectant variae quoquae benedictiones et consecrationes occasionales, nempe benedictio aquae in Epiphania Domini, et quoties domus lustrantur, processiones ad aquae benedictionem die Epiphaniae, nec non ad benedictionem segetum, item processiones s. ac magno die Sabbati diluculo, atque die Resurrectionis Domini; quae omnia partim in Euchologio, partim in reliquis superius commemoratis libris continentur. Quum omnes hi cultus divini actus ab auctoritate ecclesiastica ordinati sint, Synodus ab omnibus Sacerdotibus postulat, ut iidem Typici prescriptorum necessariam scientiam sibi comparantes, eadem omni religione sequantur, neque pro beneplacito immutare aut omittere audeant.

Insuper Synodus universo Clero et fideli populo iniungit, ut ab omni in sacris cum acatholicis communione se se ad normam SS. Canonum abstineant.

Quod festorum sanctificationem attinet, Deus iam in Veteri Foedere inter decalogi praecepta populo mandavit: *„Memento ut diem Sabbati sanctifices"* [1]), trenendam quoque sanctionem apponens: *„Custodite Sabbatum meum, sanctum est enim vobis, qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui"* [2]).

Quamobrem Synodus SS. Canonibus innixa quemadmodum una ex parte improbat consuetudinem, quae in nonnullis locis inolevit, dies festos ab Ecclesia haud praeceptos agendi, prouti sunt feriae quintae post Pascha [3]); ita ex alia parte omnes fideles in Domino obsecrat, ut omnibus diebus Dominicis ac festivis de praecepto S. Liturgiae, prouti debent, intersint [4]), atque ut ii ad S. Ecclesiam alliciantur, sacerdotibus iniungitur, spiritum ac momentum partium S. Liturgiae aliarumque sacrarum functionum ad populi captum explanare.

Porro Synodus monet fideles, ut dies dominicos ac festa de praecepto operibus servilibus ac strepitosis agriculturae vel opificii, aut confluxu ad nundinas, sive aliis inhonestis oblectamentis profanare abstineant [5]).

Quum Synodus maximo dolore adverterit, quod nonnullis in

29; S. Niceph. can. 4. — [4]) Syn. Gaugr. can. 5, 20; Conc. Sardic. can. 11; Conc. VI, can. 80. — [5]) Conc. Laodic. can. 29.

nu se santiescu serbatorile dupa prescrisele Basericei, ci tocmai in dîlele acelea multi crestini se dau spre betîa, spre jocuri [1]), si desfatàri rusînose, este silitu a dechiará cu S. Ioanu Chrisostomu, cà aceast'a nu insemnéza a onorá serbatorea lui Domnedieu ci a o intiná [2]), pentru ace'a se se ferésca credintiosii, cá nu cumvá potendu-se dîce despre ei cuvintele Domnului: *„Urîtam, lapedatam serbatorile vostre, si nu voiu mirosí intre adunarile vostre“* [3]), se traga asupra-si mani'a si blastemulu lui Domnedieu, dupa cum amenintia insusi la Profetulu Isaia Capu LX, v. 12: *„Cà poporele si imperatii, cari nu voru sierbí tíe, voru perí, si gintile cu pustiire se voru pustií“*.

## CAPU III.

### Despre promovarea cultului divinu domesticu seau pietatea domestica.

Cultulu divinu privatu, provenitoriu din semtiulu de pietate alu credintiosiloru, se promovéza in modu deosebitu prin infientiarea Oratoriiloru aflatorie in launtrulu caseloru private [4]). In Oratoriile aceste, pre cari le va fí visitatu si binecuventatu Episcopulu, se pote celebrá si S. Liturgia pentru caseni [5]) inse cu aprobarea Episcopului, carele nu asia usioru si nice fora de causa grea nu dà concesiune decâtu cu ace'a conditiune, cá in serbatorile cele mari se nu se faca in densele S. Liturgia, ci casenii se fie datori a merge la baseric'a parochiala atâtu spre ascultarea cuventului lui Domnedieu [6]), câtu si spre primirea SS. Sacramente [7]), si spre edificarea poporeniloru celoru alalti.

Dupa-ce numai forte pucini credintiosi suntu in stare a intemeiá astufeliu de oratorii private, pentru sustienerea pietatei crestine preotii se indatorescu a staruí cu totu adinsulu, cá locuinti'a fia-carui crestinu se fia cá si un'a casa de rogatiune, delaturandu din ea ori ce icone spurcate [8]), si substituindu in loculu acelor'a icone biblice, ori de a le santiloru. Pentru ace'a Preotii se invetie pre poporenii sei, cá aceia tote lucrurile loru mai insemnate se le incépa prin chiamarea ajutoriului divinu, si se le indrepteze spre marirea lui Domnedieu, dupa

[1]) Conc. Carthag. can. 60. — [2]) S. Chrysost. serm. 8 de Resurrect.:



locis festa ab Ecclesia praescripta non solum non sanctificantur, verum plures Christianorum vel in illis diebus ebrietati, ludis [1]) ac delectationibus pudendis indulgent: cum S. Ioanne Chrysostomo declarare cogitur, quod hoc non significet festivitatem Dei colere, sed inquinare [2]). Idcirco caveant fideles, ne forte cum ad illos directa dici possent Domini verba: *„Odi et proieci festivitates vestras et non capiam odorem coetuum vestrorum* [3]): Dei iram et maledictionem in se provocent, prout ipse per Prophetam Isaiam Cap. LX, v. 12 minitatur: *„Gens enim et regnum, quod non servierit tibi, peribit, et gentes solitudine vastabuntur“*.

## CAPUT III.

### De Cultu Divino Domestico sive Pietate domestica promovenda.

Cultus divinus privatus e fidelium pietatis sensu ortus speciali modo erectione Oratoriorum, quae intra domos privatas sunt [4]), promovetur. In his autem oratoriis, quae Episcopus visitaverit et benedixerit, S. quoque Liturgia pro domesticis [5]) celebrari potest approbante eodem Episcopo, qui hanc facultatem non ita facile nec sine magna causa nunquam nisi ea sub conditione concedat, ut in praecipuis festis S. Liturgia in iisdem haud peragatur, verum domui addicti tum verbum Dei audiendi [6]) atque SS. Sacramentorum suscipiendorum [7]) fine, tum ad alios fideles aedificandos parochialem ecclesiam adire teneantur.

Quum autem fidelium paucissimi privata eiusmodi oratoria erigere valeant, Sacerdotes ad pietatem christianam alendam serio satagere studeant, ut Christianorum domus sint totidem orationis domus, imaginibus obscoenis [8]) ab iisdem remotis, atque biblicis vel sanctorum imaginibus in earumdem locum suffectis. Propterea Sacerdotes erudiant fideles, ut iidem omnes suos maioris momenti actus divino implorato auxilio adgrediantur, atque ad Dei gloriam dirigant, S. Paulo docente: *„Sive*

»Non est hoc festivitatem Dei colere, sed inquinare«. — [3]) Amos V, 21. — [4]) Conc. VI, can. 31. — [5]) Conc. VI can. 31, 59. — [6]) Can. Apost. 58. — [7]) Conc. VI can. 59. — [8]) Conc. VI, can. 100. —

dîs'a S. Apostolu Paulu: *„Ori de mancati, ori de beti, ori altu ceva de faceti, tote spre marirea lui Domnedieu se le faceti*[1]), precum si se le finésca cu tota diliginti'a si laboriositatea *„rescumperandu tempulu, cà dîlele rele suntu“* [2]).

Mai incolo preotii se porte grige, cá parintii de familia impreuna cu casenii loru se dîca rogatiunile demaneti'a [3]) si ser'a inainte de a merge la culcatu, dupa cum dîce Psalmistulu: *„Sér'a si demanéti'a si la amédiadî spunevoiu si voiu vestí si vá audî versulu meu“* [4]), asemenea si de câte ori -si restauréza cu mancare si beutura poterile trupesci, precum faceau crestinii cei de antaniu, despre cari dîce Tertulianu *„Non prius discumbitur quam oratio ad Deum praegustetur, editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est utile, ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum sibi Deum esse, . . . . . aeque oratio convivium dirimit“* [5]).

In urma parochii se indemne pre poporenii sei a invetiá de tempuriu pre pruncii loru rogatiunile si fric'a Domnului [6]), si a-i tramite regulatu la scola. Asemenea se pazesca cá sierbitorii se petreca viétia crestinésca, de ora-ce: *„Cine nu porta grigia de ai sei, si mai virtosu de cei de ai casei sale, de credintia se-a' lapedatu, si mai reu este de câtu celu necredintiosu“* [7]).

## CAPU IV.

### Despre promovarea cantului basericescu.

Inca in Testamentulu vechiu fura intrebuintiate cantarile spre a dá marire lui Domnedieu [8]), cu atâtu mai vîrtosu in legea noua cantarile sacre forméza parte insemnata din cultulu divinu.

Crestinii inca dela inceputu aveau datina de a cantá imnuri in onorea Domnului nostru Isusu Christosu [9]). De unde si Baseric'a nostra din vechime a' adoptatu la cultulu divinu multime de cantàri insuflatorie de pietate, cari prin religioso-poetic'a loru frumsétia inaltia anim'a credintiosiloru la cele ceresci.

Dreptu ace'a Baseric'a se a' ingrigitu, cá pentru gravitatea si cuveninti'a cantariloru sacre, in baserica numai persone anumite se pota cantá [10]), ci si acestia nu in continuu, ci in-

[1]) I Cor. X, 31. — [2]) Ephes. V, 16. — [3]) Ps. V, 3 »Domine mane exaudies vocem meam, mane adstabo tibi et videbo«. — [4]) Ps. LIV, 19. —



*ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud qui facitis: omnia in gloriam Dei facite“* [1]), prouti et omni diligentia ac industria terminent *„redimentes tempus, quoniam dies mali sunt“* [2]).

Porro Sacerdotes curam habeant, ut patresfamilias una cum domesticis eorum mane [3]) ac vespere antequam cubitum irent, preces recitent, iuxta Psalmistae effatum: *„Vespere et mane, et meridie narrabo et annuntiabo: et exaudiet vocem meam“* [4]), pariter quotiescumque vires corporis cibo ac potu reficerent, ad exemplum primorum Christianorum, de quibus Tertullianus ait: *„Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum praegustetur, editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est utile, ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum sibi Deum esse . . . . . aeque oratia convivium dirimit“* [5]).

Tandem Parochi patresfamilias proles suas mature preces ac timorem Domini docere [6]), easque constanter ad scholam mittere impellant. Insuper curent, ut famuli eorum vitam ducant christianam, namque: *„Si quis suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior“* [7]).

## CAPUT IV.

### De Cantu Ecclesiastico promovendo.

Jam in Veteri Foedere hymni ad gloriam Deo dandam adhibebantur [8]), tanto magis in Novo Foedere sacri hymni cultus divini peculiarem efficiunt partem.

Christiani vel ab initio in honorem Domini Nostri Iesu Christi hymnos canere consueverant [9]). Unde Ecclesia quoque nostra inde ab antiquissimis temporibus cultui divino plures hymnos pietatem spirantes consecravit, qui religioso-poëtica sua pulchritudine animos fidelium ad coelestia elevant.

Quamobrem Ecclesia gravitatis ac convenientiae Sacrorum Canticorum gratia providit, ut in Ecclesia solummodo personis ad id destinatis psallere liceat [10]), iis quoque non in continuo,

[5]) Apologet. cap. 36. — [6]) Conc. Gaugrens. can. 15. — [7]) I Tim. V, 8. — [8]) Exod. XV et Psalmi. — [9]) Plinii, ep 95 ad Traianum. — [10]) Conc. Laodic. can. 15; Conc. VII can. 14. —

trerumpendu cantarile cu cetiri si rogatiuni [1]). Mai incolo cantorii dupa prescrisulu SS. Canone cu multa luare aminte se cante, nice se intrebuintieze strigàri necuvenintiose, nice se silésca firea spre ràcnire [2]), éra instrumente musicesci nice de cum se nu bage in Baserica [3]).

Sinodulu avendu in vedere insemnetatea cea mare a cantariloru in Baseric'a nostra recomenda cu totu adinsulu, cá la institutiunea atâtu a clerului tineru, câtu si a docentiloru si a cantoriloru, deschilinita grigia se se puna spre propunerea corespundietorie a cantariloru basericesci, nice se se admita la primirea s. ordu fàra cunoscintia relativu indestulitoria; éra la oficiile de cantori si docenti fàra cunoscintia deplina a cantariloru basericesci.

Inse spre usiorarea invetiarei cantariloru sacre si spre introducerea si conservarea uniformitatei in acele, Sinodulu decide, cá potendu fí se se compuna in note musicali cele 8 versuri cu variatiunile loru, intruducunde la tote institutele de invetiamentu din aceast'a Provincia basericésca.

## CAPU V.

### Despre promovarea scientiei ritului si a tipicului basericescu.

Baseric'a ingrigita de regularitatea si maiestatea cultului divinu, introducundu si stabilindu ceremonii apte spre a sterní pietatea credintiosiloru, a dispusu, cá acele se se implinésca in ordu sistematicu; acestu ordu a nu-lu observá nu se pote fara de scaderea cultului divinu, si vatamarea autoritatei basericesci. Dreptu ace'a Sinodulu inculcandu inca un'a data studiarea diligenta si observarea esacta a prescriseloru tipicului, toturoru preotiloru si cantoriloru pusi in servitiulu divinu, pentru venitoriu decide, cá prin barbati pricepetori se se compuna unu opu sistematicu, in carele se se deduca cu precisiune modalitatea implinirei functiuniloru nu numai celoru Archieresci cuprinse in Archieraticonu, si a celoru Preotiesci cuprinse in Liturgieriu si in Euchologiu, ci si a servitiului choralu cuprinsu in cele alalte càrti basericesci.

[1]) Conc. Laodic. can. 17. — [2]) Conc. VI can. 75. —



ast hymnos lectionibus ac precibus variantibus [1]). Porro cantores in sensu SS. Canonum magna attentione psalmodias Deo offerant, ac inordinatis vociferationibus haud utantur, neque naturam ad clamorem urgeant [2]), instrumenta vero musica nullo modo in Ecclesiae usum adsciscant [3]).

Synodus magnum in Ecclesia nostra canticorum momentum prae oculis habens, de industria commendat, peculiarem in instituendo tam Clero iuniori quam ludimagistri ac cantoribus curam habere, ut cantus ecclesiastici modo fini correspondente tradantur, neque ad ordines sacros suscipiendos absque eorumdem cognitione relative sufficienti admittantur, ad officia vero cantorum ac ludimagistrorum absque cantuum ecclesiasticorum perfecta cognitione haud suscipiantur.

Ad studium autem sacrorum cantuum facilius reddendum, atque ad eorumdem uniformitatem introducendam et conservandam Synodus decernit, ut octo toni cum variantibus suis in quantum fieri potest in notas referantur musicas, in omnia huiusce Provinciae litteraria instituta introducendas.

## CAPUT V.

### De Ritus ac Typici Ecclesiastici scientia promovenda.

Ecclesia de cultus divini ordine ac maiestate sollicita caerimonias pietati fidelium excitandae accomodatas introducendo ac stabiliendo praecipit, easdem ad ordinem exigi systematicum; ut autem hic ordo non observetur, fieri haud potest absque cultus divini detrimento et auctoritatis ecclesiasticae laesione. Synodus itaque Presbyteris ac Cantoribus in servitio divino constitutis adhuc semel Typici praescriptorum diligens studium ac exactam observationem inculpando, pro futuro decernit, ut per viros rei peritos opus systematicum elucubretur, quo praecise modus peragendarum functionum deducatur, et quidem non solum Pontificalium in Archieratico contentarum, atque Sacerdotalium in Liturgico ac Euchologio comprehensarum, verum choralis quoque servitii in reliquis libris ecclesiasticis complexi.

[3]) Conc. VI can. 75 ad calcem. —

Acestu Opu ritualu esaminandu de Sinodulu Provincialu venitoriu si aprobandu de Scaunulu Apostolicu se se propuna in modu atâtu theoreticu, câtu si practicu la tote institutele theologice si pedagogice din aceast'a Provincia. Totu odata Sinodulu recomanda Ordinariateloru, cá restaurandu, unde neaperatu sar' recere, scólele cantorali pre alocurea, si mai virtosu in monastirile rurali in diecesele loru, se se ingrigésca de acurat'a si deplin'a instruire a candidatiloru de cantori in cunoscinti'a atâtu a cantariloru basericesci câtu si a tipicului.

## CAPU VI.

### Despre revederea si edarea cartiloru basericesci si de rogatiuni.

Baseric'a fiendu pusa de Domnulu nostru Isusu Christosu, cá se vigheze preste integritatea credintiei, si preste santiani'a cultului, dela inceputu se-a ingrigitu, cá numai càrti aprobate de dens'a se se intrebuintieze la cultulu divinu [1]), ori se sierbésca spre nutrirea pietatei private a credintiosiloru [2]). Dreptu ace'a Sinodulu nice decum nu pote incuveninitiá, cá in basericele acestei Provincie se se introduca, ori se se intrebuintieze alte càrti, decâtu cele aprobate de Ordinariatele greco-catholice.

Inse fiendu dejá in mare parte eshaurite editiunile cartiloru basericesci rituali si chorali esîte din tipografi'a archidiecesana, Sinodulu dechiara necessitatea de a se edá succesive, amesuratu lipsei, ce se-ar' aretá, tote cartile basericesci. Aceasi necessitate se recunosce si pentru retiparirea versiunei romane aprobate a Santei Scripture.

Spre a se poté respunde cu efectu mai indestulitoriu lipsei urgente, Sinodulu se afla indemnatu a esmite un'a comisiune permanenta de barbati de specialitate, carea avendu spre dispunere atatu testulu originalu, câtu si versiunile mai insemnate a-le Santei Scripturi, si a-le cartiloru basericesci cuprinse in editiunile mai corecte, se prelucre un'a editiune noua a aceloru carti, tiparinde cu litere latine, si in stilulu corespundietoriu statului de perfectiune, la care a ajunsu limb'a romanésca.

Cartile prin aceast'a comisiune cu aprobarea Scaunului

[1]) Conc. VI, can. 63. —



Hocce opus rituale per proximam Synodum Provincialem examinandum et ab Apostolica Sede approbandum in omnibus huiusce Provinciae Institutis Theologicis ac Paedagogicis modo tam theoretico quam practico tradatur. Insuper Synodus Ordinariatibus commendat, scholis cantoralibus per nonnulla locorum, ubi necessario requirerentur, ac potissimum in ruralibus Dioeceseon Monasteriis, restauratis sedulam curam gerere, ut ad cantorum officia Candidati perfecta atque exacta tum cantuum ecclesiasticorum quum Typici cognitione imbuantur.

## CAPUT VI.

### De Ecclesiasticis ac Precationum Libris revidendis et edendis.

Quum Ecclesia a Domino Nostro Iesu Christo ad fidei integritati ac cultus sanctitati invigilandum constituta sit, inde ab initio in curis habuit, ut ad cultum divinum [1]) solummodo libri ab ipsa admissi adhibeantur, atque fidelium pietati privatae alendae inserviant [2]). Itaque Synodus nullo modo probare potest, ut in huius Provinciae Ecclesias alii quam ab Ordinariatibus graeco-catholicis recensiti libri introducantur atque in usu sint.

Quoniam autem librorum ecclesiasticorum ritualium nec non choralium editiones typis archidioecesanis vulgatae, magna ex parte iam distractae sint, Synodus necessitatem agnoscit, omnes libros ecclesiasticos, pro indigentia occurrente, successive edendi. Eadem quoque necessitas agnoscitur quoad romanicam S. Scripturae versionem approbatam denuo typis cudendam.

Ut vero urgenti necessitati efficacius respondere valeat, Synodus virorum peritorum commissionem constituere adigitur, quae tum textum originalem, quum praecipuas Sacrae Scripturae necnon librorum ecclesiasticorum versiones in emendatioribus editionibus contentas prae manibus habens novam illorum librorum editionem, characteribus latinis, atque stylo perfectionis statui, quem romanicum idioma attigit, correspondenti elucubret.

Synodus praecipit libros per hanc commissionem Aposto-

[2]) Can. Apost. 59. S. Athanasius can. 2. —

Apostolicu edande, Sinodulu dispune a se primí si intrebuintiá la tote basericele Provinciei acesteia. In privinti'a locului de tiparire se se cointielégа Ordinariatele respective.

Éra cá tipografi'a archidiecesana se fia in stare a subministrá cartile necesarie, atatu dupa quantitatea loru, câtu si dupa qualitate alésa, Sinodulu recunosce necesitatea reorganisarei tipografiei archidiecesane din temelía procurandu-se pre sém'a aceleia téscu veloce (Schnell-Presse), si litere de tota speci'a, precum si alte recuisite spre edarea neteda si câtu se pote de eleganta a aceloru càrti.

In câtu pentru promovarea pietatei private, Ordinariatulu Metropolitanu se insarcinéza a se ingrigí, cá in ace'a tipografia se se edée si càrti de rogatiune acomodate pentru diversele staturi a-le credintiosiloru.

## CAPU VII.

### Despre edarea Foieloru basericesci.

Fiendu-cà in tempurile nostre se facu incercari la tote poporele de cev'a cultura, de a influintiá asupr'a opiniunei publice in diverse directiuni, prin feliuritele producte de pressa, si dupa-ce chiaru si la Romani esista si inflioresce literatur'a jurnalistica, Baseric'a nostra inca nu pote remané indifferenta facia cu aceast'a miscare generala. Dreptu ace'a cá de un'a parte se se dée ocasiune la lamurirea intrebariloru publico-basericesci curente, éra de alta parte se se intinda clerului si docentiloru mediulocu usioru de a se perfectioná in scientie theologice si pedagogice, Sinodulu afla cu cale a dispune infientiarea a loru doue Foi basericesci periodice, contielegêndu-se tote Ordinariatele despre acele, dintre cari un'a se fia septemanala, in care se se incunoscintieze publiculu despre starea actuala a Provinciei basericesci in tote privintiele, si se se desbata in dens'a intrebarile ocurente. Cea alalta edanda in publicatiuni lunarie in brosiure, cu conlucrarea unei insotiri de barbati de specialitate, se cuprinda dissertatiuni theologice de tota plas'a, mai virtosu cu referintia la istori'a si legislatiunea Basericei nostre greco-catolice, apoi si desbaterea cestiuniloru pedagogice cu privire la cercustarile nostre cuprin-



lica Sede approbante edendos ab omnibus huiusce Provinciae Ecclesiis suscipi, adhiberique. Quoad locum, quo libri imprimantur, Ordinariatus concernentes mutua inter se ineant consilia.

Quo autem officina quoque archidioecesana libros necessarios tam respectu quantitatis quam respectu qualitatis selectae suppeditare valeat, Synodus Typographiae archidioecesanae funditus renovandae necessitatem perspicit, prelum nempe velox, characteres cuiuscumque speciei, nec non alia requisita ad nitidam ac quo elegantiorem illorum librorum editionem comparanda.

Quod fidelium privatam pietatem promovendam attinet, Ordinariatus Metropolitani curae committitur, ut in eadem officina precationum quoque libri diversis fidelium conditionibus accomodati edantur.

## CAPUT VII.

### De Ephemeridibus Ecclesiasticis edendis.

Quoniam nostra aetate apud omnes alicuius culturae gentes tentamina fiant, multifariis preli productis opinionem publicam variis sub respectibus moderandi, et quum vel apud nos Romanos ephemeridum litteratura vigeat ac floreat, nec Ecclesia nostra quoad hunc generalem nisum indifferentem se habere potest. Ut itaque ex una parte quaestionum publico-ecclesiasticarum currentium explanationi locus daretur, ex altera vero parte Clero ac ludimagistris medium expeditum semet in scientiis theologicis ac paedagogicis excolendi suppeditaretur, Synodus necessarium esse ducit duas periodicas ephemerides ecclesiasticas mutuo Ordinariatuum consensu suscitare, quarum una singulis hebdomadibus prodeat, qua status actualis Provinciae ecclesiasticae sub omnibus respectibus ad cunctorum notitiam perferatur, atque occurrentes quaestiones in ipsa discutiantur. Altera vero virorum doctorum cooperatione in singulos menses fasciculis edenda, dissertationes theologicas omnis generis, potissimum autem historiam atque legislationem Ecclesiae nostrae graeco-catholicae respicientes, praeterea quaestionum quoque paedagogicarum disceptationes, adiuncta nostra attinentes, insu-

diendu totu un'a data incunoscintiarea si censurarea productelorn literarie ivinde.

Pentru assecurarea esistintiei si inflorirei acestoru foi basericesci Sinodulu dispune, cá acele se ése la lumina la Scaunulu metropolitanu, éra Ordinariatele se mediulocésca prenumerare la acelea foi, pentru archivulu si bibliotec'a fia-carei parochie din diecesele loru unde va fí potintia, numai astu-feliu potendu-se sperá esirea acelor'a pre langa unu pretiu moderatu.

## CAPU VIII.

### Despre Posturi.

Postulu este contenire dela tote mancarile, ori numai dela unele in dîlele si temporile prescrise de Baserica.

Scopulu salutariu, pentru care se au introdusu in Baserica posturile, a' fostu mai alesu: *espiarea pecateloru, infrênarea sburdariloru trupesci, pregatirea crestiniloru la serbatorile celea mari,* precum si la *primirea S. Eucharistie,* si *din votu.*

Postulu indatinatu inca in legea vechia [1]) ni-lu a recomendatu insusi Domnulu nostru Isusu Christosu cu esemplulu si cu cuventulu seu [2]).

Asemenea si SS. Apostoli au postitu de câte-ori invocáu ajutoriulu specialu alu Spiritului Santu [3]), dandu si precepte, prin cari oprescu unele mancàri [4]).

Acést'a contenire dela mancari se distinge in ajunu si in postu.

Sub nume de ajunu in baseric'a nostra se intielege mancarea de bucate de postu numai un'a data in dî. Atari dîle de ajunu suntu tote dîlele postului mare [5]), afara de sambete si domineci, si afora de serbatorea Buneivestiri, de cumv'a nu ar' cadé ace'a pre vinerea patimeloru seau sambat'a mare, cari inca suntu dîle de ajunu [6]). — Mai incolo pre dîlele nascerei Domnului si a botezului, decumv'a nu ar' cadé acele Sambat'a ori Dominec'a [7]) — precum si dîu'a S. Cruce (in 14 Septembre [8])

[1]) Exod. XXIV, 18; XXXIV. 28; Deuteron. IX, 9, 18. — [2]) Luc. V, 33; Matth. XVIII, 20 et IV, 2. — [3]) Act. Ap. XIII, 2 et XIV, 22. — [4]) Act. Ap. XV, 29. — [5]) Can. Apost. 69. — [6]) Can. Apost. 66. — [7]) S. Nice-



per occurrentium productorum litteralium publicationem ac recensionem contineat.

Ut harum ephemeridum ecclesiasticarum existentia in tuto collocaretur, atque illae in diem laetiora capiant incrementa, Synodus praecipit, ut eaedem penes Sedem metropolitanam in lucem prodeant, Ordinariatus vero efficiant, ut praedictae ephemerides pro archivis ac bibliothecis singularum parochiarum Dioecesium suarum pro posse procurentur, namque sic solummodo sperare licet fore, ut pretio moderato publica luce donentur.

## CAPUT VIII.

### De Ieiuniis.

Ieiunium est abstinentia ab omnibus vel ab aliquibus tantum cibis, diebus aut temporibus ab Ecclesia statutis.

Finis praecipuus, ob quem ieiunia in Ecclesia introducta sunt, erant: *pecatorum expiatio, voluptatum carnalium refrenatio, Christianorum ad maiores festivitates colendas,* atque ad *S. Eucharistiae dignam susceptionem praeparatio,* nec non *voti adimplementum.*

Ieiunium iam in Veteri Foedere vigens [1]) ipse Dominus Noster Iesus Christus exemplo ac verbo suo nobis commendavit [2]).

Ipsi SS. Apostoli quoties speciale Spiritus Sancti auxilium invocabant [3]), ieiunarunt, praecepta quoque dantes, quibus nonnullos cibos interdicunt [4]).

Isthaec a cibis continentia in ieiunium atque abstinentiam distinguitur.

Nomine ieiunii in Ecclesia nostra venit unica per diem ciborum ab Ecclesia admissorum comestio. Huiusmodi ieiunii dies sunt omnes dies Quadragesimae [5]), exceptis Sabbatis et diebus Dominicis, nec non festo Annuntiationis, nisi hoc in feriam sextam vel Sabbatum Hebdomadae maioris, quibus etiam ieiunandum est, inciderit [6]). — Item vigiliae nativitatis Domini ac Epiphaniae, nisi hae in Sabbatum aut diem Dominicam inciderint [7]) — nec non festum Exaltationis S. Crucis (14 Septembris [8])

phorus cap. 75 in Typico. — [8]) Anastas. Sinaitae cap. 8 ap. Em. Pitra tom. II. pag. 279. —

si taiarea capului S. Ioanu botezatoriulu (in 29 Augustu), asemenea si Mercurile si Vinerile de preste totu anulu [1]), afora de casurile candu se ar' intemplá in dîlele acestea serbatore imperatésca, si de a-le Preacuratei, seau de ar' fí hârti, precum dela nascerea pàna la botezulu Domnului, si in ce'a a brândiei, in septeman'a cea luminata a Pasciloru, si in septeman'a S. Rusalii.

Asemene s'a indatinatu Baseric'a a observá abstinentia si in postulu nascerei Domnului (dela 15 Novembre pàna la 25 Decembre) mai incolo postulu SS. Apostoli Petru si Paulu (din Lunea de dupa Dominec'a toturoru santiloru pàna la San-Petru) si in urma postulu Santa-Mariei, (dela 1 Augustu pàna in 15 Augustu).

Acestea trei posturi introduse mai antaiu in manastiri [2]), din pietate fura adoptate si de credintiosi, pàna ce in urma prin datina indelungata se fécera lege in baseric'a nostra.

Posturile susu memorate obléga pre toti credintiosii, ce au usulu ratiunei, si suntu sanatosi [3]), nice se afla in ver o necesitate grea.

Pentru ace'a Sinodulu admonéza pre toti preotii, de ori-ce gradu, se pazésca cu conscientiositate tote posturile, [4]) premergundu cu esemplu bunu atâtu densii câtu si casenii loru, éra pre poporu se-lu iuvetie, cà nu este iertatu a frange postulu fàra dispensatiune dela autoritatea basericésca competenta.

Mai alesu cu ocasiunea publicarei posturiloru se inculce poporeniloru observarea acelor'a — invetiandu-i totu una data, cà postulu numai atunci va fí placutu inaintea lui Domnedieu, deca cu acel'a se voru impreuná rogatiuni si fapte bune, cà precum dîce S. Basiliu: *„Folosulu postului se nu se mèsure cu singur'a abstinentia dela mancari: pentru-cà adeveratulu postu este a fí strainu de tote foradelegile. Desléga tota legatur'a foradelegei, ierta deaproprelui nedreptatea si lasa-i datori'a: se nu postesci spre pàri si certe; carne nu manci, inse pre fratele teu lu manci. De vinu te contenesci, ci de a face nedreptàti nu incetezi. Vai celoru ce suntu beti nu de vinu: mani'a este beti'a*

[1]) Can. Ap. 69; Petrus Alex. can. 15. — [2]) Vid. Sam. Klein dissert.



et Decollationis S. Ioannis Baptistae (29 Augusti), — item totius anni feriae quartae ac sextae [1]), exceptis casibus, quibus festa Dominica ac Beatissimae Virginis in has dies inciderent, vel Arziburum obtineret, prout a Nativitate Domini usque ad Epiphaniam in hebdomade tyrophagii, nec non in hebdomade prima post festum Resurrectionis Dominicae (Diacaenesimi), atque in hebdomade Pentecostes.

Pariter abstinentiam sequi consueverat Ecclesia in sic dictis ieiuniis Nativitatis Domini (a 15 Novembris usque ad 25 Decembris); — SS. Apostolorum Petri ac Pauli (a feria secunda post Dominicam omnium Sanctorum usque ad festum Principum Apostolorum), nec non Beatissimae Virginis (a 1 Augusti usque ad 15 eiusdem mensis).

Tria haec ieiunia in monasteriis primum observari solita [2]), e pietate a fidelibus quoque recepta fuere, donec tandem longaeva consuetudine in Ecclesia nostra vim legis consequuta sunt.

Ieiunia superius commemorata omnes fideles usu rationis pollentes, bona valetudine gaudentes [3]), atque in gravi quadam necessitate haud versantes obligant.

Propterea Synodus omnes cuiuscumque gradus Sacerdotes hortatur, ut tam ipsi quam eorum domestici bono exemplo praelucentes, omnia ieiunia religiose servent [4]), — populum vero doceant, absque dispensatione a competente ecclesiastica auctoritate concessa, ieiunium frangere haud licere.

Praesertim vero tempore publicationis ieiuniorum, eorum observationem fidelibus inculcent, eosque simul doceant, ieiunium tum solummodo Deo gratum esse, si eidem preces ac bona opera iungantur, — nam quemadmodum S. Basilius dicit: *„ieiunii utilitas sola ciborum abstinentia haud metienda est: verum enim ieiunium est, ab omnibus vitiis esse alienum, solve omne vinculum iniquitatis, condona iniuriam proximo, ac debitum dimitte. Noli ad lites et contentiones ieiunare. Carnes non edis, at interim devoras fratrem tuum. Vino abstines, at interim ab iniuriis tibi non temperas. Vae his, qui ebrii sunt non a*

de ieiuniis Graeco-orientalis Eccl. pag. 64. — [3]) Can. Ap. 69; Conc. Laodic. can. 50; Timoth. Alexandr. quaest. 10. — [4]) Conc. Gangr. can. 19. —

*mentiei, care nu mai pucinu decâtu vinulu lipsesce pre ace'a de intieleptiune* [1]).

CAPU IX.

**Despre stèrpirea abusuriloru de Blàstemi, Injuraturi si Superstitiuni.**

Blàstemulu seau injuratur'a este vorbire ocaritoria de Domnedieu, fie ace'a indreptata inmediatu contr'a majestatei divine, ori mediulocitu, adeca contr'a diseloru si fapteloru lui Domnedieu contr'a Santiloru sei etc.

Blastemulu seau injuratur'a este pecatulu celu mai infioratoriu, pentru-cà prin acel'a deosebitu se vatema majestatea lui Domnedieu, Facutoriulu si Domnulu tuturoru. Cà-ci ce pote aretá mai mare selbatecia a animei? si lips'a de orice semtiementu religiosu, decatu a batjocorí pre insusi Domnedieu. Pentru acea Domnedieu a opritu pecatulu acest'a cu pedepse ingrozitorie: *„Scote afara de tabara pre celu ce a blastematu, toti cei ce 'lu au audítu, se puna man'a pre capulu lui, si se-lu ucida cu petrii tota adunarea"* [2]). Asemenea si S. Apostolu Paulu ni face cunoscutu, cà nice ocaritorii imperati'a lui Domnedieu nu voru mostení [3]). Era S. Baserica in canonele ei [4]), si Imperatii crestini in legile sale dictéza pedepse aspre asupr'a injuratoriloru.

Pentru ace'a Sinodulu nu pote din destulu a dojení pre totu clerulu acestei Provincie, cá recugetandu greutatea calamitatiloru publice, cu cari Domnedieu pedepsesce poporele dedate acestui vitiu, nu numai densii se se ferésca de totu feliulu de sudàlmi, ci din tote poterile sale se lucre spre impiedecarea latîrei acestui moravu uritu: dreptu ace'a se invetie pre poporu atatu privatu catu si publicu, a se lasá de pecatulu acest'a, ferinduse de totu feliulu de injuraturi.

Superstitiunea este unu vitiu, prin care se dà cultu ddiescu, cui nu-i se cuvine, ori lui Domnedieu inse in modu necuvinintiosu. — Astufeliu este superstitiosu a observá in Legea Noua ceremoniile V. Testamentu, cari intipuiáu venirea Domnului nostru Isusu Christosu, si prin urmare acum dupa venirea faptica a Aceluia nu mai au locu, cà-ci prin ace'a se ar' aretá, cá si cum inca nu ar' fi venitu.

[1]) Homilia I. de ieiunio. — [2]) Levit. XXIV, 14, — [3]) I. Cor. VI,



*vino; ira mentis est temulentia, eam a prudentia non minus excutiens, quam vinum"* [1]).

CAPUT IX.

**De abusibus Blasphemiarum, Imprecationum ac Superstitionum extirpandis.**

Blasphemia est locutio Deo iniuriosa, sive eadem immediate in majestatem divinam, sive mediate, nimirum in Dei dicta aut gesta, in Eius Sanctos aut res sacras dirigatur.

Blasphemia est peccatum horrendum, namque illa majestas Dei, omnium Creatoris ac Domini offenditur. Quid enim animum tam ferum ac quibusvis pietatis sensibus exutum prodere possit, quam Deum ipsum contumelia afficere? Propterea Deus hoc peccatum horribiles poenas decernendo prohibuit: *Educ blasphemum extra castra, ponant omnes, qui audierunt, manus suas super caput eius, et lapidet eum populus universus"* [2]). — Pariter S. quoque Apostolus Paulus certiores nos reddit, maledicos regnum Dei haud possessuros [3]). — S. autem Ecclesia canonibus suis [4]), Imperatores vero Christiani legibus poenas acerbas in blasphemos sanxerunt.

Quamobrem Synodus haud potest universum huiusce Provinciae Clerum sat superque monere, ut recogitato publicarum calamitatum infortunio, quo Deus gentes huic vitio deditas punire solet, non solum ipsi ab omnis generis blasphemiis abhorreant, verum pro cunctis viribus ad turpis huius flagitii progressum impediendum satagant: itaque populum tam privatim quam publice doceant, huic peccato renunciare, ab omnis generis blasphemiis cavendo.

Superstitio est vitium, quo divinus cultus exhibetur ei, cui non debetur, vel Deo, ast modo, quo exhiberi non debet. — Sic superstitio est in Lege Nova Veteris Testamenti caeremonias adventum Domini Nostri Iesu Christi significantes observare, quae post Eiusdem adventum non amplius tenent, namque illis nondum advenisse ostenderetur.

10. — [4]) Can. Apost. 55, 84. S. Basil. can. 45. —

Superstitiunea ace'a, prin care se dà cultu divinu fapturei, este:

a) Datin'a desierta (vana observantia) prin carea se intrebuintieza mediuloce desierte si nepotrivite spre a ajunge la cutare scopu, precum ar fi a-si castigá sanatatea cu medicine nepotrivite.

b) Divinatiunea, adeca cercarea celoru ascunse cu ajutoriulu diavolului, pre cum ar fi gâciturile din visuri, din semnele maniloru, din cântatulu si sburatulu paseriloru, din aruncatulu cartiloru de jocu, si din versarea cu céra, din intemplari fortuite.

c) Magi'a seau vrajitori'a, adeca maiestri'a de a face lucruri, ce trecu preste poterile omenesci.

d) Fârmecatori'a (Maleficiulu) adeca maiestri'a de a stricá deapropelui in feliurite moduri prin poterea diavolului.

Aceste specii de superstitiuni suntu pecate de morte, fiendu-cà onorea, ce se cuvine lui Domnediеu, o dáu fapturei, asceptandu dela dens'a ace'a, ce numai dela Domnedieu se pote asceptá, — si pentru-cà ele supunu tocméla espresa ori tacuta cu diavolulu.

Pentru ace'a si Domnedieu inca in legea vechia oprì aceste faradelegi: *„Se nu se afle intru tine, carele se tréca pre fiulu seu seau pre fi'a sa prin focu, vrajindu vraja, si descantandu si fàrmecandu. Si fàrmecatorii, si carele descanta, si carele cauta pre stele, si carele intréba mortii. Cà spurcatiune este Domnului Domnedieului teu totu celu ce face aceste, si pentru spurcatiunile aceste va perde pre ei Domnulu Domnedieulu teu dela faci'a ta“*[1]).

Asemenea si Baseric'a in canonele ei supune la cele mai grele certàri pre cei vinovati cu asemenea spurcatiuni[2]).

Fiindu-cà vitiulu superstitiunei sub feliurite forme póte fi latîtu si printre credintiosii acestei Provincie; Sinodulu face atenti pre Parochi, cá castigandu-si cunoscintia deplina si fundata despre speciile superstitiunei, ce se aru iví in teritoriile loru, si dupa ce se voru convinge cu tota securitatea despre esistinti'a, si gradulu malitiei acelor'a, cu intieleptiune se le combata, luminandu pre poporu despre desiertatiunea acelor'a, si aratandu-i dispretiulu si strambatatea, ce se face prin ele lui Domnedieu.

[1]) Deuter. XVIII, 10, 11. — [2]) Conc. Laodic. can. 36. Conc. VI,



Superstitio illa, qua cultus divinus creaturae exhibetur, est:

a) Vana observantia, qua vana et improportionata media adhibentur ad certum finem obtinendum, veluti ad sanitatem medicaminibus improportionatis recuperandam.

b) Divinatio, nempe occultorum ope daemonis inquisitio, prouti praesagia ex somniis, ex manus lineis, ex garritu ac volatu avium, — vaticinium ex chartis, et cerae infusione, ex casibus fortuitis.

c) Magia nempe ars faciendi res, quae vires hominis superant.

d) Maleficium, nempe ars daemonis ope variis modis proximo nocendi.

Istae superstitionum species sunt peccata mortalia, namque honorem Deo debitum creaturae exhibent, ab hac expectando id, quod a solo Deo expectari potest, — et quoniam illae expressum vel tacitum cum daemone pactum supponunt.

Idcirco ipse Deus iam in Veteri Foedere haec scelera interdixit: *„Nec inveniatur in te, qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem; aut qui ariolos sciscitetur, et observet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec divinos, aut quaerat a mortuis veritatem. Omnia enim haec abominatur Dominus, et propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo“*[1]).

Similiter Ecclesia quoque canonibus suis in talium abominationum reos gravissime animadvertit[2]).

Quoniam superstitionis flagitium variis sub formis inter fideles quoque huiusce Provinciae dilatatum esse potest; Synodus Parochis iniungit, ut superstitionis specierum in territoriis eorumdem occurrentium plenam ac exactam notitiam nec non de existentia ac malitiae gradu certam persuasionem sibi procurantes in illos omni prudentia invehantur, populum de earumdem vanitate illuminantes, eidemque comtemptum ac iniuriam illis Deo illatam ostendentes.

can. 61; S. Basil. can. 68. —

## CAPU X.

### Despre sufragiile Basericei pentru cei morti.

Mortea, cá momentulu celu mai de pre urma a vietiei pamentesci, decide preste sortea venitoria a omului seau facundulu indata erede imperatiei ceriului, seau trecundu-lu la loculu curatîtoriu, unde are se sufere unele pedepse temporali, seau dandu-lu pentru totu de a un'a munciloru eterne.

Pentru ace'a Baseric'a basata pre s. Scriptura, care dice: *„Cà santu si piu cugetu este a se rogá pentru cei morti, cá se se deslege de pecate“* [1]), dela inceputu se-a indatinatu a alergá in ajutoriulu sufleteloru celoru morti, cu rogatiuni si cu sacrificii, — éra credintiosii inca se au nesuitu a usiorá sortea acelor'a, dandu elemosina, si facundu fundatiuni pentru celebrarea santei Liturgie.

Dilele, in cari s. Baserica se-a indatinatu a celebrá pentru morti, dupa disciplin'a Basericei nostre suntu diferite [2]). Cu cari ocasiuni consangenii repausatiloru, dupa un'a datina laudabila, ce esista in baseric'a nostra, impartu seraciloru elemosina.

Pre langa ace'a baseric'a face anumita amintire despre toti parintii si fratii nostri repausati in credintia si in impartasîre cu s. Baserica: in Sambat'a inaintea lasatului de carne, precum si in Sambat'a inainte de Dominec'a Rosaliiloru [3]).

Tempurile, in cari nu are locu amintirea publica a mortiloru, suntu cele 12 dîle dela nascerea pana la botezulu Domnului. — Septeman'a cea de antaniu a santului si marelui postu, sant'a septemana mare, septeman'a cea luminata de dupa Pasci, Dominicile dintre s. Pasci si Rosalii, si serbatorile cele mari, in cari tempuri nu se facu amintiri publice (colivie), éra a pomení in taina pre cei morti nu este opritu nice chiaru in diu'a de Pasci [4]).

## CAPU XI.

### Despre Mormentarea basericésca (sepultura) si despre Cemeteriu.

Fiindu-cà dupa credinti'a crestinésca cei repausati voru inviá cu trupurile la diu'a judecatei, Baseric'a dela inceputu a

[1]) II. Machab. XII, 46: »Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur« (In Vulgata). — [2]) Constit. Apost. de mystico ministerio cap. 19. ap. Em. Pitra tom. I. pag. 70. — [3]) Typicon in Triodio et Pentecostario. — [4]) Nicephor. Constantinopolitanus cap. 11. Pitra



## CAPUT X.

### De piis Ecclesiae sufragiis pro Defunctis.

Mors, ultimum nempe vitae terrestris momentum, futuram hominis sortem decidit: illum sive mox regni coelorum haeredem efficiendo, sive ad purgatorium pro nonnullis poenis temporalibus luendis perducendo, sive in perpetum cruciatibus aeternis addicendo.

Quamobrem Ecclesia S. Scripturae, quae dicit: *„Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur“* [1]), innixa, inde ab initio animabus defunctorum precibus ac sacrificiis succurrere consuevit, — insuper fideles quoque illarum sortem eleemosynis atque fundationibus pro S. Liturgia celebranda erectis alleviare studuere.

Dies, quibus S. Ecclesia pro defunctis celebrare solet, iuxta Ecclesiae nostrae disciplinam sunt variae [2]). Quibus occasionibus defunctorum consanguinei, iuxta laudabilem in Ecclesia nostra vigentem consuetudinem, eleemosynas pauperibus distribuunt.

Praeterea Ecclesia expressam omnium parentum ac fratrum nostrorum in fide ac S. Ecclesiae catholicae communione defunctorum commemorationem facit Sabbato ante Dominicam Carnisprivii (Apocreos) nec non Sabbato ante Dominicam Pentecostes [3]).

Tempora, quibus publicam defunctorum commemorationem facere haud licet, sunt duodecim dies intra Nativitatem Domini ac Epiphaniam, — prima hebdomada S. ac magnae Quadragesimae, sancta hebdomada maior, hebdomada Paschatis (Diacaenesimi), — Dominicae intra S. Pascha ac Pentecosten, atque festivitates maiores, quibus temporibus publicae defunctorum commemorationes haud aguntur. Defunctos vero in secreto commemorare neque ipso die Paschatis interdicitur [4]).

## CAPUT XI.

### De Sepultura ecclesiastica et de Coemeterio.

Quoniam secundum Christianorum fidem defuncti die iudicii cum corporibus suis resurgent, Ecclesia inde ab initio corpora

tom. II. pag. 326; Anastas. Sinaita cap. 8: »De quadraginta liturgiis pro defunctis: — Si quis vero in quadragesima defunctus fuerit, non licet extra Sabbatum aut Dominicam eius facere memoriam« ap. Em. Pitra tom. II. pag. 277. —

onoratu trupurile celoru adormiti in impartasîre cu dens'a, pentru ace'a cu rogatiuni, cantari si cu ceremonii le petrece si le asiéza in locuri anumite si prin binecuventare destinate spre acelu scopu. Inmormentarea trupuriloru trebue de regula se se faca dupa 48 de ore, cá se se incungiure periculului de-a immormentá omeni vii, si atunci inca numai dupa-ce medicii si auctoritatile civili, convingundu-se despre intrevenirea secura a mortei, concedu inmormentarea.

De ora-ce inmormentarea basericésca este continuarea impartasîrei basericei cu membrii ei, urméza cà ace'a trebue denegata acelor'a, cari la mortea loru eráu lipsiti de aceast'a impartasire, seau nice nu au voitu se aiba parte la ace'a. Prin urmare dela inmormentarea basericésca suntu eschisi jidanii [1]), paganii, si infantii nebotezati, ereticii [2]), schismaticii, escomunicatii notorii, cei ce se ucidu pre sine nefiindu smintiti de minte, si cei ce moru in duelu [3]), cei ce nu se au cuminecatu celu pucinu una data in anu, si au moritu fora semnu de intorcere [4]), cei ce iáu usúra mare preste mesúra si moru neindreptati [5]) si in genere pecatosii publici, cari moru fàra penitentia.

Fiindu denegarea inmormentarei un'a din cele mai grele pedepse basericesci: Sinodulu face atenti pre parochi, cá cu multa intieleptiune se pasiésca de denegarea ceremoniiloru si solemnitatiloru inmormentarei basericesci, facia cu personele, cari prin ss. canone suntu lipsiti de aceast'a binefacere si onore, si la casu de indoiala, se nu-si pregete a cere indrumare dela Ordinariatu [6]). Inca si cu mai mare precautiune suntu datori a purcede parochii la intemplare, candu ar fi se se denege chiaru si loculu de inmormentare in cemeteriulu parochialu.

De ora-ce cemeteriulu prin binecuventare besericésca si prin infigerea s. Cruce, este dedicatu lui Domnedieu, parochii se desfasiure totu zelulu loru pastoralu, pentru inaintarea frumsetiei acelui'a, grigindu cá se fie ingraditu dupa cuvenintia, si infrumsetiatu juru impregiuru cu arbori, si invetiandu pre poporeni, cà neglegerea cemeteriului arata recél'a loru in credintia, si lips'a de iubire catra parintii si fratii loru, si astufeliu i face pre densii de ocara si de batjocur'a lumei.

---

[1]) Can. Apost. 64. — [2]) Can. Apost. 44; Conc. Laodic. can. 9, 33, 34. — [3]) Timoth. Alexandr. quaest. 14. — [4]) Conc. Gangr. can. 5, 20. —



in communione ipsius obdormientium honoravit, ideoque precibus, canticis, ac caeremoniis eadem concomitatur, atque in locis certis, ac benedictione ecclesiastica ad eundem finem destinatis deponit. Ad periculum homines vivos sepeliendi praecavendum, corporum sepultura de regula elapsis a morte quadraginta octo horis fieri debet, et tunc quoque facultate a medicis et civili auctoritate prius obtenta.

Cum sepultura ecclesiastica communionis Ecclesiae cum suis membris continuatio sit, sequitur, eam denegandam esse iis, qui in morte hac communione carebant, neque eiusdem participes esse volebant. — Per consequens a sepultura ecclesiastica arcentur iudaei [1]), gentiles ac infantes non baptizati, haeretici [2]), schismatici, excommunicati notorii, suicidae non mente capti, in duello mortui [3]), qui S. Communionem saltem semel in anno haud susceperunt, atque decesserunt, quin penitentiae signa dederint [4]), — qui foenus immoderatum exigunt atque impoenitentes obeunt [5]), et generatim publici peccatores, qui sine poenitentia moriuntur.

Cum sepulturae denegatio una gravissimarum poenarum ecclesiasticarum sit: Synodus attentos reddit Parochos, ut in caeremoniis ac sepulturae ecclesiasticae solemnitatibus, personis a SS. canonibus hocce beneficio ac honore exclusis, denegandis omni prudentia procedant, atque dubio occurrente ad Ordinariatum recurrere haud negligant [6]). Maiori adhuc circumspectione ac prudentia procedere tenentur casu, quo alicui vel ipse locus sepulturae in coemeterio parochiali denegandus esset.

Porro quoniam coemeterium benedictione ecclesiastica, ac S. Crucis erectione Deo dicatum sit, Parochi omnem pastoralem zelum ad eiusdem decorem promovendum exserant, curando, ut illud convenienter septum ac circum circa arboribus ornatum sit, atque docendo fideles, coemeterii neglectum fidei eorum tepiditatem, ac charitatis erga parentes ac fratres defectum ostendere, sicque illos opprobrio ac ludibrio esse mundo.

---

[5]) S. Niceph. cap. VI de foeneratoribus Pitra Tom. II, pag. 323 — [6]) Timoth. Alexandr. quaest. 14. —

Din asemenea reverintia catra cemeteriu voru privegniá parochii, cá fora scirea si invoirea si a Ordinariatului, nime se nu cuteze a scote trupu de omu din mormentu, cá se-lu duca in altu mormentu.

# TITULULU VII.

## DESPRE VIETI'A CLERULUI.

### CAPUT I.

**Despre datorinti'a clerului de a propasî si a se perfectioná in sacrele scientie.**

Din inalt'a misiune a preotiloru de a conduce turm'a cea cuventatoria la pasiunile cele mantuitorie ale adeveruriloru de credintia si de moralu, urméza datorinti'a loru cea mai santa, de a-si castigá scienti'a necessaria, si a se perfectioná in ace'a din dî in dî, pentru-cà fiindu densii lumin'a lumei dupa cuventulu Domnului [1]), cum voru luminá, deca ei insîsi voru orbecá in intunereculu nescientiei [2]), si cum voru avé scientia, deca nu se voru nesuí diu'a noptea a se deprinde si perfectioná in studiile perfacute? —

Chiaru si s. Scriptura ne invetia, cà: *„Buzele preotului voru padî scienti'a si legea voru cercá din gur'a lui"* [3]).

Fiindu-cà oficiulu pastoralu alu preotului este a combate erorile, a deslegá indoelile, si a delaturá defaimarile lucruriloru celoru sante, de sine se intielege, cà elu trebue se fie provediutu cu tote armele necessarie, cà-ci la din contra scade védi'a si autoritatea adeveruriloru propuse de Baserica, si astufeliu preotulu trage asuprasi pedeps'a amenintiata de Domnulu prin gur'a profetului: *„Pentrucà ai lapedatu scienti'a, si eu te voiu lapedá pre tine, cá se nu preotiesci mie"* [4]).

Perfectiunarea clerului in scientiele sacre o pretinde inaintarea rapede a culturei in tote clasele societatei, de ora-ce la din contra singuru statulu preotiescu ar remané indereptu cu nespusa scadere a autoritatei sale, o poftesce mai incolo si impregiurarea ace'a, cà inimicii credintiei prin cultur'a cea irre-

[1]) S. Matth. Evang. cap. V, 13, 14. — [2]) I. Timoth. cap. IV, 13, —



Ex hac erga coemeterium reverentia Parochi invigilabunt, ne quis absque scitu ac consensu Ordinariatus, corpus defuncti, fine illud ad alium tumulum transferendi, exhumare praesumat.

# TITULUS VII.

## DE VITA CLERICORUM

### CAPUT I.

**De clericorum obligatione in sacris scientiis progrediendi ac semet perficiendi.**

E sublimi sacerdotum, gregem ovium rationalium, ad salutaria veritatum fidei ac morum pascua conducendi missione fluit gravissima sibi scientiam necessariam comparandi, atque semet in eadem magis magisque perficiendi obligatio; etenim quum illi iuxta Domini verba lux mundi sint [1]), quomodo illuminabunt, si ipsi in ignorantiae tenebris versentur [2]), et quomodo scientiam possidebunt, nisi in studiis peractis semet diu noctuque exercere ac excolere satagant? —

Ipsa quoque S. Scriptura nos docet *„Labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore eius"* [3]).

Quoniam pastorale sacerdotis munus est errores profligare, dubia solvere, nec non rerum sacrarum insultationes retundere, sponte sua sequitur ipsum omnibus necessariis armis instructum esse debere, secus enim veritatum ab Ecclesia propositarum dignitas ac auctoritas minuitur, sicque sacerdos in se concitat poenam a Domino per os Prophetae intentatam *„Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ut ne sacerdotio fungaris mihi"* [4]).

Clerum in sacris scientiis excoli exigit celerrimus culturae per omnes gradus societatis progressus, namque secus solus status sacerdotalis summo auctoritatis suae damno regrederetur; id exigit illa quoque circumstantia, quod fidei adversarii irreligiosa

[3]) Malachia cap. II, 7. — [4]) Osee cap. IV, 6. —

ligiosa, nu incóta a invinuí baseric'a cà dens'a ar fi partinitorea obscurantismului.

Deci clerulu mai virtosu in dilele nostre este datoriu a cultivá scientiele cele adeverate, si prin intielept'a loru intrebuintiare a confundá intieleptiunea lumei.

Cultivarea clerului in scientie o demanda si ss. Canone [1], si o recomanda cu multa caldura si ss. Parinti ai Basericei [2].

Sinodulu pre bas'a motiveloru aduse ascépta dela cleru implinirea conscientiosa a acestei dorintie sante, si 'lu admonieza cá in cultivarea scientieloru sacre se aiba inaintea ochiloru numai marirea lui Domnedieu, mantuirea sufleteloru credintiosiloru, si binele basericei, éra spre ajungerea scopuriloru acestor'a se se silésca a-si procurá mediulocele literarie necessarie, castigandu-si celu pucinu câte unu manualu din fie-care ramu alu scientieloru theologice si infientiandu cu poteri unite biblioteci diecesane, districtuali si parochiali.

In urma Sinodulu ascepta dela tote Ordinariatele, cá la conferirea beneficiiloru basericesci, si la impartîrea feliuriteloru ajutorie, spre sternirea nobilei emulatiuni in cleru, se fie cu destinsa consideratiune la nesuintiele de ulterior'a perfectiune scientifica, dovedite de concurenti in restempulu servitiului loru, si pentru ace'a voru poftí dela Protopopi, cá in informatiunile anuali despre clerulu districtualu se reporteze cu tota conscientiositatea in acest'a privintia.

## CAPŬ II.

### Despre detorinti'a clerului de a progresá in moralitate si in portare esemplaria.

Fiindu statulu preotiescu celu mai stralucitu si deregatori'a preotiloru cea mai alésa, si de cea mai mare insemnatate, acest'a perfectiune si inaltîme a statului loru poftesce o esemplaritate a vietiei, si o integritate a moravuriloru cá ace'a, in câtu se nu se para a demintî cu portarea, cea ce predica cu cuventulu.

Dreptu ace'a si marele Apostolu avendu in vedere cuventulu Domnului disu catra invetiacei „*Voi sunteti sarea pamentului*“ [3]),

[1]) Synod. Carthag. can. 24; Synod VII, can. 2. — [2]) S. Ioan. Chrysostom. de Sacerdotio lib. IV, cap. 4 »Quid enim cuipiam profuerit



eorumdem eruditione Ecclesiam arguere haud desinant, ac si ipsa obscurantismi fautrix esset.

Hinc clerus nostris potissimum diebus veras scientias colere tenetur, earumque prudenti usu mundi sapientiam confundere.

Cleri in scientiis eruditionem ss. quoque Canones praecipiunt [1]), atque ss. Ecclesiae Patres magno fervore commendant [2]).

Synodus rationibus allatis ducta, huiusce sacrae obligationis debitum adimplementum a clericis expectat, eosque monet, ut in sacris scientiis excolendis solummodo Dei gloriam, animarum fidelium salutem ac Ecclesiae bonum prae oculis habeant, atque necessaria ad hos fines consequendos media comparare studeant, ex singulis disciplinarum theologicarum obiectis manualia sibi procurando, atque viribus unitis bibliothecas dioecesanas, districtuales ac parochiales erigendo.

Demum Synodus ab omnibus Ordinariatibus expectat, ut in beneficiis ecclesiasticis conferendis, ac diversis subsidiis distribuendis ad nobilem in Clero aemulationem excitandam, peculiari attentione nisus ulterioris scientificae perfectionis per Parochos concurrentes tempore servitiorum suorum comprobatos prosequatur, — et idcirco a Protopopis exigent, ut in annuis de Districtus Clero informationibus hoc quoque sub respectu omni sinceritate referant.

## CAPUT II.

### De clericorum obligatione moribus ac vita exemplari proficiendi.

Quum status sacerdotalis praestantissimus, munusque sacerdotum egregium, maximique momenti sit, haec perfectio atque status sublimitas talem vitae exemplaritatem ac morum integritatem exigit, ut numquam factis refellere videatur id, quod verbo praedicat.

Propterea S. quoque Apostolus prae oculis habens verba Domini ad discipulos prolata „*Vos estis sal terrae*“ [3]), Titum hor-

adversus gentiles fortiter pugnare, si illum populentur Iudaei? Quid si utrisque devictis Manichaeis diripiatur? vel si his etiam prostratis, qui fatum inducunt, intus positas oves iugulent? ecquid opus est omnes diaboli haereses recensere? quas omnes nisi pastor sciat probe refellere, vel per unam possit lupus maximam ovium partem devorare«. — [3]) Math. V, 13. —

indemna pre Titu *„Intru tote dandute pre tine esemplu de fapte bune intru invetiatura, intregime, onore, nestricatiune, cá celu contrariu se se rusîneze, ne avendu nimica a graí de noi hula“* [1]). De unde si s. Joanu gura-de-auru ne dogenesce: *„Preotulu trebue se aiba vietia nemaculata, cá cu totii se privésca in densulu cá intru unu esemplu, de-ora-ce Domnedieu pentru ace'a ne-a alesu pre noi, cá se fimu cá nesce luminare si invetiatori ai celoru alalti, si cá se petrecemu pre pamentu cá nesce angeri“* [2]).

Un'a multîme mare de detorintie suntu impreunate cu demnitatea preotului, cari se manifestéza in dupla direptiune: in deprinderea virtutiloru crestine, si in incungiurarea fapteloru celoru rele si a ocupatiuniloru lumesci, necuvenite statului preotiescu.

a) Ce se tiene de deprinderea virtutiloru, preotii se premérga cu esemplu bunu credintiosiloru sei in tote virtutile, si anume in virtutile theologice, morali, si ale indurarei spirituali si temporali, dintre tote inse se se silésca a impleni cu scumpetate tote detorintiele statului preotiescu [3]), cá astufeliu vediendu omenii faptele loru cele bune se preamarésca pre Tatalu celu cerescu [4]).

b) Era de alta parte preotii suntu detori a se ferí α) de portarea deregatoriiloru civili [5]), de a se face arendatori, procuratori [6]), seau a-si agonisí subsistinti'a din lucruri de rusîne si necuviose [7]); β) de a tiené crisme insîsi in casele loru parochiale, ori de a umblá la acelea [8]), γ) de a se imbatá [9]), de negutiatoria marsiava [10]), de a fi batausiu si iubitoriu de certe [11]), de lacomi'a de averi, si de venarea uritului castigu [12]), de camataria [13]), de amestecarea averiloru basericesci cu ale sale proprii [14]), de instrainarea averei basericesci [15]), de caventia chizasîa [16]), si de venatulu cu strepitu alu fiereloru.

Cu atatu mai vertosu suntu detori a se ferí si de tote pecatele, cari prin legea firei, si prin legile lui Domnedieu si ale Basericei suntu oprite toturoru crestiniloru, de-ora-ce neasemenatu strica basericei, deca portarea mireniloru e cu mai pucine scaderi decatu cea a preotiloru. Si cá se se pota preotii

[1]) Tit. II, 7, 8. — [2]) Chrysostom. Hom. 10 in ep. ad Timoth. — [3]) Canon. Apost.; Syn. VI, can. 19. — [4]) Matth. V, 14. — [5]) Can. Apost. 81. — [6]) Conc. VI, can. 3. — [7]) Conc. Carthag, can. 18; Conc. IV, can. 3, 7. [8]) Conc. Carthag. can. 47; Conc. VI, can. 9. — [9]) Can. Apost. 42, 43.



tatur *„in omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis“* [1]). Unde et S. Ioannes Chrysostomus monet: *Sacerdos debet vitam habere immaculatam, ut omnes in illum velut in aliquod exemplum intueantur, idcirco enim nos elegit Deus, ut simus quasi luminaria et magistri caeterorum, ac veluti angeli versemur in terris* [2]).

Multitudo ingens officiorum, quae sacerdotis dignitati connexa sunt, in duplicem directionem se manifestat: nempe in virtutibus christianis exercendis, atque in operibus malis, nec non occupationibus statui sacerdotali minime congruentibus devitandis.

a) Quod virtutum exercitium attinet, sacerdotes bono exemplo fidelibus suis in omnibus virtutibus praeluceant, et quidem in virtutibus theologicis, moralibus, nec non spiritualis ac temporalis misericordiae, super omnia autem cuncta sacerdotalis status munera adimplere satagant [3]), ut sic homines videntes bona eorum opera glorificent Patrem, qui in coelis est [4]).

b) Altera ex parte sacerdotes cavere debent α) a muneribus saecularibus gerendis [5]), a bonis aliorum conducendis, item a procuratore agendo [6]), nec non a vita rebus abiectis ac indecentibus sustentanda [7]); β) praeterea interdictum est sacerdotibus cauponam servare in domibus parochialibus, sive popinas adire [8]); γ) item ebrietati indulgere [9]), turpem quaestum exercere [10]), pugnaces ac rixarum cupidos esse [11]), insuper cavere debent ab avaritia et turpibus lucris sectandis [12]), ab usuris exigendis [13]), a bonis ecclesiasticis cum propriis commiscendis [14]), a bonis ecclesiasticis abalienandis [15]), a fideiussionibus praestandis [16]), nec non a strepitoso ferarum venatu.

Eo vel magis abstinere debent ab omnibus peccatis, quae lege naturali, divina ac ecclesiastica omnibus christianis interdicuntur, namque Ecclesia vehementer desolatur, dum laicorum mores meliores sunt quam sacerdotum. — Atque ut sacerdotes in perfectione morali statui eorum congruenti semet conser-

— [10]) Niceph. CP. can. 167, ap. Em. Pitra. — [11]) Can. Apost. 27; S. Nicephor. can. 164 et Tharasius ep. canonica ap. Em. Pitra Tom. II. pag. 311. — [12]) Conc. I, can. 17. — [13]) Can. Ap. 44; Conc. VI, can. 10. — [14]) Conc. Antioch. can. 24. — [15]) Conc. VII, can. 12. — [16]) Canon. Ap. 20. —

tiené si inaintá in perfectiunea morala cuvenita statului loru, Sinodulu nu pote din destulu a recomandá preotiloru meditatiunea lucruriloru divine, rogatiunea neincetata, cetirea cartiloru religiose, pregatirea cuvenita la celebrarea santei Liturgii, recitandu orele canonice, frecuentarea evlaviosa a ss. Sacramente, convenirea la exercitii spirituali, si la adunari districtuali, in cari imprumutatu se se edifice, cá astufeliu se se conserveze si se crésca in densii zelulu si spiritulu adeveratu basericescu.

## CAPU III.

### Despre Preotii celibi.

De orà-ce Apostolulu dîce: *„cà celu neinsuratu grigesce de ale Domnului cum se placa lui Domnedieu“* [1]), de ace'a cei ce aru semtî in sine acestu daru mare de a sierbí lui Domnedieu necasatoriti, si astufeliu liberi de grigile familiari, se-si aduca aminte, cà chiaru statulu loru de mai mare perfectiune recere in tota privinti'a un'a portare mai esemplaria departata si de cea mai mica umbra de suspitiune [2]).

Sinodulu reimprospetandu legislatiunea basericei nostre cu privire la preotii neinsurati, cu Sinodulu I dela Nice'a, opresce preste totu cá: *„nice Episcopului, nice presbiterului, nice diaconului, nice macaru ver'unuia din cei din cleru se-i fie iertatu a avé muiere subintrodusa, (seau tienatori'a), afora numai decatu maica, sora, seau matusia, seau singuru atari persone, cari departa tota suspitiunea“.*

In urma Sinodulu dogenesce in Domnulu pre preotii celibi cá diu'a si noptea rogandu-se lui Domnedieu, prin mediulocirea Preacuratei Vergure Mari'a, se céra statornicia in darulu contenirei si alu infrênarei, — i admonieza, cá neincetatu se se ocupe cu cetirea s. Scripturi si a vietiei santiloru, si cu studii theologice, urmandu sfatulu s. Hieronimu datu lui Nepotianu: *„Nice candu se cada din manile tale cetirea sacra, invetia ce trebue se propuni, si cu cetirea neobosita castiga-ti cuventulu credintiosu, cá potinte se fii si a indemná intru invetiatur'a cea sanatosa“* [3]), *si pre cei ce graescu in contra a-i certá“* [4]); si in urma i indemna pre preoti, cá cu cumpatu, postu si cu alte fapte de penitintia se

[1]) I. Cor. VII, 32. — [2]) Conc. I, can. 3; Conc. VI, can. 5; Conc. VII, can. 18, 22; S. Basil. can. 88 ad presbyt. Gregor. — [3]) S. Hieronym.



vare ac progredi valeant, Synodus haud potest sibi temperare, quin sacerdotibus impense commendet rerum divinarum meditationem, assiduam orationem, librorum piorum lectionem, atque inculcet convenientem ad S. Liturgiam celebrandam, horarum canonicarum recitatione praeparationem, devotam SS. Sacramentorum frequentationem, — ad exercitia spiritualia nec non congregationes districtuales confluxum, in quo mutuo semet aedificent, sicque zelus atque spiritus vere ecclesiasticus in ipsis vere conservetur augeaturque.

## CAPUT III.

### De Presbyteris coelibibus.

Quoniam Apostolus dicit *„Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo“* [1]), idcirco qui in se magnum isthoc, Deo qua coelibes ac proinde a curis familiae immunes serviendi donum sentirent, meminerint, ipsum eorumdem maioris perfectionis statum, vitam omni sub respectu magis exemplarem, atque ab omni, vel minima suspicionis umbra remotam exigere [2]).

Synodus legislationem Ecclesiae nostrae relate ad coelibes renovans, cum Synodo prima Nicaena per omnia prohibet, *„nec Episcopo, nec Presbytero, nec Diacono, nec alicui omnimo, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quae suspiciones effugiunt“.*

Demum Synodus Presbyteros coelibes in Domino hortatur, ut diu noctuque Deo preces fundentes ab illo, Beatissimae Virginis Mariae intercessione, in dono castitatis ac continentiae perseverantiam petant, — monet quoque, ut S. Scripturae et vitae Sanctorum lectioni, nec non studiis theologicis indesinenter incumbant, consilium S. Hieronymi Nepotiano datum sequentes: *„Nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur, disce quod doceas, lectione assidua obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana* [3]), *et eos, qui contradicunt, arguere“* [4]); ac denique sacerdotes obsecrat, ut moderatione, ieiunio, aliisque poenitentiae operibus semet

ep. ad Nepotian. — [4]) Tit. I, 9. —

se armeze in contr'a ispitei sburdariloru trupesci, imitandu esemplulu S. Apostolu: *„muncescu trupulu meu, si-lu supunu servitutei, cá nu cumv'a altor'a predicandu, insumi se fiu netrebnicu“* [1]).

## CAPU IV.

### Despre preotii insurati (casatoriti).

Baseric'a nostra din tempurile apostolice a admisu la S. Preotia barbati casatoriti cu una vergura [2]), concediendu-li a petrece in usulu casatoriei si dupa primirea s. s. orduri [3]) pedepsindu chiaru cu asprime pre cei ce se aru sfií a primí s. cuminecatura dela preotulu insuratu [4]). Despre care disciplina basericesca e marturía sinodului Trulanu.

Cu tote acestea canonele impunu preotiloru insurati strinsa obligatiune de a se abstiené de usulu casatoriei de câte ori voru se se apropie de s. Altariu spre celebrarea s. Liturgii [5]).

Era la casu, cându se-ar' aratá cu marturii credintiose, cà preotés'a a infrantu credinti'a conjugala, Preotulu conjunge este datoriu nu numai a se abstiené dela impreunarea trupésca cu dens'a, ci si a-se despartí de conlocuire pentru totu de-a un'a, si deca va vietuí impreuna cu dens'a, trebue se inceteze dela tote functiunile sacre [6]).

Pentru ace'a Sinodulu recomanda Ordinariateloru, cá strinsu se vighéze, cá numai de acei clerici se se inainteze la ordurile sacre, cari suntu casatoriti cu persoue vergure bine educate, cu fric'a lui Domnedieu si cu nume bunu.

Éra pentru incungiurarea atâtu a neintielegeriloru si neplaceriloru familiari, câtu si a periculului de indifferentismu religiosu, Ordinariatele numai pre acei clerici insurați i voru promová la ordurile sacre, cari voru fí avendu muieri greco-catolice, pentru ace'a nu va fí iertatu nice unui clericu a se insurá inainte de a insinuá Ordinariatului respectivu person'a, cu care voiesce a pasî la casatoria, si inainte de a capatá binecuventare archierescа.

---

[1]) I. Cor. IX. 27 — [2]) Can. Ap. 17, 18; I. Tim. III, 18. — [3]) Can. Ap. 5. — [4]) Conc. Carthag. can. 33. — [5]) Conc. Carthag. can. 33. —



adversus voluptatum carnalium tentationes armis instruant, S. Apostoli exemplum imitantes. *„Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar“* [1]).

## CAPUT IV.

### De Presbyteris Coniugatis.

Ecclesia nostra inde ab antiquis temporibus viros virgini uni [2]) iunctos ad S. Presbyteratum admisit, eisdem post susceptos quoque sacros ordines [3]) usum matrimonii concedendo, atque illos, qui sacram communionem a Presbytero coniugato [4]) recipere abhorrent, severe puniendo; — cuius disciplinae ecclesiasticae testis est Synodus quoque Trullana.

Nihilominus Canones Presbyteris coniugatis strictissimam imponunt obligationem se se ab usu matrimonii abstinendi, quoties ad S. Altare fine celebrandae S. Liturgiae accedere intendunt [5]).

Casu vero, quo papadiam fidem coniugalem fregisse testibus fide dignis comprobaretur, Presbyter coniux non solum a commercio coniugali abstinere tenetur, verum eam in perpetuum dimittere convenit. Quod si cum illa convixerit, ab omnibus sacris functionibus cesset [6]).

Idcirco Synodus Ordinariatibus stricte invigilandum iniungit, ut illi solummodo clerici ad ordines sacros provehantur, qui virginibus pie educatis, atque bona fama gaudentibus iuncti sunt.

Ad dissensiones atque odia praecavenda in familiis, nec non periculum indifferentismi erga religionem arcendum, Ordinariatus illos solummodo clericos coniugatos ad ordines sacros promovebunt, qui mulieres graeco-catholicas habebunt, propterea nulli clerico matrimonium inire licebit, priusquam Ordinariatui concernenti personam, quam ducere intendit, insinuaverit, atque ad id praesulam benedictionem obtinuerit.

---

[6]) Conc. Neocaes. can. 8. S. Nicephor. can. 99, ex Typico (Pitra Tom. V, pag. 337).

In urma Sinodulu admonieza pre preotii casatoriti, cá astufeliu se-si guberneze sociile, si tota cas'a loru, câtu ace'a se sierbésca de esemplu, si spre edificarea toturoru credintiosiloru, atâtu in pietate si in harmonia, câtu si in ordine buna si in activitate neobosita.

### CAPU V.

**Despre a dou'a casatori'a a clericiloru, cari au primitu ordurile sacre.**

De ora-ce Apostolulu concediendu veduvei, carea nu se ar' poté infrênâ, a trece la a dou'a casatoria, adauge *cà mai fericita ar' fi de ar' remané asia* [1]), pentru ace'a in baseric'a nostra se-a consideratu a dou'a si a trei'a si celelalte nunte, de si intre laici se considerau de valide, inse mai pucinu perfecte, si demne de ore-careva correptiune [2]).

Baseric'a nostra inse a condamnatu cu totulu casatori'a a dou'a a clericiloru, ce au primitu ordurile sacre [3]), dictandu pedepse canonice contr'a celoru ce aru tentá astufeliu de casatoria [4]) precum recunósce si enuncia si insasi instructiunea emanata dela Sacra Congregatiune de propaganda Fide de dto 28 Juniu 1858.

### CAPU VI.

**Despre distractiunea privata a clerului.**

Fiindu-cà ins'asi natur'a omului recere, cá dupa ostenéla mai indelungata, prin repausu si onesta distractiune se-si renoiésca poterile atâtu cele trupesci câtu si cele spirituali, cá astufeliu cu indoita energia se se apuce érasi de lucrarile sale: pentru ace'a Preotiloru inca suntu iertate distractiunile recreatorie, si conforme statului preotiescu.

Distractiunile iertate si recomendavere clerului suntu: conversatiunile cu barbati culti, si cu poporenii sei, facia cu cari preotulu se se pórte cu gravitatea receruta cá si unu parinte necompromitiendusi védi'a in aintea acelora ori atragêndu-si invidia. Éra in atingere cu barbati de alte confesiuni preotii trebue se arete iubire, si se se porte cu tota modesti'a, se grigésca inse, cá nu cumva

---

[1]) 1. Cor. VII, 39, 40. — [2]) Conc. Neocaes. can. 7; S. Basil. can.



Demum Synodus Presbyteros coniugatos hortatur, vitae socias omnemque rem familiarem ita moderari, ut omnibus fidelibus tam in pietate ac concordia, quam in bono ordine ac indefessa industria exemplo ac aedificationi sint.

### CAPUT V.

**De secundis nuptiis Clericorum in sacris Ordinibus constitutorum.**

Cum Apostolus viduae continentiam servare haud valenti ad secundas nuptias transire concedens, subiunxerit *„Beatior autem erit si sic permanserit"* [1]), idcirco in Ecclesia nostra secundae, tertiae et ulteriores nuptiae licet inter laicos validae, tamen minus perfectae, atque correptione quadam dignae putabantur [2]).

At Ecclesia nostra Clericorum in Sacris Ordinibus constitutorum secundas nuptias omnino damnavit [3]), poenas canonicas in eiusmodi matrimonia attentantes sanciendo [4]), prouti agnoscit et enunciat ipsa quoque Instructio a S. Congregatione de Propaganda Fide die 28 Iunii anni 1858 hac in re emanata.

### CAPUT VI.

**De privata clericorum Recreatione.**

Quum ipsa indoles hominis post diuturniores labores tam corporis quam animi vires quiete ac honesta recreatione reparare postulet, ut sic viribus additis denuo suas agrediatur occupationes: propterea sacerdotibus quoque oblectamenta exhilarantia atque statui sacerdotali convenientia permittuntur.

Recreationes licitae ac clero recommendabiles sunt: conversationes cum viris eruditis, nec non cum fidelibus propriis, erga quos sacerdos omni gravitate velut pastor se gerere debet, — attendendo ne auctoritas sua in eorum oculos ac invidiam incurrat, in conversando vero cum aliarum confessionum asseclis, sacerdotes dilectionem exercere, omnique modestia se gerere

---

41, 50. — [3]) Can. Apost. 17, 26. — [4]) Conc. Ancyr. can. 10; Conc. Neocaes. can. 2; Conc. VI, can. 3.

prin acomodare in cele religiose se dovedésca indiferentismu: dreptu ace'a se se nesuiésca cu arguminte fundate a sustiené respectulu cuvenitu adeveruriloru credintiei precum si a institutiuniloru basericesci.

Mai incolo suntu iertate clerului petrecerile oneste in case private onorate, preamblarea, cultivarea musícei si a cantului mai virtosu a celuĭ sacru, cultivarea pomiloru, floriloru, si gradiniloru.

Nu pote ivse suferí Sinodulu, cá preotii se cetésca càrti oprite si immorali, se cerceteze crisĭmele, afara de casulu necessitatei in caletorii [1]), precum nice ace'a, cá se se imbete, mai in colo nu pute suferí, cá preotii se amble la venatulu fieréloru [2]), se se joce in càrti din patima, si cu indemnu de castigu [3]), si cu omeni càrtiasi de professiune, asemenea nu iérta Sinodulu frecuentarea teatreloru profane, participarea la jocurile, ce se facu cu ocasiunea ospetieloru si a baluriloru [4]), precum nice amblarea in tempu de nopte [5]), cá astufeliu se pota incungiurá ori-ce prepusu sinistru.

In urma Sinodulu admoniéza pre Preoti, cá in distractiunile loru se-si aduca aminte de cuvintele santului Apostolu Paulu, carele dîce: *„Cei ce se folosescu cu lumea acést'a* (se fia) *cá cum nu se-aru folosí, cà trece tipulu lumei acesteia“* [6]), si érasi *„blandetiele vostre se fie sciute totuloru omeniloru: Domnulu aprope este“* [7]).

## CAPU VII.

### Despre vestimentulu clerului.

Preotii suntu detori cu reverintia a priví darulu chiamarei loru, si a nu se lapedá nice in portulu din afara de starea si deregatori'a preotiésca: dreptu ace'a in sensulu s. s. Canone. Preotii suntu datori a portá vestĭmente indatinate si corespundietorie statului seu, folosindu-se de acele atâtu in caletorii câtu si in alte ocupatiuni [8]).

De unde Sinodulu strinsu obléga pre toti Preotii, cá de câte-ori celebréza s. Liturgía se fia imbracati in vestĭmentu talariu. Precum si candu se infacisieza la Ordinaritu, la adunàri protopopesci, ori la deregatoriile din afara, se fia imbracati in vestĭminte preotiesci cuvenite statului.

[1]) Can. Ap. 42, 54; Conc. Laod. can. 24. — [2]) Can. Ap. 42. —



debent, — curent attamen ne forte accomodatione in sacris indifferentismi argumenta praebeant: idcirco respectum fidei veritatibus atque Ecclesiae institutionibus debitum firmis rationibus tueri studeant.

Porro clericis permittuntur honestae recreationes in domibus privatis honoratis, deambulatio, musicae, cantusque potissimum ecclesiastici exercitatio, pomorum, florum, nec non hortorum cultura.

Synodus autem tolerare haud potest, ut sacerdotes libros prohibitos ac immorales legant, popinas visitent, excepto casu necessitatis in itinere [1]), sicuti nec ut inebrientur: porro haud potest tolerare, ut sacerdotes ferarum venatui vacent [2]), chartifoliis cum animi affectione ac lucri cupidine ludant [3]), vel cum viris studiosissime chartifoliis ludentibus, pariter Synodus haud admittet spectacula profana adire, saltationum in conviviis nuptialibus, sive in choreis participes fieri [4]), item nocturno tempore vagari [5]), ut sic omnem sinistram suspicionem effugiant.

Postremo Synodus sacerdotes monet, ut in recreationibus verborum S. Pauli Apostoli meminerint, qui dicit *„Qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur; praeterit enim figura huius mundi“* [6]), — et rursum *„modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus prope est“* [7]).

## CAPUT VII.

### De Clericorum Habitu.

Sacerdotes donum vocationis suae reverentia prosequi tenentur, atque ne habitu quidem externo statum ac munus sacerdotale spernere, idcirco in sensu SS. Canonum Sacerdotes vestes consuetas ac statui suo convenientes deferre, iisque tam in itineribus, tam aliis negotiis distenti uti tenentur [8]).

Unde Synodus omnes Sacerdotes stricte obligat, ut quoties S. Liturgiam celebrarent, veste talari induantur, — prout etiam Ordinariatum, congregationes districtuales et magistratus civiles adeuntes habitum sacerdotalem statui convenientem deferant.

[3]) Conc. Laodic. can. 54; Conc. VI, can. 24. — [4]) Const. Ap. lib. I. cap. 4. — [5]) I. Cor. VIII, 31. — [6]) Philipp. IV, 5. — [7]) Conc. VI, can. 28.

In alte afaceri si ocupatiuni Preotii se potu folosí si de vestîminte preotiesci civili, asisderea de colore négra seau obscura, oprite fiendu vestîmentele scurte de dupa mod'a mireniloru si de colóre deschisa.

Mai incolo se facu atenti, cá si in portarea vestîmenteloru cuvenite statului se urmeze modesti'a si umilinti'a prescrisa in s. s. Canone [1]).

Pentru ace'a se voru ferí a portá pre vestîmintele loru sinore de alta colóre [2]), ori vestîminte lucsuose, ânele in degete [3]), afora de Episcopi, si de alti demnitari, caror'a li competu. Era de alta parte incungiurandu necuratieni'a si negligenti'a esteriorului, si in ast'a privintia se se nesuiésca a sustiené decorea clericala, aducêndu-si aminte, cà curatî'a din afara nu fara temeiu se socotesce de semnulu puritateî interne.

Toti aceia, cari aru face in contr'a asiediemiuteloru disciplinari deduse mai susu, voru fí pedepsiti dupa rigorea s. s. Canone.

## TITULULU VIII.

## DESPRE ORDULU MONASTICU ALU S. BASILIU MARELE.

---

### CAPU I.

**Despre restaurarea ordului Santului Basiliu marele.**

Dorinti'a de a se inaltiá prin deprinderea practica a sfaturiloru evangelice [4]), la una mai mare perfectiune morala, déde origine la modulu mai severu de viétia religiosa numita mai tardîu si monastica, in carea barbati cu pietate destinsa, prin votulu castitatei perpetue, alu saraciei de buna voia, si alu ascultarei perfecte, si prin observarea asiediaminteloru rônduite spre usiorarea tienerei aceloru voturi, sau intrunitu sub unulu si acelasi superioru spre a se deprinde in celea mai alese virtuti evangelice, si lapedandu-se de tote poftele lumei, a-si cercá asilu in singuratate.

---

[1]) Conc. VII, can. 16. — [2]) Ibid. — [3]) Constit. Apost. lib. I, cap.



In aliis negotiis ac occupationibus Presbyteri vestibus sacerdotalibus civilibus quoque nigri sive obscuri coloris indui possunt, prohibito attamen existente vestitu breviori, more laicorum et aperti coloris.

Porro monentur vel in vestibus proprio ordini congruentibus gestandis modestiam ac humilitatem a SS. Canonibus praescriptam sectari [1]).

Itaque cavebunt, ne in vestimentorum suorum fimbriis alieni coloris lineas adiiciant [2]), ne splendidis ac pretiosis vestibus exornentur, ne annulos palam digitis suis inserant [3]), exceptis Episcopis, aliisque Ecclesiae Dignitariis, quibus competit. Ex alia vero parte immunditiem ac habitus externi neglectum vitantes hoc quoque sub respectu decorem clericalem servare studeant, memores, quod habitus extrinseci decentia haud sine causa intrinsecam morum honestatem exprimat.

Quicumque statutis disciplinaribus superius deductis contraire praesumerent, rigori poenarum a SS. Canonibus sancitarum subiacebunt.

## TITULUS VIII.

## DE ORDINE MONASTICO S. BASILII MAGNI.

---

### CAPUT I.

**De Ordine S. Basilii Magni restaurando.**

Desiderium practico consiliorum evangelicorum exercitio [4]) ad maiorem moralem perfectionem ascendendi, originem dedit severiori rationi vitae religiosae serius monasticae dictae, in qua pietatis disctinctae viri, castitatis perpetuae, paupertatis voluntariae et obedientiae perfectae voto, nec non statutorum ad eorumdem votorum adimplementum facilius reddendum destinatorum observantia sub uno eodemque capite coaluere, — ut in praecipuis evangelicis virtutibus se se exercerent, atque omnibus mundi voluptatibus spretis, in solitudine asylum quaererent.

---

2, n. 9. — [4]) Matth. XIX, 11, 12, 21; Luc. IX, 23; XIV, 33.

Acést'a institutiune apretiuindu-se de càtra Baserica dupa meritulu ei, si latînduse cu rapediune in tote pąrtile lumei crestine, mai virtosu pentru conformitatea ei cu spiritulu Evangeliei, din singuratate a trecutu si la cetàti, si dobàndi ore-si care organisare mai detaiata de càtra unii Parinti straluciti ai Basericei, intre cari cuprinde locu de frunte S. Basiliu Marele.

Acestu mare Parinte alu Basericei cu scopu cà viéti'a singuratica se nu se abata dela sant'a ei destinatiune, déde acelei institutiuni regule potrivite, cari pàna in dîu'a de astadi suntu urmate in Baseric'a orientala. — Cei ce imbracisiéza modulu vietiei prescrisu de S. Basiliu, si-retienura numirea de Monachi, si se numescu Basiliti.

Baseric'a grecésca in legislatiunea canonica a ei invederatu a doveditu, càta insemnatate pune pre institutulu acestu salutariu, si pentru ace'a nu numai a nesuitu din tempu in tempu a luá mesurele necesarie, pentru a mediulocí, cá ordulu monasticu alu S. Basiliu se respunda deplinu chiamarei sale primitive, ci totu de una data pentru marile merite, ce-si castigà acelu ordu facia cu baseric'a, atâtu pre terenulu cultivarei scientieloru sacre si alu educatiunei tinerimei, càtu si cu privire la latirea religiunei crestine, la conservarea moralitatei in poporu, si la inaintarea decorei cultului divinu: nu se-a indoitu a-i atribuí una influintia destinsa preste intregu organismulu basericescu alu ei.

De unde inaltiandu la treptele cele mai de frunte ale ierarchiei basericesci pre barbatii eminenti din sinulu ordului monasticu basilitanu, primì dela acei'a multe legi si institutiuni salutarie, apte spre conservarea disciplinei basericesci, si a pietatei crestinesci.

Dreptu ace'a Sinodulu avêndu in vedere, cà Ordulu santului Basiliu, amesuratu institutiunei lui primitive, este unu faptoru preainsemnatu si binemeritatu in viéti'a Basericei nostre, si cà prin urmare neglegerea seau chiaru apunerea acelui Ordu se pote cugetá de una mare scadere pentru intregitatea organismului basericescu: afla cu cale a edíce in principiu restaurarea Ordului santului Basiliu marele in tote diecesele acestei Provincie.



Haec institutio ab Ecclesia pro merito suo aestimata, atque per omnes Christiani orbis plagas celeriter dilatata, potissimum ob eiusdem cum S. Evangelii spiritu consonantiam, e solitudine ad urbes quoque commigravit, atque ex parte quorumdam eximiorum Ecclesiae Patrum, inter quos S. Basilius principem tenet locum, constitutionem magis praecisam assequuta est.

Magnus iste Ecclesiae Pater, ne vita solitaria a sacro suo fine declinaret, regulas huic institutioni accomodatas praescripsit, quae in Ecclesia orientali hodiedum asseclas numerant. — Qui vitae rationem a S. Basilio praescriptam amplectuntur, monachorum nomine insigniuntur, Basilitaeque audiunt.

Ecclesia Graeca in legislatione sua canonica palam ostendit, quantum ponderis huic salutifero instituto tribuerit, — propterea non solum pro tempore et pro re necessaria consilia capere adnitebantur, ut Ordo monasticus S. Basilii pristinae suae vocationi adamussim responderet sed etiam ob insignia merita, quae Ordo ille erga Ecclesiam tam in scientiis sacris excolendis, ac iuventute instituenda, quam in religione christiana propaganda, in populi moribus tuendis, nec non in cultus divini decore promovendo sibi comparaverat, haud dubitavit illi in totam ecclesiasticam constitutionem vim salutarem conferre.

Unde viros eminentes e gremio ordinis monastici Basilitarum ad praecipuos hierarchiae Ecclesiasticae gradus evehendo, ab illis plurimas leges ac salutares institutiones disciplinae ecclesiasticae ac pietati christianae conservandae idoneas consequuta est.

Itaque Synodus considerans S. Basilii Ordinem, iuxta primaevam sui institutionem in vita Ecclesiae nostrae partem permagni momenti nec non benemeritam constituere, atque illius ordinis neglectum vel plane interitum constitutionis ecclesiasticae integritati damnum afferre; opportunum ducit, Ordinis S. Basilii Magni in omnibus huiusce Provinciae Dioecesibus restaurationem in principio edicere.

CAPU II.

**Despre regularea si organisarea monastiriloru acestui Ordu in Provinci'a basericésca greco-catolica de Alb'a-Julia.**

Pentru-cá Ordulu monasticu alu S. Basiliu restaurandu-se in acést'a Provincia se pota respunde scopului si destinatiunei sale, este neaparatu de lipsa, cá acel'a amesuratu spiritului religiosu propriu acestui institutu se se reformeze, respective se se revoce in viétia.

Dreptu ace'a Sinodulu afla cu cale a édîce si ace'a, cumcà restaurarea numitului Ordu are se se intemple atâtu pre bas'a asiediaminteloru cuprinse in regulele, si alte scrieri ascetice ale S. Basiliu marele, câtu si pre bas'a s. s. canone ale Basericei nostre, fiindu-cà numai in modulu acest'a se pote sperá cu temeiu inflorirea vietiei monastice in Ordulu restaurandu, si corespunderea densului intru tote la relatiunile de dreptu, ce se-au desvoltatu in legislatiunea Basericei nostre.

Cu privire la prefigerea asiediaminteloru de disciplin'a domestica, si la modalitatea desvoltarei spiritului religiosu si a vietiei monastice, sinodulu cu totu de a dinsulu pretinde: se se aiba in vedere, si cu scumpetate se se aplice invetiaturile salutarie cuprinse in opurile S. Basiliu marele asia numite ascetice, etice seau morali, precum si in cartea: *Regularum fusius disputatarum*", si cea alalta *„Regulae per compendium et interrogationem"*, in cartea numita *„Constitutiones monasticae"*, si in cartea *„De vera atque integerrima virginitate"* [1]).

Éra ce se tiene de disciplin'a esterna a ordului S. Basiliu, si de relatiunea monastiriloru intre sine, precum si facia cu autoritàtile ierarchice, Sinodulu poftesce, cá in tote aceste Ordulu monasticu se se reguleze si se se acomodeze prescrieriloru s. s. canone.

Pentru legatur'a organica intre membrii ordului restaurandu, pentru mai usior'a desceptare si conservare a spiritului monasticu, si pentru uniformitatea disciplinei, Sinodulu afla de bine a decide: cá monastirile restaurande si infientiande in tote Diecesele acestei Provincie, in tote cele monastice interne se fie subordinate unei monastiri mame, in fruntea carei-a se stèe unu Protoegumenu seau Archimandritu.

[1]) S. Basilii Magni opera, quae latine extant omnia. Coloniae Agrippinae an. 1617 a pag. 236—399.



CAPUT II.

**De Monasteriis huiusce Ordinis in Provincia Ecclesiastica graeco-catholica Alba-Iuliensis constituendis atque coordinandis.**

Ut Ordo monasticus S. Basilii in hac Provincia resuscitatus fini ac destinationi suae respondere valeat, necessarium est, ut ille spiritui religioso huic instituto proprio conformiter reformetur, respective in vitam vocetur.

Quamobrem Synodus id quoque edicendum censet, dicti Ordinis restaurationem tum ad normam statutorum in regulis, aliisque S. Basilii Magni scriptis asceticis comprehensorum, tum ad SS. Ecclesiae nostrae Canonum dictamen fieri debere, namque sic solummodo fundate sperari potest fore, ut in Ordine restaurato vita monastica efflorescat, atque Ordo iuris relationibus in Ecclesiae nostrae legislatione evolutis penitus congruat.

Ad statuta disciplinae domesticae, nec non spiritus religiosi vitaeque monasticae evolutionis modum determinandum, Synodus ex proposito iubet: ut doctrinae salutares in operibus S. Basilii Magni asceticis, ethicis sive moralibus dictis, item in libro: *„Regularum fusius disputatarum"* nec non *„Regularum per compendium et interrogationem"*, praeterea in libro *„Constitutiones monasticae"* dicto, atque in libro *„De vera atque integerrima virginitate"* [1]) contentae prae oculis habeantur, riteque applicentur.

Quod Ordinis S. Basilii disciplinam externam, atque Monasteriorum inter se et ad hierarchicas auctoritates relationem attinet, Synodus exigit, ut Ordo monasticus hisce sub respectibus ad SS. Canonum dictamina constituatur atque accommodetur.

Ad organicum inter Ordinis restaurandi membra nexum firmandum, ad spiritum monasticum facilius excitandum servandumque, nec non ad disciplinae uniformitatem tuendam, Synodus decernit: ut Monasteria restauranda atque in omnibus huius Provinciae Dioecesibus erigenda, in cunctis monasticis internis negotiis monasterio matri, cui Protohegumenus sive Archimandrita praesit, subordinentur.

Episcopulu respectivu pre cei ordinati pote se-i dispuna pre calea Protoegumenului la alte monastiri din dieces'a s'a seau la ver-un'a parochia, seau de voru fí cualificati si de Profesori la ver-unu institutu literariu, deca se-ar' recere acést'a pentru binele Basericei si a credintiosiloru, si deca prin ace'a nu se vetama constitutiunile monastice.

Preste totu Ordulu monasticu intru tote asia stà sub jurisdictiunea Episcopului diecesanu, câtu este indatoratu a portá grigi'a cuvenintiosa preste tote monastirile, ce se afla in teritoriulu lui, si a priveghiá, cá in acele disciplin'a monastica se se abserveze amesuratu prescriseloru S. S. canone [1]).

Ce se tiene de infientiarea mànastiriloru, acele numai cu scirea si cu invoirea Episcopului respectivu se potu intemeiá, si dupa-ce suntu destinate si consecrate de monastiri, acele impreuna cu bunurile de densele tienatorie nu mai potu fí intrebuintiate spre alte scopuri mirenesci [2]).

Deci pre bas'a acestoru principii a legislatiunei nostre canonice Sinodulu avêndu in vedere de o parte vechimea si multele merite, ce si le-a castigatu inca in secululu trecutu manastirea Santei Treime dela Blasiu, de alta parte impregiurarea, cà ace'a se afla la scaunulu metropolitanu, si cà ace'a in intielesulu litereloru fundatiunali imperatesci din 21 Augustu 1738 este dejá proveduta cu venituri considerabili: inaltia prin acést'a manastirea Santei Treime din Blasiu la demnitatea de monastire mama pentru tota Provinci'a basericésca greco-catolica a Albei-Julie, subordinandu-i nu numai tote mànastirile actu esistenti in acést'a Provincia, dintre cari anumitu mànastirea dela Bicsadu, aflandu-se in cele monastice sub jurisdictiunea Protoegumenului manastirei S. Nicolau dela Muncaciu, prin acést'a se enuncia, a fí de lipsa, cá din partea Ordinariatului de Gherl'a se se puna pasii necesarii la locurile sale, cá ace'a se se scota de sub ace'a jurisdictiune si atârnare in sensulu Bulei canonizatorie a Episcopatului de Gherl'a, carea emanata 6 Calendas Decembris 1853 cu pasulu initiale *„Cunctis sit notum“*, intre altele enuncia *„Auctoritate nostra Apostolica . . . . . Ecclesias, monasteria, con-*

[1]) Conc. IV, can. 4. —



Episcopus respectivus sacris ordinibus initiatos, si Ecclesiae atque fidelium bonum exposceret, et salvis monasticis Constitutionibus disponere potest mediante Protohegumeno ad alia Dioecesis suae Monasteria, nec non ad aliquam Parochiam, idoneos autem ad cathedras quoque Professorales penes quoddam litterarum Institutum applicare potest.

Generatim loquendo Ordo monasticus ita iurisdictioni subjacet Episcopi Dioecesani, ut omnium Monasteriorum territorio ipsius existentium debitam curam habere debeat, atque invigilare, ut in illis disciplina monastica ad praescripta SS. Canonum vigeat [1]).

Quoad Monasteriorum erectionem, illa sciente tantum ac consentiente Episcopo concernente fundari possunt, atque postquam semel in monasteria destinata ac consecrata sunt, una cum bonis ad ipsa spectantibus in alios fines mundanos converti haud possunt [2]).

Hisce legislationis nostrae canonicae principiis conformiter Synodus considerans ex una parte vetustatem, ac multa merita, quae Monasterium Sanctissimae Trinitatis Blasiense iam saeculo elapso sibi comparaverat, ex altera parte illam circumstantiam, quod hocce Monasterium penes Sedem Metropolitanam constitutum, atque in sensu literarum fundationalium Imperialium de die 21 Augusti 1738 requisitis reditibus auctum sit: Sanctissimae Trinitatis Blasiense Monasterium ad dignitatem Monasterii Matris pro universa Provincia ecclesiastica graeco-catholica Alba-Iuliensi hisce evehit, eidem subordinando non solum omnia in hac Provincia actu existentia Monasteria, quae inter nominatim quoad Monasterium Bicsadiense ad usque Protohegumeni Monasterii S. Nicolai Munkacsiensis iurisdictioni in monasticis subiectum existens, Synodus necessarium esse enunciat, ut Ordinariatus Armenopolitanus apud loca competentia illius in dicta iurisdictione ac dependentia exemptionem exoperari curet, in sensu Bullae Episcopatum Armenopolitanum confirmantis, VI Kalendas Decembris 1853 emanatae cuius initium *„Cunctis si notum“* qua inter alia enunciatur: *„Auctoritate*

[2]) Conc. IV. can. 24; Conc. VI, can. 49.

*ventus, utriusque sexus personas . . . sive sub Episcopi Munkacsiensis, sive sub Episcopi Fogarasiensis jurisdictione hactenus fuerunt, ab illorum ordinaria potestate prorsus eximimus et liberamus, easque sic exemptas novi Episcopi Armenopolitani eiusque in perpetuum successorum spirituali potestati attribuimus, ac subiectas declaramus".* Ci manastirei mame din Blasiu subordinàmu si tote manastirile de Ordulu S. Basiliu infientiande in venitoriu, si cari esista.

Dreptu ace'a Sinodulu concrede Ordinariatului metropolitanu, cá densulu midilocindu susceperea tineriloru de buna sperantia in ordulu Basilitanu, si tramitiendui la institute mai inalte de invetiamentu, si de educatiune monastica, prin zelulu si activitatea loru se restaureze ace'a manastire mama. Acést'a realisandu-se din fie-care diecesa se se tramita la manastirea mama tineri, cari aru avé chiamare la statulu monasticu, cari apoi sustienendu prob'a novitiatului, asisderea se se tramita la institute mai inalte, spre a-se perfectiuná in studiile filosofice si teologice, precum si in deprinderea vietiei monastice, cari dupa acea reintorcundu-se in Diecesele loru, si inaintanduse la ordurile sacre, se se asiédie in manastirile esistenti ori infientiande.

## CAPU III.

### Despre aplicarea Basilitiloru la catedrele professorali in gimnasiile greco-catolice diecesane.

Restaurandu-se manastirea Preasantei Treime din Blasiu, si provediendu-se ace'a cu barbati cualificati, si in numeru cá acel'a, câtu prin aplicarea unor'a din monachi, atâtu la deregatoriile mànastiresci, câtu si la catedrele gimnasiali, vigorea spiritului religiosu si disciplin'a vietiei monastice nice una scadere se nu sufere: Sinodulu judeca a fí cu cale, cá Parintiloru Basiliti se li se concreda institutiunea tinerimei gimnasiali din Blasiu in câtu va fí cu potintia baremu in parte, poftindu acést'a de una parte insesi literele fundationali [1]), de alt'a chiaru si prosperarea si inflorirea invetiamentului, de-ora-ce numai asiá se-aru poté realisá, prin stabilitatea mai asecurata a Profesoriloru, perfectiunarea poteriloru de invetiamentu.

[1]) Dato 21 August. 1738 punct. 4.



*nostra Apostolica . . . . . Ecclesias, monasteria, conventus, utriusque sexus personas . . . sive sub Episcopi Munkacsiensis, sive sub Episcopi Fogarasiensis iurisdictione hactenus fuerunt, ab illorum ordinaria potestate prorsus eximimus et liberamus, easque sic exemptas novi Episcopi Armenopolitani eiusque in perpetuum successorum spirituali potestati attribuimus, ac subiectas declaramus";* — sed Monasterio Matri Blasiensi omnia Ordinis S. Basilii in futurum quoque erigenda Monasteria subordinamus.

Itaque Synodus Ordinariatui metropolitano concredit, ut bonae spei iuvenes in Ordinem Basilitarum assumendo, eosque ad subliminiora litterarum nec non Monasticae educationis instituta mittendo, eorum zelo ac activitate Monasterium Principale sive Archimonasterium Blasiense restauret. — Hoc peracto, ex singulis Dioecesibus ad Monasterium isthoc iuvenes, qui vocationem ad statum monasticum haberent, mittantur, qui postquam Novitiatus experimentum subierint, pariter ad subliminiora instituta semet in studiis philosophicis ac theologicis nec non in vitae monasticae exercitio perficiendi gratia mitantur, — qui deinde in Dioeceses suas reversi, ac Sacris Ordinibus initiati, ad Monasteria existentia vel erigenda disponantur.

## CAPUT III.

### De Monachis Basilitis ad cathedras in Gymnasiis graeco-catholicis Dioecesanis applicandis.

Monasterio Sanctissimae Trinitatis Blasiensi restaurato, eoque idoneis ac tot numero viris exornato, ut spiritus religiosi vigor ac vitae monasticae disciplina, quorumdam monachorum tam ad officia monastica, quam ad cathedras gymnasiales applicatione, nullum detrimentum patiatur; Synodus opportunum censet iuventutis gymnasialis Blasiensis institutionem, in quantum fieri potest, saltem ex parte Patribus Basilitis comittendam esse, — cum id ex una parte ipsae fundationales litterae [1]), ex alia vero parte institutionis quoque bonum ac emolumentum exposcere videatur, namque hac solummodo ratione obtineri poterit, ut viri institutioni addicti stabilius munere suo fungantur, ac proinde ipsa institutio laetiora capiat incrementa.

Cu privire la invetiamentulu dela alte gymnasii greco-catholice din acést'a Provincia basericésca, Sinodulu din motivele amintite doresce, cá in catu va fí cu potintia si se va recere, si la acele se se aplice Parinti, si in specie ce se tiene de Gymnasiulu Episcopescu din Beiusiu, Sinodulu primesce cu via placere urmatori'a dechiaratiune a Illustritatei sale Episcopului greco-catolicu actualu dela Oradea mare: *„Si in Dièces'a Oradeana se pote introduce, in catu Episcopulu Diecesei Oradane se dechiara a tradá tota fundatiunea Gymnasiului de Beiusiu Basilitiloru, ma cu consensulu santului Scaunu Apostolicu si a-lu Maiestatei sale, dupa regularea dominiului Episcopescu de Beiusiu, a-li concede un'a parte corespundietoria de pamentu aratoriu si de padure“* . . . .

### CAPU IV.

**Despre aplicarea acelor'a dupa cercustari sì la alte institute de crescere.**

La intemplarea ace'a preadorita, candu Ordulu S. Basiliu, in Provinci'a aceast'a ar' luá unu sboru atatu de imbucuratoriu, in catu pre langa observarea esacta a disciplinei monastice, si inflorirea vietiei religiose, ar' produce resultatele asceptate pre terenulu invetiamentului gimnasialu, unde aru fí aplicati, Sinodulu nu este in contra a-li pune in prospectu Pàrintiloru Basiliti aplicarea celoru mai destinsi de-intre densi de Spirituali in Seminarii, ori de Profesori la Teologia, seau de Religiune in scolele normali, si preparandiali, pre cum si concrederea eventuala a conducerei unoru institute de crescere a tinerimei, precum aru fí Seminariile de prunci si convictele greco-catholice romane ale acestei Provincie.

## TITULULU IX.

## DESPRE INSTITUTIUNEA JUNIMEI.

### CAPU I.

**Despre educatiunea si institutiunea clerului tineru.**

Deora-ce guvernarea sufleteloru este maestri'a maiestrieloru, Baseric'a totu de a un'a a fostu cu luare aminte destinsa la ace'a, cá din tineretie se pregatésca individi caror'a se li concréda pastorirea sufleteloru. Pentru ace'a si infientià in-



Quoad institutionem vero in reliquis huius Provinciae ecclesiasticae Gymnasiis graeco-catholicis, Synodus e motivis superius allatis desiderat, ut in quantum fieri poterit, ac necessarium duceretur, ad eadem quoque Patres applicentur, atque speciatim quod Gymnasium Episcopale Belenesiense spectat, Synodus sequentem Illustrissimi Domini moderni Episcopi graeco-catholici Magno-Varadinensis declarationem magno animi gaudio excepit: *„In Dioecesim quoque Magnovaradinensem Ordo iste introduci potest, namque Dioecesis Magnovaradinensis Episcopus paratum se exhibet, totam Gymnasii Belenyesiensis fundationem Basilitis tradere, imo S. Sedis Apostolicae ac Maiestatis Suae consensu illis dominio Episcopali Belenyesiensi regulato, agrorum ac sylvarum partem congruam tribuere velle“* . . . .

### CAPUT IV.

**De illorum pro adiunctis ad alia quoque educationis instituta applicatione.**

Exoptatissimo illo eventu, quo S. Basilii Ordo in hac Provincia adeo felicia caperet incrementa, ut penes disciplinae monasticae exactam observantiam, atque vitae religiosae efflorescentiam, in institutione gymnasiali, ubi adhibiti fuerint, progressus expectatos produceret: Synodus haud abnuit Patribus Basilitis in prospectu sistere fore, ut illorum praestantissimi in Seminariis, qua Spirituales ac Theologiae Professores, in scholis vero normalibus ac praeparandorum qua doctrinae Religionis magistri applicentur, nec non ut quaedam educationis iuventutis instituta, prouti puerorum Seminaria ac Convictus graeco-catholici romani huiusce Provinciae, eorumdem futurae directioni concredantur.

## TITULUS IX.

## DE IUVENTUTIS INSTITUTIONE.

### CAPUT I.

**De cleri iunioris educatione ac institutione.**

Quum animarum regimen ars artium sit, Ecclesia iugi sollicitudine ferebatur, ut a pueris individua efformet, quibus animarum curam demandaret. — Idcirco penes Episcopia ac Monasteria instituta quoque theologica erexit, in quibus praeter

stitute theologice pre langa Episcopii si Manastiri, in cari pre langa cunoscintiele necesarie gramaticali si filosofice se propuneau candidatiloru de preoția mai virtosu scientiele s. Scripturi, si a ss. canone basericesci [1]), si din tineretie se deprindeau aceia in pietate si in virtutile recerute de statulu, pentru care se pregateau.

Aceste institute theologice numite astadi si Seminarii, fiendu in interesulu celu mai mare pentru binele si venitoriulu s. Baserice, pretindu tota solicitudinea Ordinariateloru. Dreptu ace'a Sinodulu nu pote din destulu a recomandá Ordinariateloru, cá acele din tote poterile si dupa tote mediulocele, ce li stau sub dispusetiune, se se nàsuiasca, nu numai a infientiá seminarii theologice proprii in Diecesele loru; ci acele astufeliu a le organisá, in catu atatu cu privire la dotarea si la buna administrarea interna economica si disciplinaria, catu si cu privire la institutiunea theologica preadeplinu se respunda cerintieloru tempului, si asceptarei Besericei nostre greco-catholice.

Si anume Directiunea Seminarieloru se se concréda barbatiloru intielepti, cu esperintia, si devotati crescerei tinerimei clericali, si incâtu este cu potintia la barbati celibi. Éra pentru manuducerea spirituala a clericiloru, in fie-care Seminariu se se constitue câte unu spiritualu, barbatu blandu, piu, affabilu, eloquentu si eruditu in scientiele sacre, mai virtosu in scienti'a ascetica. Asemenea si catedrele professorali se se concréda pre calea concursului barbatiloru de eruditiune si pietate comprobata, cari fiendu dotati dupa cuvenintia, in decursulu mai indelungatu de servitiu, se aiba ocasiune a se perfectioná in studiile loru speciali, si spre scopulu acest'a seminariele se fie inzestrate cu bibliotece bine organisate si din tempu in tempu inavutîte cu operile cele mai alese si mai necessarie.

Limb'a propunerei in Seminariele nostre diecesane este limb'a cultului domnedieescu, cu tote aceste Sinodulu nu vré a prejudecá dreptului Ordinariateloru de a dispune, cá in Seminariile loru unulu ori altu studiu se se propuna si in limb'a latina.

Studii obligatorie pre lunga cele indatinate se fie si studiulu dreptului Basericei de ritulu grecu, a ritului basericescu,



Grammaticae ac Philosophiae rudimenta Presbyteratus candidatis praesertim sanctae Scripturae ac SS. Canonum scientia tradebatur [1]), — ibique a tenera aetate, in pietate ac virtutibus statui, ad quem se parabant, convenientibus exercitabantur.

Instituta isthaec theologica, hodie Seminaria quoque dicta, cum pro bono ac futura S. Ecclesiae prosperitate maximi momenti sint, omnem Ordinariorum sollicitudinem exposcunt. — Itaque Synodus haud potest sat sufficienterque Ordinariis commendare, ut illi pro cunctis suis viribus ac omnibus, quae praesto sunt, mediis adhibitis non solum propria Seminaria theologica in Dioecesibus propriis erigere, verum eadem ita quoque instituere adlaborent, ut tum quoad dotationem, ac bonam internam oeconomicam nec non disciplinarem administrationem, quam quoad theologicam institutionem, exigentiae aevi atque Ecclesiae nostrae graeco-catholicae expectationi adamussim respondeant.

Ac in specie regimen Seminariorum viris prudentibus, ac cleri iunioris educationi addictis, ac quantum fieri potest caelibis vitae demandetur. Pro directione vero spirituali clericorum in quolibet Seminario constituatur Spiritualis, vir nempe mansuetus, pius, affabilis, eloquens, ac in scientiis sacris, praesertim in ascesi eruditus. — Pariter cathedrae quoque disciplinarum theologicarum via publici concursus, eruditionis ac pietatis comprobatae concredantur viris, qui salario convenienti remunerati, decursu diuturnioris servitii, occasionem semet in studiis specialibus perficiendi nanciscantur, atque hunc in finem Seminaria bibliothecis bene constitutis, ac pedetentim operibus selectissimis et necessariis auctis instructa sint.

Lingua, qua in Seminariis nostris dioecesanis obiecta tradantur, est lingua cultus divini; nihilominus Synodus haud vult derogàre Ordinariorum iuri, praecipiendi, ut in eorum Seminariis unum vel aliud obiectum lingua latina tradatur.

Studia obligata praeter consueta sint quoque studium iuris Ecclesiae Graeci ritus, insuper scientia ritus ecclesiastici, atque

[1]) Conc. Carthag. can. 24; Conc. VII, can. 2. —

si alu eloquintiei sacre in modu theoreticu si practicu. — Éra ce se tiene de educatiunea spirituala a Clerului tineru, Sinodulu decide, cá in tote Seminariile diecesane se se tiena exercitii spirituali de doue ori in anu, la inceputulu cursului anualu, si la ss. Pasci, éra clericii se fie datori a se marturisí celu putinu odata intru un'a luna, si se se indemne la primirea desa a santei Cuminecaturi. Asemenea se se tiena in tota diu'a lectiune spirituala.

Pentru a stêrní emulatiunea in clerulu tineru din aceast'a Provincia si spre a dá ocasiune mai ampla de a se perfectioná in scientiele teologice, Sinodulu primesce in principiu infientiarea unui Seminariu greco-catolicu centralu pentru tota Provinci'a redicandu la Scaunulu metropolitanu, la care se se tramita tineri destinsi din tote diecesele comprovinciali. Catedrele profesorali la acestu institutu se se concreda barbatiloru Doctori de Teologia, ori licentiati in dreptulu basericescu, pre calea concursului publicandu in tota Provinci'a. Profesorii acestia se se indatoreze a elucrá manualele din respectivele loru studii, cari aprobandu-se de Sinodulu provincialu si tiparindu-se pentru uniformitate se se adoptéze cá manuale la tote institutele teologice din Provincia.

## CAPU II.

### Despre scolele gimnasiali confesionali.

Deora-ce etatea tineretieloru, deca de buna ora nu se conduce bine, este plecata spre vitii, si nepregatindu-se prin desvoltarea graduata a facultatiloru intelectuali, remane neapta de a ascultá cu profectu scientiele mai inalte, mai virtosu cele theologice. Dreptu acea mam'a baserica totu de a un'a se a nasuitu a impreuná cu institutele sale theologice, si scole mediulocii pregatitorie. Intru aceste scole se pregateau tinerii, cari aveau aplicare spre statulu preotiescu, in studiile gramatice, rethorice, si filosofice, precum si in artîle frumose cá totu atate scientie ajutorie pentru studiile theologice. Acestea scole mediulocii astadi se numescu si gimnasii, facia cu cari scole Baseric'a cu atatu pote fi mai putinu indiferenta, cu câtu chiaru din acele are se priméscа tineri pregatiti spre a fi susceputi la studiile theologice. De unde se pote intielege de sine, cà



sacrae eloquentiae, modo tam theoretico quam practico. — Quod educationem spiritualem Cleri iunioris attinet, Synodus decernit, ut in omnibus Seminariis dioecesanis exercitia spiritualia bis per annum, initio nempe cursus annui nec non tempore Paschatis habeantur. — Clerici vero decursu anni scholastici semel saltem in mense confiteri teneantur et excitentur ad frequentem communionem. Item quovis die lectioni spirituali adsint.

Ad cleri iunioris huiusce Provinciae aemulationem excitandam, atque ad occasionem semet in scientiis theologicis excolendi praebendam, Synodus in principio admittit, ut penes Sedem Metropolitanam pro universa Provincia Seminarium graeco-catholicum centrale erigatur, ad quod iuvenes selecti e cunctis dioecesibus comprovincialibus mittantur. Scientiarum ad isthoc Institutum Cathedrae concredantur viris in Theologia vel in Iure Canonico Doctoribus vel saltem licentiatis, via concursus in universa Provincia publicandi. Huiusce instituti Professores pro specialibus studiis respectivis elucubrare obligentur manualia, quae a Synodo Provinciali approbata atque typis vulgata uniformitatis gratia in omnibus huiusce Provincae institutis theologicis qua manualia adhibeantur.

## CAPUT II.

### De scholis gymnasialibus graeco-catholicis.

Quum adolescentium aetas nisi a teneris annis bene informetur, in vitia propensa sit, atque nisi graduata facultatum intellectualium evolutione excolatur, ad studiis sublimioribus praesertim vero theologicis cum profectu vacandum inepta haeret; idcirco Mater Ecclesia institutis suis theologicis scholas quoque medias preparatorias adiungere nunquam non adlaboravit. — In his scholis iuvenes, qui vocationem ad statum sacerdotalem haberent, in studiis Grammaticae, Rhetoricae, Philosophiae ac artium liberalium qua in totidem scientiis disciplinarum theologicarum auxiliaribus se praeparabant. Scholae istae mediae hodiae Gymnasia audiunt, erga quae Ecclesia eo minus indifferens esse potest, quum ex ipsis iuvenes bene praeparatos accipiendos habeat, qui ad studia theologica admittantur. — Unde per se intelligi potest, Ecclesiam peculiarem semper adhibuisse sollicitudinem,

Baseric'a deschilinitu a priveghiatu totu de a un'a, cá educatiunea si instruirea tinerimei in astufeliu de institute se se concreda barbatiloru de scientia si pietate probata, dela cari tinerimea se primésca nu numai invetiatura solida in scientia, ci si educatiune religiosa-morala.

Dreptu ace'a Sinodulu recomenda cu de a dinsulu Ordinariateloru cu privire la gimnasiile fundate de catra Episcopii Greco-catholici de pia aducere aminte, si prin urmare intru tote subordinate conducerei si supravighiarei acelor'asi, cá se aplice de Profesori pre calea concursuala barbati baserícesci cualificati, cu moralitate exemplara, si cu adeveratu spiritu preotiescu, se se propuna tote studiile dupa manuale cá acele, in cari nemicu se se afle contra religiunei si a buneloru moravuri, éra in specie ce se tiene de studiulu doctrinei de religiune, Ordinariatele in contielegere se mediulocésca compilarea unui manualu pentru gimnasiulu superioru, in carele, pre langa pertractarea esacta si deslucita a obiecteloru de credintia, de moralu si de istori'a basericésca, se se cuprinda si respunsurile potrivite la objectiunile mai comune nascocite in contr'a religiunei si a basericei catolice in genere, si a basericei greco-catolice in specie. Acestu manualu censurandu-se de barbati de specialitate, si aprobându-se de Ordinariate, se se introduca la tote gimnasiile pentru instituirea tinerimei greco-catolice, care tinerime totu de odata se fie obligata a invetiá cantulu basericescu incepêndu inca din prim'a clasa gimnasiala.

In urma Ordinariatele se fie cu luare aminte, cá in memoratele gimnasii disciplin'a si moralitatea tinerimei se se sustiena, si se se promovéze, pentru ace'a prin Directiunile respective voru dispune cele de lipsa pentru cá tinerimea se frecuentéze regulatu s. Baserica in Dominici si Serbatori, se se infatisieze la catechisari cu pietatea si pregatirea receruta, se se apropia la tempulu indatinatu de ss. Sacraminte ale Penitentiei si a s. Eucharistii, la serbatorile ss. Pasci se-i se tiena exercitii spirituali.

Era cu privire la Gimnasiile greco-catolice, cari nu stáu sub immediata conducere a Ordinariateloru respective, aceste se se nevoiésca a-si câstigá valore dreptului loru de suprainspec-



ut iuventutis in eiusmodi institutis educatio ac institutio, scientiae probataeque pietatis concredantur viris, per quos iuventus non solum sana doctrina imbuatur, verum piis quoque moribus induatur.

Itaque Synodus Ordinariis de industria commendat, ut quoad Gymnasia ab Episcopis graeco-catholicis piae memoriae fundata, ac proinde eorum directioni ac inspectioni in omnibus subiecta in professores via publici concursus viros ecclesiasticos idoneos, moribus exemplaribus, ac spiritu vere sacerdotali praeditos assumant, studia omnia iuxta manualia tradantur, in quibus nihil religioni ac bonis moribus adversum contineatur; quod autem doctrinae religionis studium attinet, Ordinarii collatis consiliis, manuale pro Gymnasio superiori elucubrandum curent, in quo praeter articulorum fidei ac morum, nec non historiae ecclesiasticae plenam ac dilucidam pertractationem, responsa quoque accomoda praecipuis contra Religionem atque Ecclesiam catholicam in genere, ac graeco-catholicam in specie confictis obiectionibus comprehendantur. — Hocce manuale per viros rei peritos recensitum, atque ab Ordinariis adprobatum, ad iuventutem greco-catholicam instituendam in omnia Gymnasia introducatur, quae iuventus una cantum ecclesiasticum inde a prima classe gymnasiali discere teneatur.

Demum Ordinarii attendant, ut in supradictis Gymnasiis, iuventutis disciplina ac mores foveantur promoveanturque, propterea per concernentes Directores efficiant, ut iuvenes diebus dominicis ac festivis Ecclesiam diligenter frequentent, Catechesi pietate ac requisita praeparatione adsint, tempore consueto S. Poenitentiae ac Eucharistiae sacramenta recipiant, S. autem Paschate ad illos exercitia quoque spiritualia habeantur.

Quoad illa Gymnasia graeco-catholica vero, quae immediatae Ordinariorum concernentium Directioni haud subiacent, hi exequi satagant ius suum eadem instituta graeco-catholica inspiciendi,

tiune preste acele institute confesiunali, priveghiandu cá la acele se nu se aléga de Profesori fora numai barbati greco-catholici, nice se se intrebuintieze manuale contrarie religiunei si moralului, éra de Profesori de doctrin'a religiunei se se constitue numai barbati basericesci autorisati de respectivele Ordinariate, cari se fie indetorati a propune studiulu acel'a dupa manualulu prescriendu de catra Ordinariatu, si a grigí preste educatiunea religiosa a tinerimei, cá astufeliu Ordinariatele se pota avé garantia secura si suficienta despre pregatirea cuvenita a tineriloru, ce aru aspirá la studiile theologice ori pedagogice.

Cu privire la gimnasiile de statu, frequentate de tineri greco-catholici, Ordinariatele se-si puna tota silinti'a, cá institutiunea religiosa acelei tinerime se fie prea deplinu asecurata, si spre scopulu acest'a seau se exoperedie infiintiarea catedreloru de doctrin'a religiunei si de limb'a Romana dotate de catra Statu, ori de catra respectivele confesiuni, seau se insarcineze pre respectivii Parochi, pre langa anumita remuneratiune anuala a propune tineriloru greco-catolici studiile amintite, precum si a supravighiá, cá ace'a tinerime se frecuenteze Baseric'a nostra greco-catholica din locu, acolo se primésca ss. Sacraminte, si se se deprinda in cântarile basericesci.

Cu aceast'a ocasiune Sinodulu este silitu a recunosce necesitatea infientiarei a mai multoru Seminarii pentru prunci, dupa norm'a celui din Oradea mare, si mai virtosu langa gimnasiile din aceast'a Provincia, cá astufeliu sub conducerea barbatiloru esperti se afle scutintia moralitatea cea amenintiata a tinerimei, si sub regule salutarie se se dedée la diligintia si la deprinderea celoru alalte virtuti.

## CAPU III.

### Despre institutele pedagogice (preparandiali) diecesane.

Avendu instructiunea populara scopu duplu, adeca de a cresce societatei civile cetatieni buni, éra basericei popoореni credintiosi, baseric'a de a pururea fù ingrigita de inaintarea instructiunei elementarie, pentru ace'a se-a nasuitu dupa poteri a concrede ace'a institutiune barbatiloru cualificati in metodulu propunerei cunoscintieloru elementari, si totu una data inzestrati



curam adhibentes, ut in Professores ad illa viri tantum graeco-catholici assumantur, neque manualia religioni ac moribus inimica adhibeantur, in doctrinae Religionis professores viri solum modo ecclesiastici a respectivis Ordinariis approbati assumantur, qui hocce studium iuxta manuale ab Ordinariis determinandum tradere, atque iuventutis religiosae educationi invigilare obligabuntur, — ut hac ratione Ordinarii de sufficienti ac debita praeparatione iuvenum, qui ad studia theologica aut paedagogica tenderent, certi reddantur.

Quoad status gymnasia, ab adolescentibus Romanis graeco-catholicis frequentata Ordinarii omnem dabunt operam, ut eiusdem iuventutis religiosa institutio in tuto collocetur, atque hunc in finem, ut sive religionis doctrinae ac linguae Romanicae cathedrae per statum erigantur, atque salario convenienti provideantur, sive Parochi respectivi penes annuam remunerationem adolescentibus graeco-catholicis studia superius commemorata tradere, atque invigilare teneantur, ut iuventus Ecclesiam graeco-catholicam illius loci adeat, SS. Sacramenta ibidem recipiat, ac in cantu ecclesiastico exerceatur.

Hac occasione Synodus nonnulla puerorum Seminaria ad normam Seminarii Magnovaradinensis praesertim penes gymnasia huius Provinciae erigendi necessitatem agnoscit, ut tali modo sub virorum prudentium regimine periclitati iuvenum mores refugium nanciscantur, atque illi sub regulis salutaribus diligentiae ac reliquarum virtutum exercitiis assuefiant.

## CAPUT III.

### De Institutis paedagogicis (praeparandorum) dioecesanis.

Quum populi institutio duplicem habeat finem, societati nempe civili bonos cives, Ecclesiae vero populum fidelem educandi, Ecclesia omnibus temporibus institutioni elementari promovendae adnitebatur, ideoque hanc institutionem viris in cognitionum elementarium tradendarum methodo versatis atque morum exemplaritate praelucentibus pro posse committere in-

cu portare morala exemplara. Spre sucrescerea astorufeliu de individi se infientiara sub conducerea Ordinariateloru ihtitute pedagogice numite si preparandíi.

De ora-ce inse Statulu civilu inca e cointeressatu cu privire la inflorirea acestoru institute, Sinodulu din partea sa ascépta dela tote Ordinariatele, cá acele se se nesuiesca a infientiá si a sustiené atari institute pedagogice confessiunali.

Cá aceste se pota respunde deplinu scopului loru, Sinodulu prescrie, cá Directiunea ataroru institute se se concreda barbatiloru basericesci cualificati in scientiele pedagogice, éra cathedrele professorali incâtu se va poté se se concréda asfsderea personeloru basericesci, inse cari voru fí perfacutu cursulu studieloru pedagogice, la ore-care institutu pedagogicu mai inaltu catolicu. Cu privire la studiele prescrise prin lege, acele se se propuna dupa manuale aprobate in cointielegere cu Ordinariatele acestei Provincie basericesci. Ce se tiene de doctrin'a Religiunei, ace'a se se propuna dupa manualulu prescriendu pentru gimnasiulu superioru, asemenea si Tipiculu si Cantarile basericesci. Pentru sustienerea disciplinei, a moralitatei, si pentru deprinderea alumniloru in functiunile cantorali in astufeliu de institute, se se prelucre statute aprobande de càtra respectivele Ordinariate, si acele se se pazésca cu tota esactitatea, numai astufeliu potendu-se sperá desteritatea receruta la sierbirea functiuniloru sacre, si portare morala exemplara in alumnii institutelorn pedagogice, cari cá fiitori docenti au se premérga cu esemplu bunu in aintea poporeniloru.

### CAPU IV.
### Despre scolele normali capitali diecesane.

Dupa-ce intre credintiosii Basericei, afora de aceia ce-si alegu carier'a cultivarei scientieloru mai inalte, mai este si alta classa de poporeni, nu mai pucinu insemnata de si nu asiá numerosa cá cea de antâiu, anume class'a mediulocia a cetatieniloru, cari se cuprinde cu feliuritele maiestrii si industrii, la cari tote inca se receru precunoscintie necessarii mai intinse si mai fundate, de câtu cum suntu cele pentru poporulu de rondu: Baseric'a pre langa institutele mai inalte, si mediulocii de invetiamentu, se a nesuitu a mai infientiá si scole elementari principali, numite si scole normali, cari suntu cá si temeiulu scoleloru mai inalte.



tendebat. Ad eiusmodi individua excolenda sub Ordinariorum moderamine, Instituta paedagogica, Praeparandorum ad Magisteria quoque dicta erecta sunt.

Quum autem Status civilis prosperitas horum institutorum aeque interest, Synodus ex parte sua ab omnibus Ordinariis expectat ut ii eiusmodi instituta paedagogica graeco-catholica erigere ac conservare satagant.

Ut haec instituta finem suum assequi valeant, Synodus statuit, directionem eiusmodi institutorum viris ecclesiasticis in arte paedagogica versatis demandandam, cathedras vero professorales, in quantum fieri poterit, pariter personis ecclesiasticis, et quidem iis tantum, qui studiorum paedagogicorum cursum, apud sublimius quoddam Institutum paedagogicum catholicum peregerint, committendas esse. Quod studia legibus praescripta attinet, eadem iuxta manualia collatis mutuis inter Ordinariatus huiusce Provinciae ecclesiasticae consiliis aprobata tradantur. Doctrina vero Religionis iuxta manuale pro Gymnasio superiori praescribendo proponatur, item Typicon ac Cantus ecclesiasticus. Ad disciplinam bonosque mores sustentandos, atque ad alumnos horum Institutorum in cantorum functionibus quoque exercendos, statuta ab Ordinariis concernentibus approbanda condantur, eaque diligenter serventur, namque hac solummodo ratione sperari potest fore, ut horum institutorum paedagogicorum alumni ad sacras functiones obeundas idonei evadant, atque qua futuri ludimagistri populo morum exemplaritate praeluceant.

### CAPUT IV.
### De dioecesanis scholis normalibus principalibus.

Quum inter fideles Ecclesiae praeter illos, qui studiorum sublimiorum rationem et suscipiunt et ingrediuntur, alia quoque fidelium classis haud minoris momenti etsi paucioris numeri datur, classis nempe intermedia civium, qui variis opificiis ac industriis vacant, pro quibus quoque praenotiones magis extensae magisque fundatae, quam pro vulgo requirantur: Ecclesia praeter litterarum instituta sublimiora ac media, scholas elementares principales, normales quoque dictas, quae fundamenta scholarum superiorum dici possunt, erigere adnitebatur.

Dreptu ace'a Sinodulu recomenda toturoru Ordinariateloru, cá mai virtosu in opidele si comunele mai impopulate se se nesuiésca a infientiá scole bune normali, si a staruí cu de a dinsulu, cá acele respundiendu cerintieloru instructiunei adeverate in tota privinti'a se infloréscа. Totu de odata Sinodulu recunosce lips'a cea mai urgenta a infientiarei scoleloru primarie pentru fetitie, celu puciuu in tienuturile acele, unde se afla scole normali, cá astufeliu si celu alaltu sexu se se bucure de cuvenit'a institutiune.

Directiunea ataroru scole normali se se concréda personeloru basericesci inzestrate cu necessariile cunoscintie pedagogice. De invetiatori si invetiatorese la aceste scole se se aplice persone cualificate, cari au absolvitu cursulu pedagogicu, si au portare morala exemplara. Studiele prescrise se se propuna dupa manuale didactice elucrate de barbati de specialitate si aprobate prin contielegerea Ordinariateloru.

Directiunile respective ale acestoru scoli se voru ingrigí atâtu de catechisarea tinerimei scolare, amesuratu prescriseloru diecesane, câtu si de sustienerea disciplinei si a moralitatei scolariloru.

## CAPU V.

### Despre scolele elementari.

Avendu Baseric'a inalt'a misiune de a lucrá mantuirea sufletésca a toturoru credintiosiloru sei, zelulu si activitatea ei de a respandí adeverurile descoperite, nu se a' restrinsu la unele clàsi ale societatei omenesci, ci a imbratisiatu pre tote acele. De unde Basericei este de a se multiamí generalisarea instructiunei popularie; dreptu ace'a Baseric'a credintiosa chiamarei sale nu numai nu pote renunciá la dreptulu de a conduce invetiamentulu elementariu, si a privegiá preste densulu, ce-i compete chiaru si dupa esemplulu Mantuitoriului nostru Isusu Christosu, carele imbratisindu si binecuventandu pre prunci a dîsu: *„Lasati pre prunci, si nu-i opriti pre ei a vení la mine, cà unor'a cá acestor'a este imperati'a ceriului“* [1]), — ci din contra are cea mai strinsa datorintia a se ingrigí despre crescerea religiosa a generatiunei fragede, care are se formeze sucres-

[1]) Matth. XIX, 14. —



Idcirco Synodus omnibus Ordinariis commendat, ut praesertim in oppidis ac pagis frequentioribus, optimas scholas normales erigere studeant, atque assiduam dent operam, ut illae rectae institutionis postulatis respondentes, omni ex parte emineant. Insimul Synodus urgentissimam necessitatem agnoscit puellarum quoque scholas primarias in illis saltem regionibus erigendi, in quibus scholae normales existunt, ut sic sequior quoque sexus debita institutione haud destituatur.

Directio vero eiusmodi scholarum normalium personis ecclesiasticis requisitis cognitionibus paedagogicis instructis demandetur. In magistros ac praeceptrices harum scholarum personae idoneae, quae cursum paedagogicum peregere, atque exemplares mores praeseferunt, assumantur. Studia vero praescripta iuxta manualia didactica per viros rei peritos elucubrata ab Ordinariis consiliis collatis approbata tradantur.

Harum scholarum directores tum adolescentibus ad praescripta dioecesana catechizandis, tum disciplinae ac moralitati eorum fovendae invigilabunt.

## CAPUT V.

### De scholis elementaribus.

Quum Ecclesia sublimem omnium fidelium suorum spiritualem salutem operandi missionem habeat, eius zelus ac studium veritates revelatas propagandi ad quasdam societatis humanae classes haud restrictum est, sed omnes illas amplectitur. Hinc Ecclesiae in acceptis referendum est populi institutionem universalem evasisse, ac proinde Ecclesia, vocationis suae memor, non solum iuri institutionem elementarem moderandi, eique invigilandi, renunciare haud potest, quod ipsi vel ad Iesu Christi Salvatoris Nostri exemplum competit, qui pueros amplectens atque benedicens dixit: *„Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum coelorum“* [1]), — sed e contra summa eidem incumbit obligatio, tenellae generationis futuram fidelium progeniem constituentis religiosae

centi'a credintiosiloru sei, càci numai astufeliu pote implini mandatulu Domnului: *„mergeti si invetiati tote poporelę"*, cu atâtu mai virtosu, de ora-ce meritele Basericei pre terenulu instructiunei popularie cu temeiu de nimene se pote trage la indoiala, si Statulu inca nu numai nu are nemicu de a-se teme de influinti'a, ce se cuvine Basericei preste scolele elementarie, ci din contra intregu scopulu instructiunei elementarie numai atunci se pote ajunge, decumv'a ace'a mediulocesce educatiunea religiosa a unui poporu, cea ce fora influinti'a cuvenita a Basericei nice se pote cugetá.

Dreptu ace'a Sinodulu recomenda cu de a dinsulu Ordinariateloru, cá cu totu zelulu se staruiésca la mediulocirea inflorirei scoleloru poporali, cá astufeliu corespundiendu acele dupa potintia si cerintieloru instructiunei adeverate, nu numai se nu pota fí scose de sub aripile Basericei, si asiá se se pericliteze caracterulu confessionalu alu acelor'asi, ci prin progressulu ce-lu voru dovedí acele, se storca respectulu, ce se cuvine drepturiloru Basericei preste instructiunea populara.

Parochii cá Directorii scoleloru elementarie strinsu se indatorescu a respunde deplinu acestei importante deregatorii a loru, ingrigindu-se de conscientios'a si esact'a administratiune a averiloru scolarie, visitandu mai adese-ori scol'a supraveghiandu cum si implinesce docentele oficiulu seu, ce portare morala are, si luandu mesurile necesare, pentru-cá pruncii se frecuenteze scol'a regulatu si se fie provediuti cu cartîle prescrise dela Ordinariatu. Mai incolo densii — Parochii — prin cuventari basericesci se descepte poporulu cu privire la necessitatea si la folosulu invetiaturei si a crescerei scolarie, deora-ce nepricepêndu densulu aceast'a necessitate, adese-ori nu numai e indiferinte in privinti'a scolei, ma de multe ori si impedeca infientiarea aceleia; se-i arete chiaru si strins'a datorintia, ce are de a-si cresce pruncii sei in fric'a Domnului, si astufeliu de a sustiené in stare inflorita scol'a, si despre aceast'a datorintia se-lu invetie chiaru si in tribunalulu Santei Penitintie, si de va gasí a fí de lipsa se-i si mustre negliginti'a.

In urma Parochulu, cá invetiatoriulu religiunei, si catechetu in scolele elementari, este datoriu in intielesulu statuteloru



educationi prospiciendi, etenim sic solummodo Domini mandatum *„Euntes docete omnes gentes"*, effectui mancipare potest, — eo magis, quod merita, quae Ecclesia in populo instituendo sibi acquisivit, a nemine iure in dubium vocari possint, et vel ipse Status civilis non solum vim salutarem Ecclesiae in scholas elementares competentem nihil metuendam habeat, verum e contra integer institutionis elementaris finis tunc tantum obtineri possit, dum illa populi educationem religiosam operatur, quod absque influxu Ecclesiae debito, nec cogitari quidem potest.

Idcirco Synodus Ordinariis impense inculcat, omni zelo efficere, ut scholae populares efflorescant, quo sic rectae institutionis postulatis quoque pro posse correspondentes, illae non solum Ecclesiae auctoritati subduci haud possint, quo facto earumdem character confessionalis periclitaretur, verum progressu, quem illae comprobabunt, debitum Ecclesiae in institutionem populi iuribus respectum extorqueant.

Parochi scholarum elementarium Directores strictissime obligantur huius gravissimi sui muneris partes perfecte adimplere, bonorum scholarium iustae atque exactae administrationi providendo, scholam saepius visitando quomodo ludimagister munere suo fungatur, quosque mores praeseferat, invigilando, atque media necessaria adhibendo, ut pueri diligenter scholam frequentent, et libris ab Ordinariis praescriptis provisi sint. Porro ipsi — Parochi — allocutionibus sacris populum de institutionis ac educationis scholasticae necessitate ac utilitate illuminent, namque populus hanc necessitatem haud perspiciens saepius non solum se erga scholam indifferentem exhibet, verum saepe et impedit eius erectionem, deiu strictissimam in timore Domini prolem suam educandi, ac proinde scholam in statu florenti conservandi obligationem vel in S. Poenitentiae tribunali edoceant, ac si opus fuerit, negligentiam eius plane reprehendent.

Demum Parochus qua doctrinae religionis magister ac scholae elementaris Catecheta, in sensu statutorum dioecesanorum

diecesane a catechisá propunêndu scolariloru doctrin'a religiunei, si istori'a biblica, in cari studii apoi docentele vá deprinde pre densii prin repetîrea celoru propuse de parochi, cá astufeliu invetiaceii se le invetie acelea de rostu.

In parochiile mai mici potendu fí statiunea de docente se se impreune cu oficiulu cantoralu, cá astufeliu docentele avendu mai buna subsistentia, se pota mai deplinu corespunde datorintiei sale.

## CAPU VI.

### Despre scolele repetitionali de dominec'a si despre catechisare.

Fiendu-cà tinerimea dupa-ce a trecutu preste etatea, in care dupa legi este obligata a frecuentá scol'a elementara, aru dá uitarei cea mai mare parte a cunoscintieloru cascigate, de cumv'a din candu in candu nu i se aru intinde ocasiunea de a-si revocá in memoria celea invetiate in pruncia, intieleptiesce se a ingrigitu atâtu Baseric'a câtu si Statulu, cá tinerii de ambe sexele, pàna candu nu pasiescu la viéti'a conjugala, se fia indatorati Dominec'a si in serbatori a se infatisiá la asiá numitele scole de repetire.

Sinodulu apretiuindu importanti'a acestei institutiuni necesarie si folositorie, obléga pre toti Parochii si docentii, cá in tote dominecile si serbatorile obligate, se adune tineretulu de ambe sexele la prelegerile repetitionali, si in propunere astufeliu se se acomodeze, incatu feciorii se amble la scol'a repetitionala dupa cultulu divinu de demanéti'a, éra fetele inainte de inseratu, tienendu-li docentele prelegeri din obiectele prescrise pentru scolele elementari. Éra la Inseratu se se afle cu totii la catechisarea tienênda prin Parochu, amesuratu statuteloru diecesane, si numai dupa inseratu se fia iertatu a-si petrece inse fora periclitarea moralitatei.

Cu privire la orasie, Parochii voru fí cu destinsa luare aminte, cá tinerii, carii se pregatescu la feliuritele maiestrii, ori negotiatorie, cu atâtu mai virtosu se frecuenteze regulatu aceste prelegeri repetitionali, cu câtu cà aceia dupa prescrisele mai inalte nu potu fí inaintati la gradulu de cálfe, deca dela respectivulu oficiu parochialu nu voru produce testimoniu, cà au frecuentatu scol'a repetitionala, si prin urmare deca parochii



catechizare tenetur, pueris doctrinam Religionis atque historiam biblicam tradendo, in quibus obiectis dein ludimagister iis, quae a Parocho proposita sunt, repetitis pueros exercitabit, ut sic eadem memoriae mandent.

In parochiis minoribus, si fieri posset, ludimagistri munus cantoris officio iungatur, ut hac ratione ludimagister ampliori salario provisus obligationi suae melius satisfacere queat.

## CAPUT VI.

### De scholis dominicarum repetitionalibus, et de catechesi.

Quum iuventus aetate, qua iuxta leges scholam elementarem adire tenetur, transacta, maiorem notionum acquisitarum partem oblivioni traderet, nisi eidem nonnumquam occasio ea, quae in pueritia addidicerat, in memoriam revocandi suppeditaretur, sapienter tum Ecclesia tum Status providerunt, ut iuvenes utriusque sexus, antequam coniugale consortium ineant, diebus dominicis ac festivis scholis repetitionalibus dictis interesse teneantur.

Synodus hanc necessariam ac utilem institutionem maximi faciens omnibus Parochis ac ludimagistris iniungit, ut cunctis diebus dominicis ac festivis utriusque sexus iuventutem ad praelectiones repetitionales cogant, atque in tradendo ita se accommodent ut adolescentes quidem ante meridiem cultu divino peracto, puellae vero ante vesperas scholam repetitionalem adeant, quibus ludimagister praelectiones ex obiectis pro scholis elementaribus praescriptis habebit; ad vesperas autem omnes conveniant atque catechesi per Parochum ad statutorum dioecesanorum praescripta habendae intersint, atque postea solummodo permittatur illis distractio absque omni tamen morum periculo facienda.

Quoad oppida vero Parochi summam attentionem impendant, ut adolescentes, qui ad varia opificia aut mercaturas se praeparant, eo magis hisce praelectionibus repetitionalibus diligenter intersint, quod illi iuxta superiorum praescripta ad opificum aut mercatorum gradum ascendere haud valeant, nisi ab officio parochiali concernente testimonium exhibuerint, se scholam repetitionalem frequentasse, ac proinde si parochi nostri

nostri gr.-catolici aru neglege aceast'a datorintia, tinerii aru fí siliti a amblá la scolele repetitionali a altoru confessiuni cu mare scàdere a basericei nostre.

# TITULULU X.

## DESPRE JUDETIELE BASERICESCI

### CAPU I.

#### Despre Consistoriele diecesane.

Poterea data Episcopiloru cá urmatori ai SS. Apostoli nu este numai legislativa si gubernativa ci totu unadata si judecatorésca. Pentru ace'a Episcopii suntu ordenarii judecatori a toturoru causeloru basericesci civili, criminali si matrimoniali, atâtu a clericiloru, câtu si a mireniloru din Diecesele loru [1]).

Inse Episcopii jurisdictiunea loru in mare parte o deprindu prin colucrarea Preotiloru [2]), cari forméza asiá numitele Senate seau Consistorie.

Presiedintele Consistoriului este Episcopulu, ér' in absenti'a acelui'a Vicariulu generalu, ori Vicariulu capitulariu in casulu de vacantia a scaunului episcopescu.

Membrii Consistoriului se dîcu: Asessori consistoriali si suntu toti Canonicii Basericeloru catedrali, precumu si alti Preoti denumiti de atari din partea Episcopiloru.

Fia-care Consistoriu cá foru basericescu trebue se aiba pre lunga presiedinte, si pre lunga unu anumitu numeru de asessori, unu Notariu si unu Fiscu, cari toti suntu detori a jurá, cà voru implení cu scumpetate lucrarile, ce li se-aru comite de presiedinte spre a le pregatí si referí, cà voru dá voturile dupa tóta dreptatea, de câte ori se-aru poftí, cà voru grigí cu conscientiositate tóte actele concrediute loru, si voru pastrá secretele nu numai despre decisiunile consistoriali, ce nu au se ésa la publicitate, ci si despre opiniunile si voturile date de singuratecii membrii consistoriali in causele pertractate, pre cumu si despre incidentiele si intemplarile din midiloculu Consistoriului,

[1]) Conc. I, can. 5; Conc. Antioch. can. 6; Conc. IV, can. 9. —



graeco-catholici hanc obligationem neglexerint, adolescentes maximo ecclesiae nostrae detrimento alienarum confessionum scholas repetitionales adire cogerentur.

# TITULUS X.

## DE IUDICIIS ECCLESIASTICIS.

### CAPUT I.

#### De Consistoriis Diecesanis.

Potestas Episcopis qua SS. Apostolorum successoribus collata non est solum legislativa ac gubernativa, verum una et iudicialis. Ideoque Episcopi sunt ordinarii iudices omnium causarum ecclesiasticarum civilium nempe, criminalium et matrimonialium tum Clericorum tum laicorum in Dioecesibus suis [1]).

Episcopi attamen iurisdictionem suam cooperantibus Presbyteris [2]) exercent, qui sic dictos Senatus sive Consistoria efficiunt.

Consistorio praeest Episcopus, eo vero absente, Vicarius Generalis, sede autem vacante Vicarius Capitularis.

Membra Consistorii Assessores consistoriales vocantur, suntque omnes Ecclesiarum Cathedralium Canonici, prout et alii Presbyteri ab Episcopis ad id muneris deputati.

Consistorium quodvis praeter Praesidem ac certum Assessorum numerum Notarium quoque ac Fiscum habere debet, qui omnes emittere tenentur iuramentum se causas sibi a praeside committendas diligenter excussuros ac relaturos, vota, quotiescumque poscerentur, ad iustitiae leges daturos, acta omnia sibi concredita omni religione asservaturos, atque secreta non solum circa decisiones Consistorii, quae revelandae haud sunt, verum etiam circa opiniones et suffragia ab unoquoque Consistorii membro in causis pertractatis data, prouti et circa incidentia nec non eventus in Consistorio occurrentes servaturos, quibus

[2]) Const. Apost. lib. II, cap. 44, 46. —

prin a caroru divulgare aru suferí scadere atâtu onorea si auctoritatea Consistoriului, câtu si reputatiunea singurateciloru membri.

De Episcopu se tiene a judecá, cà óre unulu ori altu actu aru fí de a se pertractá in Consistoriu, ori numai pre cale presidiala.

Inse cu tote acestea Episcopulu are de a pertractá cu scirea Clerului respective a Senatului seau Consistoriului trebile tienetorie de averea basericésca [1], mai incolo trebile tienetorie de susceperea, educatiunea si de chirotonirea clericiloru [2], afacerile basericeloru si a scoleloru pre cumu si causele judecatoresci [3]) civili, criminali si matrimoniali, si in urma Episcopii s'au indatenatu in Consistorie a face conferirea beneficieloru mai insemnate dupa praxea esistente in Baseric'a nostra.

Tote actele inregistrate si pertractate in Consistoriu, suntu a-se repune in archivu si a se pastrá cu cea mare grigia sub respundietatea Notariului consistoriale, carele sub pedéps'a pierderei oficiului seu este opritu a comunicá partiloru litigante estrase protocolare, ori alte acte fora scirea Consistoriului.

a) *Consistoriele diecesane cá foruri in cause basericesci civile.*

Cause basericesci civile suntu acele, ce privescu drepturi spirituali de ale credintiosiloru, si au in vedere singuru folosulu loru privatu.

Atari cause suntu atâtu cele curatu spirituali precumu: cele tienetorie de credintia, de s. Sacramente, de cultu, de s. Liturgia, de jurisdictiunea si de disciplin'a basericésca; câtu si celea, ce au strensa legatura cu cele spirituali, precumu: beneficiele basericesci impreuna cu infientiarea, stramutarea si conferirea acelor'a, tote drepturile parochiali, dreptulu de patronatu, inmormentarea basericésca si implenirea voturiloru.

Judecatoriu competentu in drepturele si causele acestea este Baseric'a, fiendu-cà acele suntu de natura spirituale, si Baseric'a dupa esemplulu Apostoliloru [4]) de a pururea a judecatu atari cause, supunendu certariloru canonice pre cei ce alergáu la judetiele civili in cause basericesci cu inconjurarea judetiului basericescu [5]). — Tocm'a si mirenii suntu obligati a acusá la forulu

[1]) Theoph. Alex. cap. 10. — [2]) Theoph. Alex. can. 7; S. Basil. ep. 7 ad Chorepiscopos. — [3]) Syn. Carth. can. 141; Const. Ap. lib. II, cap.



divulgatis tum honor ac auctoritas Consistorii, tum singulorum membrorum existimatio detrimentum pateretur.

Episcopi est decernere, num unum aliudve negotium in Consistorio, an via praesidiali pertractandum sit.

Attamen Episcopus negotia bona Ecclesiarum [1]), item Clericorum susceptionem, educationem ac ordinationem [2]), et Ecclesiarum atque scholarum proventus spectantia, prouti et causas iudiciales [3]) nempe civiles, criminales et matrimoniales Cleri respective Senatus sive Consistorii consilio pertractat, demum iuxta praxim in Ecclesia nostra vigentem, Episcopi praecipua quoque beneficia in Consistoriis conferre consueverunt.

Omnia acta in indicem relata, atque in Consistorio pertractata ad Archivum reponenda, atque summa diligentia custodienda sunt periculo Notarii Consistorialis, qui sub poena Officii amittendi, extractus protocolares sive alia acta inscio Consistorio partibus litigantibus communicare prohibetur.

a) *Consistoria Dioecesana qua fora in causis Ecclesiasticis civilibus.*

Causae ecclesiasticae civiles sunt illae, quae iura spiritualia fidelium concernunt, atque solum privatum eorum bonum respiciunt.

Tales causae sunt tum pure spirituales prouti: quae fidem, SS. Sacramenta, cultum, S. Liturgiam, iurisdictionem atque disciplinam ecclesiasticam respiciunt, tum quae spiritualibus intime connexae sunt, prouti beneficia ecclesiastica, una cum eorum erectione, translatione ac collatione, omnia iuria parochialia, ius patronatus, sepultura ecclesiastica, atque votorum implementum.

Iudex in eiusmodi iuribus ac causis competens est Ecclesia, nam hae spiritualis naturae sunt, atque Ecclesia ad Apostolorum exemplum [4]) eiusmodi causas nunquam non iudicavit, poenis canonicis illos subiiciendo, qui in causis ecclesiasticis, iudicio ecclesiastico praetermisso, ad tribunalia saecularia recurrebant [5]). — Imo vel ipsi laici Clericos et Monachos in omnibus causis

44, 49; C. 15, q. 7, cap. 6: »Episcopus nullus causam audiat absque praesentia suorum clericorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi praesentia clericorum confirmetur«. — [4]) I. Cor. VI, 1. — [5]) Conc. IV, can. 9. —

episcopescu pre clerici si monachi in tote causele spirituali, ce le-aru avé.

b) *Consistoriele diecesane cá foruri in cause basericesci criminali.*

Cause basericesci criminali se dîcu acelea, cari avendu in vedere binele publicu, tientescu spre descoperirea si pedepsirea delicteloru facute in contr'a legiloru basericesci.

De causele basericesci criminali se tienu delictele, prin cari se vatema *religiunea,* pre cumu: apostasi'a, eresulu, schism'a, sudàlmi-le, sacrilegiele, juramentulu strembu, superstitiunile, simoni'a; ori se vatema *dilectiunea deapropelui,* pre cumu suntu: omicidiulu, mutilarea, duelulu, procurarea abortului; ori se vatema *amorea catra sine* cu privire la fericirea eterna, pre cumu suntu: pecatele trupesci ale necuratîei, abusulu cu santele Sacraminte, cu jurisdictiunea, si ori ce alte lucràri libere esterne, prin cari se calca ver-una lege basericésca penale [1]).

Judecatoriulu ordinariu si competente in cause basericesci criminali asemenea este baseric'a in Episcopii ei.

## CAPU II.

### Despre Tribunalele matrimoniali.

Sub cause matrimoniali strensu luate se intielegu tote trebile acelea de casatoria, cari au de obiectu dechiararea nulitatei casatoriei, ori despartirea casatorieloru de patu si mésa.

Pertractarea acestoru cause, cá unele ce privescu Sacramentulu casatoriei, se tiene de competenti'a esclusiva a basericei, carea avendu dreptu a statorí piedece de casatoria, si a dispensá dela acelea, trebue se aiba sî dreptulu de a le judecá, ér' cu privire la efectele civili ale causeloru matrimoniali, acele se tienu, de judecatoriele din afora.

Fiindu causele acestea de una mare importantia, se considera de cause publice, si pentru inconjurarea periclului de necontenire a partiloru litigante, se pertractéza câtu se pote fàra intardîére.

---

[1]) Pitra: Iuris Eccles. Graec. Hist. et Monum. tom. II, pag. 537. —



spiritualibus occurrentibus ad forum episcopale deferre tenentur.

b) *Consistoria Dioecesana qua Fora in causis Ecclesiasticis criminalibus.*

Causae ecclesiasticae criminales dicuntur illae, quae bonum publicum respiciendo, ad delicta contra leges ecclesiasticas patrata detegenda ac punienda tendunt.

Ad causas ecclesiasticas criminales referuntur delicta, quibus *religio* laeditur, prouti: apostasia, haeresis, schisma, imprecationes, sacrilegia, periurium, superstitiones, simonia; sive *châritas erga proximum* offenditur, prouti sunt: homicidium, mutilatio, duellum, procuratio abortus; sive *charitas erga seipsum* in salute aeterna prosequenda posthabetur, prouti sunt: peccata carnalia, abusus cum SS. Sacramentis, cum iurisdictione, atque aliae actiones externae liberae, quibus lex quaedam ecclesiastica poenalis violaretur [1]).

Iudex ordinarius causarum Ecclesiasticarum criminalium pariter est Ecclesia in eius Praesulibus.

## CAPUT II.

### De Foris Matrimonialibus.

Causarum matrimonialium nomine veniunt omnes illae controversiae matrimoniales, quae nullitatis matrimonii declarationem, nec non coniugiorum a thoro et mensa separationem pro obiecto habent.

Pertractatio eiusmodi causarum utpote Sacramentum Matrimonii respicientium ad exclusivam Ecclesiae competentiam spectat [2]), quae impedimenta Matrimonii statuendi atque ab iis dispensandi iure praedita, ius quoque de iisdem iudicandi habeat necesse est; effectus autem civiles causarum matrimonialium ad iudicia saecularia spectant.

Quum eiusmodi causae magni momenti sint, pro causis publicis reputantur, atque ad partium litigantium incontinentiae periculum evitandum quantum fieri potest absque mora pertractantur.

---

[2]) S. Basil. can. 35. —

Sentintiele aduse in cause vinculari nu trecu nice una data in judecàti definitive, si in potere de dreptu complenitu (in rem judicatam), ci descoperindu-se falsitatea motiveloru, acelea se retractéza.

Spre pertractarea causeloru matrimoniali Episcopii compunu foruri din preoti cualificati, de intre cari, afara de presiedinte, trebue se fia celu pucinu 4 asessori cá judecatori si unu notariu.

La pertractarea causeloru matrimoniali vinculari, este necesaria presenti'a Defensoriului matrimonialu, carele fiendu barbatu cunoscutoriu de canóne si cu conscientia, e obligatu se apere validitatea casatoriei cu tóte argumintele posibili.

Defensorulu matrimonialu dela forulu de I Instantia din oficiu este detoriu a apelá sentintiele aduse contr'a validitatei casatoriei, asemenea si Defensorulu matrimonialu de la forulu de II Instantia, déca forulu acest'a se-aru pronunciá contr'a validitatei casetoriei, si Defensorulu nu e convinsu in conscienti'a s'a despre suficienti'a motiveloru, pre cari se baséza acelea sentintie.

Aducêndu-se in un'a si acea-si causa de càtra doue foruri de antai'a si a dou'a instantia sentinti'a pentru validitatea casetoriei, acusatoriului casatoriei i se denéga apelatiunea.

Ér' de cumu-v'a forulu I si II se-aru pronunciá contr'a casetoriei, si Defensorulu dela forulu de a II Instantia ar' apelá la forulu alu III, si acolo s'aru aduce sentintia pentru validitatea casetoriei, stà in voi'a actorului a apelá la forulu alu IV-lea, a càruia sentintia este decidietore. Sierbindu totu de un'a de norma ace'a cinosura, cà pentru dechiararea validitatei matrimoniului se receru doue sentintie conforme, ér' pentru edîcerea nulitatei, la casu de apelatiune la forulu alu III ori alu IV, se receru trei sentintie conforme.

## CAPU III.

### Despre Forurile Instantieloru.

Causele basericesci civili, criminali si matrimoniali, dupa daten'a immemoriala basata pre Codicele Basericei nostre se potu judecá si in Forurile protopopesci cá foruri delegate de I-a Instantia [1]), luandu-se afara causele Protopopiloru, cari in I-a Instantia se judeca de Consistoriele respective.

[1]) Const. Ap. lib. II. cap. 42 et 44.



Sententiae in causis vinculum spectantibus nunquam in rem iudicatam transeunt, verum rationum falsitate detecta retractantur.

Ad causas matrimoniales pertractandas Episcopi ex Presbyteris idoneis fora constituunt, quae praeter Praesidem ad minus quatuor Assessoribus qua Iudicibus atque Notario coalescere debent.

Ad causas matrimoniales vinculum attinentes pertractandas necessaria est praesentia Defensoris Matrimonii, viri videlicet SS. Canonum periti atque bonae conscientiae, qui matrimonii viliditatem omnibus iustis rationibus tueri tenetur.

Matrimonii defensor I$^{ae}$ Instantiae a sententiis contra matrimonii validitatem latis ex officio appellare tenetur, pariter II$^{ae}$ quoque Instantiae Defensor Matrimonii, quum istud forum contra matrimonii validitatem sententiam proferret, atque Defensor in conscientia sua de rationum, quibus isthaec sententia fulcitur, sufficientia persuasus haud esset.

Si in una eademque causa a duobus Foris primae et secundae Instantiae pro matrimonii validitate sententia lata fuerit, accusatori matrimonii appellatio denegatur.

Quod si vero I$^{ae}$ ac II$^{ae}$ Instantiae Fora contra matrimonium sententias tulerint, atque II$^{ae}$ Instantiae Defensor ad III Forum appellaret, ac ibidem sententia pro matrimonii validitate proferretur, in Actoris libertate positum est, ad IV quoque Forum provocare, cuius Deliberatum sententiam decisivam constituit. Eo semper pro cynosura habito, quod pro matrimonii validitate declaranda duae sententiae conformes semper requirantur; pro nullitate vero, casu appellationis ad Forum III vel IV edicenda, tres sententiae conformes exigantur.

## CAPUT III.

### De Instantiarum Foris.

Causae Ecclesiasticae civiles, criminales et matrimoniales iuxta consuetudinem immemorialem Codici Ecclesiae nostrae innixam, et in Foris Protopopalibus qua I$^{ae}$ Instantiae Foris Delegatis [1]) iudicari possunt, exceptis causis Protopoparum, quae in I$^{a}$ Instantia per Consistoria concernentia iudicantur.

Delegatiunea Forului protopopescu in causele matrimoniali, totu de a un'a va se dîca in unulu fia-care casu, se se faca in scrisu de càtra Episcopu, care pentru forulu localu, deca in Domnulu va judecá, cà e bine, pote delegá altu foru invecinatu din dieces'a sa, seau chiaru si Consistoriulu.

Dela Forurile protopopesci se facu apelatiunile la Scaunulu episcopescu dupa axiom'a juridica: *„a Delegato fit appelatio ad delegantem“* [1]).

Dela Forurile episcopesci se apeléza la Forulu Metropolitanu cá foru de a III Instantia [2]), — ér' dela Forulu Metropolitanu se inaintéza apelatiunea de a dreptulu la s. Scaunu apostolicu, carele amesuratu principieloru edîse in conciliulu dela Sardic'a Can. 5, constitue si in Provinci'a gr. cat. de Alb'a-Julia pre unulu de intre Epipcopii acestei Provincie, carele in numele santului Scaunu apostolicu cu potere delegata judeca in forulu alu IV-lea tóte causele apelate.

Forulu de a III-a Instantia pentru Dieces'a Metropolitana va fí altu Foru delegatu de Pontificele.

S. I. V. M. si T. T. S. S. O.

## XVI.

*Decretulu subscriptiunei Acteloru sinodali.*

Noi

*Joanu Vancea de Buteasa* Archiepiscopulu si Metropolitulu gr. cat. de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu etc.

Terminanduse degiá pertractarile sinodali provocàmu pre toti Parintii acestui Sinodu, cá fiacarele se se presenteze in persona, si se se apropia la santulu altariu, si acoló unulu fiacare se subscrie dupa Noi decretele aduse in acestu Sinodu provinciale acumu terminatu.

Datu Blasiu 14/2 Maiu 1872.

Joanu Vancea Archiepiscopu si Metropolitu de Fagarasiu si Alb'a-Julia intarindu am subscrisu.

[1]) Decret. lib. I. tit. XXIX. de Officio et potestate iudicis delegati;



Delegatio Fori Protopopalis in causis matrimonialibus qualibet vice, scilicet pro singulis causis, fiat in scriptis ab Episcopo, qui pro Foro locali, si in Domino id expedire iudicaverit, aliud ex vicinis Foris suae dioecesis vel etiam Consistorium delegare possit.

A Foris Protopopalibus appelationes ad Sedem Episcopalem fiunt iuxta iuris axioma: *„a Delegato fiit appellatio ad delegantem“* [1]).

A Foris Episcoporum ad Forum Metropolitanum qua III$^{ae}$ Instantie Forum appellatur [2]), — a Foro vero Metropolitano appellatio directe ad Sedem Apostolicam promovetur, quae in sensu principiorum in Concilio Sardicensi Canone 5° edictorum, in Provincia quoque graeco-catholica Alba-Iuliensi unum ex Episcopis huius Provinciae constituit, qui S. Sedis Apostolicae vice ac nomine causas appellatas in Foro IV$^{ae}$ Instantiae potestate delegata iudicat.

III$^{ae}$ Instantiae Forum pro Metropolitana Dioecesi erit aliud Forum a Pontifice delegatum.

S. V. I. M. et O. O. S. S. H.

## XVI.

*Decretum subscriptionis Actorum Synodalium.*

Nos

*Ioannes Vancea de Buteasa* Archiepiscopus et Metropolita graeco-cath. Alba-Iuliensis et Fogarasiensis, etc.

Pertractationibus synodalibus iam terminatis omnes huius Synodi Patres monemus, ut unusquisque in sua persona compareat; atque ad sacrum altare accedat, quo post Nos singulus eorum Decreta in hac Synodo provinciali nunc ad finem perducta lata subscribat.

Datum Blasii die 14/2 Maii 1872.

Ioannes Vancea Archiepiscopus et Metropolita Fogarasiensis et Alba-Iuliensis definiens subscripsi.

Sext. Decretal. Lib. I. tit. XVI. eod. — [2]) Synod. Carthag. can. 36.

Joanu Olteanu, Episcopulu Lugosiului, intarindu am subscrisu.
Joanu Andercó, Vicariu generale Capitulariu alu Diecesei Armenopolitane, intarindu am subscrisu.
Joanu Szabó, canonicu custode alu Oradei mari, cá ablegatulu Illustris. D. Episcopu de Oradea-mare, intarindu am subscrisu.
Timoteiu Cipariu, Prepositulu Capitulului metropolitanu, si ablegatulu aceluiasi capitulu, am subscrisu.
Constantinu Papfalvi, Canonicu Lectoru si Deputatu capitulariu, am subscrisu.
Joanu Fekete-Negrutiu, canonicu cantoru metropolitanu si deputatu capitulariu, am subscrisu.
Elia Vlassa, canonicu metropolitanu prebendatu, cá teologu archidiecesanu, am subscrisu.
Basiliu Nistoru, canonicu cantoru si deputatulu capitulului de Oradea-mare, am subscrisu.
Stefanu Moldovanu, prepositu capitulariu, prelatu pontificiu si deputatulu Capitulului din Lugosiu, am subscrisu.
Mihailu Nagy, canonicu lectoru si prelatu pontificiu, cá deputatulu capitulului din Lugosiu, am subscrisu.
Stefanu Biltiu, canonicu scolasticu si deputatu ablegatu alu capitulului greco catolicu Armenopolitanu, am subscrisu.
Joanu Antonelli, vicariu foraneu episcopescu alu Fagarasiului, cá teologu am subscrisu.
Petru Popu, vicariu foraneu in Hatiegu, cá teologu, din dieces'a Lugosiului, am subscrisu.
Demetriu Coroianu, vicariu foraneu alu Selagiului, cá teologu, din dieces'a Armenopolitana, am subscrisu.
Gregoriu Moisilu, vicariu episcopescu foraneu alu Rodnei in dieces'a Armenopolitana, parochu si archidiaconu in Naseudu etc., cá teologu sinodale, am subscrisu.
Mihailu Pavelu, vicariu foraneu alu Marmatiei in dieces'a Armenopolitana, cá teologu am subscrisu.
Gabriilu Popu, archidiaconulu Clusiului, cá teologu am subscrisu.



Ioannes Olteanu, Episcopus Lugosiensis, definiens subscripsi.
Ioannes Anderkó, Vicarius generalis Capitularis dioeceseos Armenopolitanae, definiens subscripsi.
Ioannes Szabó Canonicus Custos Magno-Varadinensis, uti Procurator Illmi D. Episcopi Magno-Varadinensis, definiens subscripsi.
Timotheus Cipariu, Praepositus Capituli metropolitani, et Procurator eiusdem Capituli, subscripsi.
Constantinus Papfalvi, Canonicus Lector et Deputatus Capitularis, subscripsi.
Ioannes Fekete-Negrutiu, Canonicus Cantor metropolitanus, et procurator Capitularis, subscripsi.
Elias Vlassa, Canonicus metropolitanus praebendatus, ceu Theologus Archidioecesanus, subscripsi.
Basilius Nistoru Canonicus Cantor et deputatus Capituli Magno-Varadinensis, subscripsi.
Stephanus Moldovanu, Praepositus Capitularis, Praelatus Pontificius nec non Procurator Capituli Lugosiensis subscripsi.
Michaël Nagy, Canonicus Lector ac Praelatus Pontificius, ceu deputatus Capituli Lugosiensis, subscripsi.
Stephanus Biltiu, Canonicus Scholasticus ac Deputatus Procurator Capituli Graeco-Catholici Armenopolitani, subscripsi.
Ioannes Antonnelli, Vicarius foraneus episcopalis Fogarasiensis, ceu Theologus subscripsi.
Petrus Popu, Vicarius foraneus Hatieghiensis, ceu Theologus ex Dioecesi Lugosiensi, subscripsi.
Demetrius Coroianu, Vicarius foraneus Selagiensis, ceu Theologus, ex Dioecesi Armenopolitana, subscripsi.
Gregorius Moisilu, Vicarius episcopalis foraneus Radnaënsis in Dioecesi Armenopolitana, Parochus et Archidiaconus Naseudensis etc. ceu Theologus Synodalis subscripsi.
Michaël Pavelu, Vicarius foraneus Marmarosiensis in Dioecesi Armenopolitana, ceu Theologus subscripsi.
Gabriel Popu, Archidiaconus Clusiensis, ceu Theologus subscripsi.

Joanu Bercianu, archidiaconu, parochu gr. cat. in liber'a cetate reg. Aradu, asesoru consistoriale si profesoru cá teologu, am subscrisu.

Tom'a Jeronimu Albani, Basilitu si Egumenu Ven. Mànàstiri dela SS. Treime din Blasiu am subscrisu.

P. Beniaminu Jácziu, protoegumenu emeritu alu Ordului S. Basiliu celu mare, Consultoru si Egumenu la mànàstirea dela Bikszád, am subscrisu.

Joanu Isaia Tordai, cá vicariu mànàstirei dela Bikszád am subscrisu.

Dr. Victoru Mihályi, secretariu metropolitanu, canonistu si notariu sinodalu, am subscrisu.

Dr. Joanu Ratiu, profesoru de ss. teología, canonistu si notariu sinodale, am subscrisu.

Dr. Basiliu Jutiu, parochu in Vadu, asesoru consistoriale, doctoru de s. teología, teologu diecesanu alu Oradei-mari, canonistu si notariu sinodale, am subscrisu.

---



Ioannes Bercianu, Archidiaconus, Parochus Graeco-Cathol. in libera reg. civitate Arad, Assessor Consistorialis et Professor ceu Theologus, subscripsi.

Thomas Hieronymus Albani Basilita et Egumenus Ven. Monasterii Blasiensis ad SS. Trinitatem subscripsi.

P. Beniaminus Iáczin Ord. S. Basilii M., Emeritus Proto-Egumenus Ordinis Consultor, et Monasterii Bikszádiensis Egumenus, subscripsi.

Ioannes Isaias Torday, ceu Vicarius Monasterii Bikszadiensis (Bixad) subscripsi.

Dr. Victor Mihályi, Secretarius metropolitanus, Canonista et Notarius Sinodalis, subscripsi.

Dr. Ioannes Ratiu Professor SS. Theologiae, Canonista et Notarius Synodalis, subscripsi.

Dr. Basilius Jutiu, Parochus Réviensis (Vadu) Assessor Consistorialis, Doctor sacrae Theologiae, Theologus Dioecesanus Magno-Varadinensis, Canonista et Notarius Synodalis, subscripsi.

---

## XVII.

# DECRETULU

### Prin care se recunosce Primulu Conciliu alu Provinciei Alb'a-Juliei si Fagarasiu.

Dupace Pontificele Piu alu IX-lea de pia memoria prin literile Apostolice „*Ecclesiam Christi*", din 6 Decembre in anulu Incarnatiunei Domnului 1853 a fundatu Provinci'a basericésca romana de ritulu grecescu in Transilvani'a, Archiepiscopulu si Episcopii sufragani ai nouei Provincie si-au propusu a celebrá primulu conciliu provinciale; pre carele R. D. P. Joanu Vancea Archiepiscopulu Fagarasiului si Albei-Julie l'a conchiamatu pre dîu'a de 5 Maiu 1872, si l'a terminatu fericitu in 14 a aceleasi lune. Substernêndu acelasi R. D. P. Archiepiscopu si cei alalti Presuli ai Provinciei cu supunerea cuvenita decretele aceluiasi conciliu spre censurare si aprobare Santului Scaunu, Em. Parinti ai Congregatiunei de propaganda fide pentru Negotiele Ritului orientalu, aceleasi le-au esaminatu, si dupa esemplariulu aci alaturatu le-au recunoscutu; cá testimoniu despre recunoscerea acést'a au demandatu a se edá decretulu presinte, cá se se observe in modu inviolabile de càtra toti aceia, de cari se tiene.

Sententi'a acést'a a S. Congregatiuni subscrisulu secretariu. referindu-o Santîtatei Sale D. n. Pontifice Leonu alu XIII in audienti'a din 8 Martiu a. c., Santîtatea Sa a aprobat'o si a binevoitu a o intarí, anulandu ori ce alte ordinatiuni contrarie.

Datu in Rom'a din Resiedinti'a S. Congregatiuni de Propaganda Fide pentru Negotiele Ritului orientalu la 19 Martiu anulu 1881.

Joanu Card. Simeoni *Prefectu.*
Serafimu Cretoni *Secretariu.*



## XVII.

# DECRETUM

### Quo Concilium Primum Provinciae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis recognoscitur.

Cum s. m. Pius Papa IX Apostolicis litteris *Ecclesiam Christi* datis sexto Kalendas Decembris anno Incarnationis Dominicae 1853 erexisset Provinciam Ecclesiasticam graeci ritus Rumeni in Transilvania, Archiepiscopus et Episcopi suffraganei novae Provinciae ad celebrationem primi Provincialis Concilii animum adiecerunt; quod R. P. D. Joanne Vancea Archiepiscopo Fogarasiensi et Alba-Iuliensi anno 1872 die 5 Maii indictum, die 14 eiusdem mensis feliciter absolutum fuit. Cum itaque eiusdem Decreta idem R. P. D. Archiepiscopus, aliique Provinciae Praesules, eo quo par erat obsequio, S. Sedis examini iudicioque subiecissent, Emi Patres S. Congregationis de Propaganda Fide pro Negotiis Ritus Orientalis, eadem ad examen revocarunt, et iuxta exemplar hisce adnexum recognoverunt; in cuius recognitionis testimonium praesens Decretum edi mandarunt, ut ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter observentur.

Quam S. Congregationis sententiam cum subscriptus Secretarius SSmo Dno Nostro Leoni Papae XIII in Audientia diei 8 Martii hujus anni retulerit, Sanctitas Sua in omnibus eam probavit et ratam haberi voluit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide pro Negotiis Ritus Orientalis die 19 martii an. 1881.

Joannes Card. Simeoni *Praefectus.*
Seraphinus Cretoni *Secretarius.*

# APENDICE

la

# ACTELE SI DECRETELE

## Conciliului Provinciei Eclesiastice de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu, celebratu in anulu Domnului 1872.

### I.

### La Titulu II. Capu IV.

**Literele s. congregatiuni a indicelui despre censurarea cartiloru.**

*Ilustrisime si Reverendisime Domnule!*

Intre calamitàtile diverse, de cari e apasata Baseric'a lui Domnedieu de tóte pàrtile in aceste tempuri de doliu, pre dreptulu e de a se numerá multîmea càrtiloru perverse, cari inundéza mai intregu pamentulu, si prin cari Religiunea divina alui Christosu, ce trebue se fia onorata de toti, se despretiuesce de càtra omeni nemorali si stricati, moravurile bune, mai cu séma ale junimei incaute se corumpu cu totulu, ma chiaru si ordinea si drepturile vietiei sociali se restorna si se conturba de susu pàna diosu. Si precumu erá datin'a loru vechia, se incérca a efeptuí ace'a nu numai prin càrti lucrate cu unu studiu scientificu profundu, ci si prin brosiure, ce se vendu cu unu pretiu bagatelu, si prin dîuarie publice destinate chiaru spre scopulu acest'a, spre a-si versá veninulu nu numai in omeni literati si cu scientia, ci spre a corumpe si credinti'a si simplicitatea totororu celoru neculti si a poporului de diosu.

Pastorii legitimi, cari grigescu de turm'a lui Christosu, cá se abata reulu acest'a dela poporele sie-si incredintiate, de regula deferescu S. Congregatiuni a Indicelui tóte càrtile de natur'a ace'a, nesuindu-se cu totu de-adinsulu, cá se ferésca pre credintiosi dela cetirea estoru càrti oprite prin sentinti'a si proscriptiunea Scaunului Romanu. Si la atari totu de-un'a s'a aretatu si se areta gat'a S. Congregatiune, carea si-dà silinti'a si nesuinti'a in tóte dîlele, cá se satisfaca oficiulu impusu sîe-si de càtra Pontificii Romani.

# APPENDIX

ad

# ACTA ET DECRETA

## Concilii Provinciae ecclesiasticae Alba-Juliensis et Fogarasiensis anno Domini 1872 celebrati.

### I.

### Ad Titulum II. Cap. IV.

**Litterae s. congregationis indicis super censura librorum.**

*Illustrissime ac Reverendissime Domine!*

Inter multiplices calamitates, quibus Ecclesia Dei luctuosis hisce temporibus undique premitur, recensenda profecto est pravorum librorum colluvies universum pene orbem inundans, qua per nefarios ac perditos homines divina Christi Religio, quae ab omnibus in honore est habenda, despicitur, boni mores incautae praesertim iuventutis penitus labefactantur, et socialis quoque consuetudinis iura et ordo sus deque vertitur, et omnimode perturbatur. Neque ut vetus ipsorum mos erat, id praestare tantum nituntur libris magno aparatu scientiae elaboratis, sed et parvis, qui minimi veneunt libellis, et per publicas atque ad hoc confectas ephemerides, ut non litteratis modo et scientibus virus illud insinuent, sed rudioris cuiusque et infimi populi fidem simplicitatemque corrumpant.

Qui autem super gregem Christi vigilias agunt legitimi Pastores, ut hanc perniciem a populis sibi comissis avertant, ad Sacram Indicis Congregationem quoscumque ex iis libris de more deferunt zelo adlaborantes, ut Romanae Sedis habito iudicio et proscriptione a vetita lectione talium librorum fideles deterreant. Neque iis difficilem se praebuit et praebet S. Congregatio, quae quotidianam operam studiumque impendit, ut officio sibi a Romanis Pontificibus demandato satisfaciat.

Totusi, fiendu ingreunata prin inmultîrea denuntiariloru din tóta lumea crestina, nu pote impliní neintreruptu ace'a, cá se aduca judecata prompta si numai decâtu asupra fia-carei cause, de unde urméza, cá ingrigirea se fía cate-odata prea tardîa, si remediulu neeficace, pre candu au urmatu dejá daune enorme din cetirea ataroru càrti.

Spre delaturarea reului acestuia nu odata s'au ingrigitu Pontificii Romani, si cá se tacemu de esemplele din alte tempuri, in evulu nostru prin Leonu XII-le de pía memoria in 26 Martiu 1825 s'a datu unu Mandatu, ce este adausu la finea Reguleloru Indicelui si alaturatu la Literele acestea, in poterea caruia se demanda Ordinariateloru, cá se se nesuesca a proscrie si a confiscá din manile credintiosiloru propria auctoritate tote cartile stricatióse edate in dieces'a sa si imprasciate pre la aceia.

Inse fiendu-cà dispusetiunea intielepta a acestui Mandatu Apostolicu corespunde pre câtu se pote de bine necesitàtiloru de acumu ale credintiosiloru, religiunei, ce trebue aparata, si intregitatei moravuriloru, Preasanti'a S'a Domnulu Nostru *Pap'a Piu* IX-le a dispusu reimprospetarea memoriei aceluia, publicarea din nou a cuprinsului aceluia, si a se pretinde observarea lui din partea Ordinariateloru locali, ce'a-ce si facemu cu solicitudinea receruta prin aceste litere indemnatorie, in numele si cu auctoritatea Scaunului Apostolicu. Cari de voru fí intempinate cu recerut'a ascultare (ce'a ce suntemu securi), cele mai mari rele se voru delaturá mai alesu in diecesele acelea, in cari suntu de urgintia midîlóce prompte coercitive. Si, cá nu cumva se cutéze cinev'a in modu temerariu a nu luá in socotintia, seau a tiené de nepublicate sentintiele si proscriptiunile Ordinariateloru sub pretextulu defectului de jurisdictiune, seau din altu motivu, Santi'a S'a a concesu, pre cumu in poterea si auctoritatea aceluia prin Literile de facia se si concede, cá in obiectulu acest'a se procéda si cá Delegati ai Scaunului Apostolicu, ne impiedecandu-i nimicu contrariu.

Er' la Scaunulu apostolicu se se substérna numai acelea opuri seau scripte, cari sunt a se esaminá mai profundu, seau cari receru sentinti'a auctoritatei supreme, spre a poté avé efeptu salutariu.



Quia tamen ex toto Christiano Orbe increbrescentibus denunciationibus praegravatur, non id praestare perpetuo valet, ut promtum et expeditum super quavis causa ferat iudicium: ex quo fit, ut aliquando serotina nimis sit provisio et inefficax remedium, cum iam ex lectione istorum librorum enormia damna processere.

Ad hoc incommodum avertendum non semel Romani Pontifices prospexerunt, et ut aliarum aetatum exempla taceamus, aevo nostro per sa. me. Leonem XII. Mandatum editum est, sub die 26 Martii 1825, ad calcem Regularum Indicis insertum et hisce litteris adiunctum, vi cuius Ordinariis locorum praecipitur, ut libros omnes noxios in sua dioecesi editos, vel diffusos propria auctoritate proscribere, et e manibus fidelium avellere studeant.

Cum autem huius Apostolici Mandati provida constitutio praesentibus fidelium necessitatibus, et tuendae doctrinae morumque incolumitati optime respondeat SSmo Dno Nostro *Pio Papae* IX placuit eius memoriam esse recolendam, tenorem iterum vulgandum, et ab Ordinariis locorum observantiam exigendam, quod excitatoriis hisce nostris litteris, nomine et auctoritate Apostolicae Sedis sollicite praestamus. Queis si debita obedientia respondeat (sicut pro certo habemus), gravissima mala removebuntur in iis praesertim dioecesibus, in quibus promptae coërcitionis urgeat necessitas. Ne vero quis praetextu defectus iurisdictionis, aut alio quaesito colore Ordinariorum sententias et proscriptiones ausu temerario spernere, vel pro non latis habere praesumat, Eis Sanctitas Sua concessit, sicut Nomine et Auctoritate Eius presentibus conceditur, ut in hac re, etiam tamquam Apostolicae Sedis Delegati, contrariis quibuscumque non obstantibus, procedant.

Ad Apostolicum autem iudicium ea deferantur opera vel scripta, quae profundius examen exigant, vel in quibus ad salutarem effectum consequendum Supremae Auctoritatis sententia requiratur.

Intru acestea Ilustrisime si Reverendisime Domnule Tidorimu din anima inmultîrea darurilorn divine, si suntemu prea dispusi toturoru insarcinariloru noue preaplacute.

Rom'a, in 24 Augustu 1864.

Alu Ilustritatei Tale

celu mai adictu:

**Ludovicu** Card. de **Alteriis**

Prefectulu S. Congregatiuni alu Indicelui.

(L. S.)

**Fr. Angelu Vincentiu Modena**

de Ord. Predicat. Secretariulu S. Congregatiuni a Indicelui.

## MANDATULU

*Pontificelui Leonu XII-le de pia memoria adausu la Decretulu S. Congregatiuni a Indicelui, Sambata in 26 Maiu 1825.*

Sanctitatea S'a a demandatu, se se revóce in memori'a toturoru Patriarchiloru, Archiepiscopiloru, Episcopiloru si altor'a, caror'a li-s'a concrediutu gubernarea Basericeloru, cele cè se cuprindu in Regulele Indicelui publicate la mandatulu S. Sinodu Tridentinu, si in observatiuni, in instructiune, si decretele generali ale Sumiloru Pontifici Clemente VIII-le, Alesandru VII-le si Benedictu XIV-le, si suntu puse in fruntea Indicelui pentru càrtile interdîse, cu autorisare de a sterge de totu si a proscrie càrtile corupte, cá adeca, fiendu cu totulu imposibilu a introduce in Indice tóte càrtile stricatióse, ce aparu ne intreruptu, se se nevoiesca a scote din manile fideliloru atari càrti cu propria auctoritate, si insii se invetie pre credintiosii sei, care genu de nutrementu este salutariu pentru densii, si érasi carele trebue se lu-socotésca de stricatiosu si mortiferu, cá nu cum-v'a se fia sedusi in primirea aceluia prin vre-o aparintia, sí se se strice prin amagire.

## INSTRUCTIUNEA

*S. Congregatiuni publicata Marti in 4 Martie MDCCCXXVIII.*

Sacr'a Congregatiune revóca in minte toturoru Patriarchiloru, Archiepiscopiloru, Ordinariateloru si Incuisitoriloru locali cea



Interim Tibi Illme et Rme Domine copiosa divinorum charismatum incrementa ex animo precamur, et ad pergrata quaeque officia nos paratissimos exhibemus.

Datum Romae die 24 Augusti 1864.

Amplitudinis Tuae

Addictissimus

**Ludovicus** Cardinalis de **Alteriis**

S. Indicis Congregationis Praefectus.

Loco † Sigili

**Fr. Angelus Vincentius Modena**

Ord. Praed. Sacrae Indicis Congr. a Secretis.

## MANDATUM

*S. M. Leonis XII additum Decreto Sac. Congreg. Indicis die Sabbati 26 Martii 1825.*

Sanctitas Sua mandavit in memoriam revocanda esse universis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque in Ecclesiarum regimen praepositis ea, quae in Regulis Indicis Sacrosanctae Synodi Tridentinae iussu editis, atque in observationibus, Instructione, Additione, et generalibus Decretis Summorum Pontificum Clementis VIII, Alexandri VII, et Benedicti XIV, auctoritate ad pravos libros proscribendos abolendosque Indici Librorum Prohibitorum praeposita sunt, ut nimirum, quia prorsus impossibile est, libros omnes noxios incessanter prodeuntes in Indicem referre, propria auctoritate illos e manibus Fidelium evellere studeant, ac per Eos ipsimet fideles edoceantur quod pabuli genus sibi salutare, quod noxium ac mortiferum ducere debeant, ne ulla in eo suscipiendo capiantur specie ac pervertantur illecebra.

## MONITUM

*Sac. Congreg. editum Feria III die IV Martii MDCCCXXVIII.*

Sacra Congregatio in mentem revocat omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Ordinariis, et Inquisitoribus locorum id, quod

ce se prescrie in Canonulu No II, intre cele publicate din mandatulu S. Conciliu Tridentinu, cu cuvintele aceste: *càrtile ereticiloru, cari tracteza despre religiune din propusu, se condamna cu totulu,* si cele ce le a demandatu Clemente alu VIII de pia memoria in instructiunea despre oprirea càrtiloru, cu cuvintele urmatorie § VI: *in genere inse cu privire la càrtile rele si stricatiose se declara si statoresce, cà cele ce sau edatu la inceputu in ore care limba, si apoi sau interdîsu si condamnatu de càtra Scaunulu Apostolicu, acele, in ori ce limba se voru traduce dupa ace'a, si ori unde in lume, se se considere de interdîse de acelasi Scaunu si sub acelesi pedepse condemnate.*

## INSTRUCTIUNEA

*S. Congregatiuni publicatu in VI Januarie MDCCCXXXVI*

Fiendu-cà s'a referitu S. Congregatiuni cu certitudine, cá santele càrti ale Biblieloru se divulga prin convorbiri, cà in unele locuri se tiparescu, fàra cá se se observeze legile cele mai salutare cu privire la acelasi lucru, si fiendu-cà din caus'a ace'a e de temutu, cá nu cumva, dupa conspiratiunea omeniloru perversi mai cu sema in tempurile aceste, se se insinue erorile ascunse sub aparatulu eloquentiei divine, din motivulu acela S. Congregatiune a decisu a se revocá de nou in memori'a toturoru cele ce s'au decretatu alta data, si anume versiunile in limbele materne nu debue permise, *afora de acele ce voru fi fostu aprobate de Scaunulu Apostolicu, seau se voru fi edatu cu adnotatiuni luate din Santii Parinti ai Basericei, seau dela barbati eruditi si catolici* (din decr. S. Congr. a Indicelui 15 Juniu 1757 in adausulu la Reg. Ind.): afara de ace'a debue se insistemu cu totulu pre lunga acelea, cari s'au statoritu in caus'a ace'a prin Regul'a a patr'a a Indicelui, si érasi prin mandatulu Pontificelui de pia memoria Clemente alu VIII.



praescribitur in Regula, inter editas iussu S. Concilii Tridentini N. II. his verbis; *Haereticorum libri, qui de Religione ex professo tractant, omnino damnantur:* Et ea, quae mandavit sa. me. Clemens VIII in instructione de prohibendis Libris, sequentibus verbis §. VI *In universum autem de malis et perniciosis Libris id declaratur atque statuitur, ut qui certa aliqua lingua initio editi, et deinde prohibiti ac damnati a Sede Apostolica sunt, iidem quoque, in quamcumque postea vertantur linguam, censeantur ab eadem Sede ubique gentium, sub eisdem poenis interdicti et damnati.*

## MONITUM

*Sac. Congr. editum Fer. V. die VII Ianuarii MDCCCXXXVI*

Cum ad S. Congregationem certo relatum fuerit, sacratissimos Bibliorum Libros vulgari sermone nonnullis in locis typis edi, quin saluberrimae de ea re leges serventur, cumque inde pertimescendum sit, ne, quae hominum nequam hisce praesertim temporibus conspiratio est, errores sanctiore divini Eloquii apparatu obvoluti perperam insinuentur, censuit eadem S. Congregatio revocanda iterum esse in omnium memoriam, quae alias decreta sunt, vernaculas nimirum Bibliorum versiones non esse permittendas, *nisi quae fuerint ab Apostolica Sede adprobatae, aut editae cum adnotationibus desumptis ex sanctis Ecclesiae Patribus vel ex doctis Catholicisque viris* (ex decr. S. Congreg. Ind. 15 Iun. 1757 in addit. ad Reg. Ind.): iis praeterea omnino insistendum, quae per Regulam quartam Indicis et deinceps ex mandato sa. me. Clementis VIII, in eam causam praestituta fuerunt.

## II.

## La Titlulu V. Capu VIII.

*Instructiunea S. Congregatiuni de Propaganda Fide tramisa Ven. si Preadistinsului Archiepiscopu de Alb'a Juli'a si Fagarasiu, si V. V Episcopi ai Provinciei Transilvaniei.*

**Despre Indissolubilitatea Matrimoniului in casu de adulteriu si parasire perfida.**

Nu se pote spune câta bucuría sufletésca a semtîtu acést'a S. Congregatiune, indata ce a' intielesu, cà in fine, prin ostenél'a, barbatía, si constanti'a Venerabililoru Presuli ai acestei Baserice de Alb'a Juli'a si Fagarasiu, s'au efeptuitu, cá abusulu acel'a invechitu, prin care fàra pedépsa se disolvá casatori'a crestina seau pentru adulteriu seau din caus'a parasirei perfide a unuia dintre casatoriti, a inceputu nunumai a se intrecurmá, ci a se smulge mai din radecini, cá nice candu se nu mai produca surcei. Si intru adeveru ace'a cu atât'a a causatu mai mare bucuria Congregatiunei, fiendu cà prin acésta intrecurmare si sterpire a unui abusu de atare natura si atâtu de mare, vede, cà s'au dusu in deplinirea dorita formul'a ace'a de credintia, pre care Pontificii Romani esprese o propunu spre marturisire toturoru Greciloru si Orientaliloru, cari, abdîcêndu prin juramente de erori, lapedândn certele eresului, si a le schismei, se rentorna la unitatea Basericei catolice, cá la uniculu asilu alu adeverului.

Prin formul'a acést'a propusa acelor'a de càtra Urbanu alu VIII, fia-care este obligatu se marturisésca: „Asemenea „legatur'a Sacramentului Matrimoniului este indisolubila, si desi, „se potu despartî conjugii de patu si conlocuire din caus'a adul„teriului, eresului seau din alte cause, totusi nu li este iertatu [1]) „se contraga altu matrimoniu". Si acésta formula o au conprobatu si confirmatu toti Pontificii, cari au urmatu dupa Urbanu, intre cari numimu cu deosebire pre Benedictu alu XIV, care a propusu lui Simonu Evodiu Patriarchului alesu alu Basericei Antiochiane, formul'a acést'a de credintia spre publicare si marturisire [2]).



## II

## Ad Titulum V. Cap. VIII.

*Instructio Sacrae Congregationis de Propaganda Fide ad Ven. ac praestantissimum Archiepiscopum Fogarasiensem et Albae Iuliae, et ad V V. Episcopos Provinciae Transylvaniae transmissa.*

**De indissolubilitate Matrimonii in casu adulterii et perfidea desertionis.**

Difficile dictu est, quanta animi laetitia Sacra haec Congregatio fuerit affecta, cum primum accepit, factum fuisse tandem opera, fortitudine, atque constantia Venerabilium istius Ecclesiae Fogarasiensis seu Albae Iuliae Praesulum, ut inveteratus ille abusus, quo coniugium christianum vel ob adulterium, vel ob perfidam alterius coniugis desertionem impune solvebatur, coeperit non exscindi modo, sed pene radicitus convelli, ne unquam amplius fruticetur. Atque id quidem ex eo accidit Congregationi iucundius, quod per hanc talis tantique abusus excisionem atque evulsionem, videat optatae executioni mandatam illam fidei formulam, quam Romani Pontifices omnibus Graecis atque Orientalibus expresse profitendam proponunt, qui, eiuratis erroribus ab haereseos vel schismatis dissidiis ad Catholicae Ecclesiae unitatem, tamquam ad unicum veritatis asylum se recipiunt.

In hac enim formula ab Urbano VIII illis proposita aperte quisquis profiteri tenetur: „Item Sacramenti Matrimonii vincu„lum indissolubile esse, et quamvis propter adulterium, hae„resim, aut alias causas possit inter coniuges thori et cohabita„tionis separatio fieri, non tamen illis aliud matrimonium con„trahere fas esse" [1]). Hancque formulam qui Urbanum subsecuti sunt Pontifices omnes plane comprobarunt, confirmaruntque; quos inter Benedictum XIV praesertim volumus appellatum, qui Simoni Evodio, electo Ecclesiae Antiochenae Patriarchae, hanc ipsam proposuit fidei formulam edendam profitendamque [2]).

---

[1]) In Bullario. Bened. XIV. tom. I. pag. 260. — [2]) In Constit. LXXVII. *Nuper ad Nos.* In Bullar. eiusdem Pontif. Tom. I. p. 258.

Si Scaunulu Apostolicu, de câte ori i-s'a oferitu ocasiunea, nici una data n'a incetatu de a impune si pretinde observarea acestui articlu, care este de atât'a insemnatate. Pentru-cà se scie din actele Conciliului Florentinu, cà Sumulu Pontifice Eugeniu IV s'a plânsu tare in contr'a acestui abusu invechitu, ce erá in valore la Greci, si cà aceia nu au avutu ce se-i replice [1]). Din care causa acelu Pontifice in decretulu seu pentru Armeni in acela-si Conciliu a decisu acestea: Binele „matrimoniului se imparte in trei, antâiu este pruncii sus-„ceputi si educati spre onorea lui Domnedieu, alu doile este „credinti'a, carea debue se-o pastreze unu consociu càtra celu „alaltu, alu treile este *indivisibilitatea matrimoniului,* pentru-cà „ace'a insemna Unirea lui Christosu cu Baseric'a. *Desi este „iertatu a desparti de patu din caus'a fornicatiunei (curviei) „totusi nu se pote contrage altu matrimoniu, fiindu-cà legatur'a „matrimoniului contrasu in modu legalu, este perpetua*" [2]). In fine chiar' acestu articulu l'a definitu solemnu Sinodulu ecumenicu Tridentinu in Sesiunea XXIV Can. VIII, cu cuvintele aceste: „De va dîce cineva, cà Baseric'a gresiesce, — cându a „invetiatu si invetia, conformu doctrinei Evangelice si Apostolice, „cà pentru adulteriulu unui dintre consorti matrimoniulu nu se „pote disolve, si cà amendoi, ori chiar' si celu inocente, care „n'a datu causa adulteriului, pàna cându traiesce celu alaltu „consociu, nu pote contrage altu matrimoniu, si cà acel'a, care „dimitiendu pre adultera va luá pre alta, curvesce, precumu si „ace'a, care parasindu pre adulteru s'a maritatu dupa altulu, — „se fia anathema".

Mai incoló prin canonulu acest'a conciliulu n'a decisu altu-ceva, decâtu ce s'a crediutu in ambele Baserece Occidentala si Orientala si s'a observatu prin traditiune continua dela Christosu si Apostoli. Ce privesce Baseric'a latina seau occidentala, lucrulu e deplinu probatu. Pentru-cà inca la inceputulu seclului alu V in Conciliulu Milevitanu II s'a stabilitu ace'a mai cu aceasi formula, pre carea a aprobat'o dupa ace'a Conciliulu Tridentinu, si in Canonulu alu 7-le dupa cumu amu amentitu o a primitu, cuvintele aceluia suntu aceste: „Decidemu, „cà dupa invetiatur'a Evangelica si Apostolica nici celu lasatu de

[1]) Concilia generalia et provinc. Severini Binii, Colon. Agripp. 1618



Neque umquam destitit Apostolica Sedes, quoties sibi se obtulit occasio ab inculcanda atque exigenda huius articuli, qui tanti momenti est, observatione. Iam enim ex Actis Concilii Florentini constat Eugenium IV Summum Pontificem de hoc penes Graecos inveterato abusu fuisse graviter conquestum, nec quid ii reponerent, invenerunt [1]). Qui propterea Pontifex in suo decreto pro Armenis in eodem Concilio haec edixit: „Assignatur autem triplex bonum matrimonii, primum est proles „suscipienda et educanda ad cultum Dei; secundum est fides „quam unus coniugum alteri servare debet; tertium est *indi-„visibilitas matrimonii* propter hoc, quod significat coniunctionem „Christi et Ecclesiae. *Quamvis autem ex causa fornicationis „liceat thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium „contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contracti „perpetuum sit*" [2]). Demum hunc ipsum articulum solemniter Oecumenica Tridentina Synodus definivit Sess. XXIV. can. VIII. his verbis: „Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit et „docet iuxta Evangelicam et Apostolicam Doctrinam, propter „adulterium alterius coniugum matrimonii vinculum non posse „dissolvi, et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam „adulterio non dedit, non posse, altero coniuge vivente, aliud „matrimonium contrahere, moecharique eum, qui dimissa adul-„tera, aliam duxerit, et eam, quae dimisso adultero, alii nupserit, „anathema sit".

Hoc porro canone Concilium nihil aliud sanxit, quam quod in utraque Ecclesia Occidentali et Orientali continenti traditione a Christo et Apostolis creditum et servatum est. Quoad Ecclesiam quidem Latinam seu Occidentalem res est perquam explorata. Iam enim saeculi V initio a Concilio Milevitano II id adstructum fuerat eadem pene formula, quam deinceps Concilium Tridentinum adscivit suamque in can. VII. quam memoravimus fecit, eiusque verba haec sunt: „Placuit, ut secundum Evange-„licam et Apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, „neque dimissa a marito alteri coniungantur: sed ita maneant

Tom. IV. par. I. pag. 60 seq. — [2]) Acta Conc. Harduin. Tom. IX. col. 440

„muiere, nici ce'a lasata de barbatu se nu se impreune cu „altulu: ci se remana asiá, seau se se impace. Ce deca nu „voru face, se se supuna la penitentia“ [1]).

Si in acea-si doctrina se unescu, precum se scie S. Ilariu Pictavianulu [2]), S. Ambrosiu [3]), S. Jeronimu [4]), S. Augustinu [5]). S. Inocentiu I [6]). A reproduce ací cuvintele proprie a unui fia-caruia, socotimu de superfluu; va fí de ajunsu a produce testimoniulu celu mai ponderosu alu S-lui Inocentiu, prin care respunde lui Exsuperiu Episcopului Taraconianu, care-lu intrebase in obiectulu acest'a: „Caritatea t'a m'a intrebatu si de „aceia, cari au trecutu la alta casatoría intrevenindu repudiulu. „E evidentu, cà ambii acesti-a suntu adulteri. Cei-ce s'au „grabitu la alta impreunare, inca traindu socí'a, de si casatorí'a „se pare desfacuta, nu potu se nu se socotesca de adulteri, „in câtu si personele, cu cari se casetorescu inca se pare, cà „comitu adulteriu, dupa cuvintele Evangeliei: *Ori cine si lasa „muierea s'a, si ieá pre alta, precurvesce, asemenea si celu, ce ieá „pre cea lasata, precurvesce.* De ace'a trebue retienuti dela „Comuniunea cu credintiosii“ [7]).

Tocm'a asiá de chiare si peremptorie suntu si testimoniele Parintiloru grecesci despre lucrulu acest'a. Si chiar' convingerea primei Baserice dela inceputu ni-o aréta barbatulu apostolicu Hermas in cartea *Pastoris,* carea câtu de multu o au pretiuitu forte multi Parinti vechi, si inca cu mare auctoritate, abiá este cinevá, care se nu scia. Mai departe in ace'asi, cartea a II. Mandatulu IV. se cetesce: „deca vá remané muierea in „pecatulu seu? si dîce (angerulu): se o dimita pre ace'a bar„batulu. Si barbatulu se remana de sine. Er' deca-si vá fí „dimisu muierea s'a, si vá fí luatu pre alt'a, si elu precur„vesce [8])“. Er' Justinu Martirulu in apologi'a I. aretandu, cu câtu intrece disciplin'a crestinesca pre cele paganesci, enuncia in genere, cá a lui Christosu, acestu preceptu despre castitate: „Celu ce ieá pre cea lasata de barbatu, preacurvesce“ [9]).

Cu acestea se unescu decisiunile Canoneloru numite Apostolice, cari totu de a un'a au avutu auctoritate mare in Baserec'a

[1]) Can. XVII. Acta Concil. Harduin. Tom. I. col. 1700. — [2]) In Cap. IV. Comment. in Matth. num. 22 ed. Maur. — [3]) Exposit. in Luc. lib. VIII. — [4]) Epist. LXXVII. n. 3. 4. col. 455 ed. Vallars. et in Comment. in Cap.



„aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad poeni„tentiam redigantur“ [1]).

Atque in eamdem doctrinam conspirant, ut notum est, S. Hilarius Pictaviensis [2]), S. Ambrosius [3]), S. Hieronymus [4]), S. Augustinus [5]), S. Innocentius I [6]). Quorum singula per singulos verba referre heic supervacaneum putamus; satis erit S. Innocentii gravissimum testimonium producere, quo Exsuperio Episcopo Tarraconensi, qui hac de re eum interrogaverat, respondit: „De his etiam requisivit dilectio tua, qui, interveniente „repudio, alii se matrimonio copularunt. Quos in utraque parte „adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, „quamvis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copu„lam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum, „ut etiam hae personae, quibus tales coniunctae sunt, etiam „ipsae adulterium commisisse videantur, secundum illud quod „legimus in Evangelio: *Qui dimiserit uxorem suam et duxerit, „alteram, moechatur, similiter et qui dimissam duxerit moechatur.* „Et ideo omnes a Communione fidelium abstinendos“ [7]).

Verum non minus luculenta sunt ac peremptoria, quae Graeci Patres hac super re nobis exhibent testimonia. Ac primae ipsius nascentis Ecclesiae sensum patefacit vir Apostolicus Hermas in libro *Pastoris,* cui quantum tribuerint vetusti Patres, iique nec pauci numero, nec minus auctoritate insignes, vix est, qui possit ignorare. In eo porro libro II. Mandato IV. legitur: „Si „permanserit in vitio suo mulier? Et dicit (Angelus): Dimittat „illam vir. Et vir per se maneat. Quod si dimiserit mulierem „suam, et aliam duxerit, et ipse moechatur“ [8]). Iustinus vero Martyr in Apologia I. ostendens quantum Christiana institutio praestet gentilium institutionibus, hoc de castitate velut Christi praeceptum generatim enuntiat: „Qui ducit repudiatam ab „altero viro, moechatur“ [9]).

Quibus congruunt, quae in Canonibus Apostolicis nuncupatis, quorum magna semper extitit in Ecclesia graeca auctoritas, con-

XIX. S. Matth. — [5]) In duobus lib. *De Coniugiis Adulter.* ad Pollentium. — [6]) Epist. ad Exsuperium Tarrac. n. 12. edit. Constant. col. 794. et iterum Epist. II. ad Victricium Rotomag. n. 15 ibid col. 752. — [7]) Epist. IV. loc. cit. — [8]) Edit. Coteler. *PP. Apost.* Tom. I. edit. Antwerp. 1698. pag. 87. — [9]) Edit. Maran. n. 15.

grecesca. Pentru-cà in can. XLVIII se statoresce preste totu si fàra nici una esceptiune: „Déca cutare laicu lasandu-si mu-„ierea, va luá alt'a, seau pre un'a dimisa dela barbatulului seu, „se se desparta" [1]). De aci a urmatu cà S. Basiliu, S. Gregoriu Nazianz., S. Joanu Chrisostomu, Teodoretu si altii mai multi, pre cându dáu credintiosiloru facultate a-si dimite muierea adultera, pre atunci unanimu tragu la indoiela, cà aceia ar' poté se-si iée alta muiere dupa dimiterea celei adultere, pàna cându ace'a e inca in viétia.

Si intru adeveru S. Basiliu chiar' in canonulu alu IX, de care abuseza atâtu de multu aceia, cari apera divortiulu, afirma insolubilitatea absoluta a casatoríei dîcêndu: „Dupa invetiatur'a „Domnului Christosu nici barbatiloru nici muieriloru nu li este ier-„tatu a se despartî, de câtu pentru adulteriu. Inse daten'a nu este „asiá, pentru-cà cu privire la muieri aflàmu, cà se observa multe cu „acuratétia, pentru-cà Apostolulu dîce, *cà acel'a, care se im-„preuna cu meretricea devine unu corpu.* Er' Jeremí'a, *déca va „fi muierea cu altu barbatu, se nu se intorca la barbatulu seu, „ci fiindu maculata va remané maculata:* si érasi, *celu ce tiene „pre cea adultera, este nebunu si impíu.* Er' datin'a demanda, cá „si barbatii adulteri, si cari petrecu in fornicatiune, se se retiena „dela muieri. Deci ace'ace traesce cu unu barbatu dimisu, „nu sciu de se pote numí adultera. Pentru-cà crim'a privesce „pre muiere, carea si-a dimisu barbatulu ori din ce causa s'ar' „fî dusu dela elu. Séu batuta se nu sufere, cu tote cà erá „mai bine se sufere bataile, decâtu se se desparta de barbatu: „seau pentru dauna in bani, care inca nu este scusa de „ajunsu: er' déca traesce in fornicatiune, nu avemu acést'a pre-„vediuta in praxea eclesiastica, ma inca muierei nici nu este „demandatu, se se desparta de barbatulu infidelu, ci se remana „pentru templare nesicura. *Pentru-cà ce scii muiere, au vei mantuí „pre barbatu?* De unde ace'a, ce-si lasa barbatulu, si merge dupa „altulu, este adultera: er' celu pàràsitu e escusabilu; si ace'a „ce locuesce cu elu, nu se condamna. Er' déca barbatulu, care „s'a despartîtu de muiere, ieá alt'a, si elu este adulteru, pen-„tru-cà face, cá ace'a se comita adulteriu, si ace'a, ce locuesce „cu elu, este adultera, pentru-cà si-a luatu unu barbatu strainu" [2]).

[1]) Apud Coteler. edit. Antwerp. Tom. I. pag. 444. — [2]) Epist. CLXXXVII. ed. Maur. Tom. III. pag. 273. seq.



stituta sunt. Etenim in can. XLVIII. indefinite, nullaque prorsus exceptione facta statuitur: „Si quis laicus uxore sua eiecta, „aliam acceperit, vel ab alio dimissam, segregetur" [1]). Exinde factum est, ut S. Basilius, S. Gregorius Nazianz., S. Ioannes Chrysostomus, Theodoretus, aliique passim, dum uno ore facultatem tribuunt fidelibus coniugem dimittendi adulteram, unanimi consensione inficientur eos posse, adultera dimissa, eaque vivente, aliam ducere uxorem.

Sane S. Basilius, vel in ipso Canone IX. quo tantopere abutuntur, qui divortium propugnant, omnimodam insolubilitatem adstruit matrimonii dicens: „Aeque viris et mulieribus convenit „secundum sententiae consequutionem quod a Domino pro-„nunciatum est, non licere a matrimonio discedere, nisi ob „fornicationem. Consuetudo autem non ita se habet, sed de „mulieribus quidem multa accurate observari deprehendimus, „cum Apostolus quidem dicat, quod *qui adhaeret meretrici, fit „unum corpus.* Ieremias vero, *quod si fuerit mulier cum alio „viro, non revertetur ad virum suum, sed polluta polluetur:* et „iterum, *qui habet adulteram, stultus est et impius.* Consuetudo „autem etiam adulteros viros et in fornicationibus versantes „iubet a mulieribus retineri. Quare quae una cum viro di-„misso habitat, nescio an possit adultera appellari. Crimen „enim hic attingit mulierem, quae virum dimisit, quanam de „causa a coniugio discesserit. Sive enim percussa plagas non „ferat, ferre satius erat quam a coniuge separari: sive damnum „in pecuniis non ferat, ne haec quidem iusta excusatio: sin „autem, quoniam ipse vivit in fornicatione, non habemus hanc „in ecclesiastica consuetudine observationem, imo vero ab in-„fideli viro non iussa est mulier separari, sed propter even-„tum incertum remanere. *Quid enim scis mulier, an virum sal-„vum sis factura?* Quare, quae reliquit, est adultera, si ad „alium virum accessit: qui autem relictus est, dignus est venia, „et quae una cum eo habitat, non condemnatur. Sed si vir, „qui ab uxore discessit, accessit ad aliam, est et ipse adulter, „quia facit, ut ipsa adulterium committat, et quae una cum ipso „habitat, est adultera, quia alienum virum ad se traduxit" [2])

Din cari invetiàmu, dupa S. Parinte, cà in sensulu Evangeliului barbatulu si muierea suntu egali, desi daten'a introdusa prin legile civili permite barbatului se dimita muierea din caus'a adulteriului, precându acesteia-i denega. Dealmintrea densulu dupa norm'a Evangeliului pre ambii, va se dîca pre barbatu si muiere, -i dechiara de vinovati pentru adulteriu, déca seau barbatulu va luá muiere adultera, seau muierea se va maritá dupa barbatu adulteru, pàna cându traiesce unulu din doi desi dimisu. Câtu de drépta este parereȃ densului se vede atâtu din alte locuri [1]), câtu si cu deosebire din Regul'a LXXIII, in care dechiara absolutu chiaru si in causa de adulteriu: „nu este iertatu barbatului, dupa ce si-a dimisu soci'a, se iée pre alta": nice „nu se cuvine, cá muierea repudiata de barbatu se fia luata de càtra altulu" [2]) si acést'a dupa norm'a invetiaturei evangelice, carea o aduce totu acolo.

Cu S. Basiliu se unesce S. Gregoriu Nazianzenulu, care asemenea reproba daten'a introdusa de legile civile cu privire la repudiarea muieriloru adultere, precându din contra muieriloru nu li este iertatu a repudiá pre barbatii adulteri, dîcundu: „Cu privire la acést'a (cestiune) vedu pre multi reu „pasionati, er' legea loru nedrépta si neconstanta. Pentru-cà „ce a fostu caus'a de pre muiere au oprit'o, er' barbatului „i-au concesu si l'au lasatu liberu? Si cá muierea, care a in„treprinsu unu planu neonestu in contr'a chiliei barbatului seu, „se fia constrinsa la expiarea adulteriului, si se fia torturata „prin cele mai aspre pedepse ale legei, er' barbatulu, care a „violatu prin adulteriu credinti'a promisa muierei, se nu fia supusu nice unei pedepse? Legea acést'a nice de cumu nu o „aprobu, daten'a acést'a de locu nu o laudu" [3]). Si in Epist. CCXI. „Intru adeveru, scrie, cu multa placere asi fí datu suatu „lui Ucrianu alu mieu, cá se tréca cu vederea multe din cele „puse la midĭlocu, si se nu aprobe divortiulu, fiindu-cà displace „legiloru nostre cu totulu: desi legile Romaniloru judeca alt„mintrea" [4]). Prin cuvintele acestea S. Parinte espresu opune legiloru civile, cari permitu divortiulu, legile crestine, cari lu oprescu.

[1]) Can. XLVIII. — [2]) Edit. cit. Tom. II. *in Moralibus*, pag. 308. —



Ex quibus discimus iuxta B. Patrem pares ex Evangelio esse virum et mulierem, etsi consuetudo per leges civiles inducta tribuat marito facultatem dimittendi propter adulterium mulierem, quam huic denegat. Caeterum ipse ad normam Evangelii utrumque, virum scilicet et mulierem, reum adulterii declarat, qui alterutro vivente, licet dimmisso, vel vir alteram duxerit uxorem, vel uxor alteri viro nupserit. Quam germanam esse eius mentem tum ex aliis locis [1]), tum potissimum ex Regula LXXIII apparet, in qua absolute pronunciat etiam in casu adulterii: „Quod non licet viro uxore dimissa, aliam ducere": neque „fas est repudiatam a marito ab alio duci uxorem" [2]) idque ad normam evangelicae doctrinae quam ibidem adducit.

S. Basilio consonat S. Gregorius Nazianzenus, qui itidem reprobat consuetudinem a legibus civilibus inductam dė repudiandis uxoribus adulteris, dum e contra non licet mulieribus repudiare adulteros maritos, dicens: „Circa hanc (quaestionem) „plerosque male affectos cerno, ac, legem eorum iniquam, nec „sibi constantem, Quid enim causa fuit, cur mulierem coërce„rent, marito contra indulgerent, eumque liberum relinquerent? „Et mulier quidem, quae improbum consilium adversus viri „sui cubile susceperit, adulterii piaculo constringatur, acer„bissimisque legum poenis excrucietur; vir autem, qui fidem „uxori datam per adulterium violaverit, nulli supplicio obno„xius sit? Hanc legem haudquaquam probo, hanc consuetu„dinem minime laudo" [3]). Et in Epist. CCXI. „Equidem li„bentissime, scribit, consilium dedissem meo Ucriano, ut multa „eorum quae in medio interiecta sunt, praetercurreret, quo „divortium ratum non faceret: quod legibus nostris omnino „displicet: tametsi Romanorum leges aliter iudicent" [4]). Per quae quidem verba expresse Beatus Pater opponit legibus civilibus, quae permittunt divortium, leges Christianas, quae illud vetant.

[3]) Orat. XXXVII. n. 6. edit. Maur. 1778. Tom. I. pag. 649. — [4]) Opp. edit. Paris. 1630. Tom. I. pag. 905.

In fine S. Joanu Chrisostomu afirma constant, cà matrimoniulu este indisolubile in ori ce casu, pentru-cà densulu desaproba cu totulu legile civile, cari decreteza divortiulu, cá pre unele contrarie legei evangelice. Elu scrie: „ce vomu dîce „aceluia, care va judecá despre noi cându ni va cetí legea „amintita dîcundu, am demandatu, se nu luati pre muierea repu„diata, spunendu-vi, cà comiteti adulteriu: deci cumu ai cutezatu „se pasiesci la una casatoría oprita? ce vomu dîce, ce vomu „respunde? Pentru-cà nice una data nu este iertatu, se se „ieia de pretecstu legi straine acolo, ci este necesariu, cá cei „ce tacu si suntu amestecati in lucru, se fia aruncati in foculu „gehenei impreuna cu adulterii, si cu cei ce facu injuria „casetoriei straine. Cà-ci si celu ce a dimisu muierea fàra „causa de curvia, si celu ce a luatu pre cea dimisa traindu inca „barbatulu ei, se fia pedepsiti impreuna cu muierea dimisa" [1]) si erasi in altu locu se pronuncia absolutu: „Nice se nu-mi „dîci: elu a dimis'o; pentru-cà dimis'a remane inca muierea di„mitentelui" [2]).

Din acésta doctrina constanta si unanima a mai mariloru a urmatu, cà credintiosii, dupace muierea s'a dimisu pentru crima adulteriului, nice una data nu au cutezatu se inchiaie casatorie noue, pre câtu tempu a traitu acea. Intru adeveru din tota anticitatea nu se pote produce nice macaru unu esemplu despre incheiarea verunei casetorie de natur'a acésta, mai cu séma cu invoirea si aprobarea auctoritatei eclesiastice. Care procedura cu atât'a e de a se considerá mai multu, fiindu-cà legile imperiale permitu atari divortie, asia dara este unu argumentu invincibile, cà in tempulu acela inca nu incepuse a se introduce prax'a punibila si stricatiosa despre disolvarea matrimoniului, ci cà a fostu inca in vigore disciplin'a unanima a doctrinei evangelice si apostolice in Baseric'a Greco-Orientala, carea, precumu in altele asia si in articululu acest'a s'a unitu cu Baseric'a Romana seau occidentala. Altcumu atunci s'aru fí intemplatu adeseori astufeliu de disolveri matrimoniali, dupa cumu s'a intemplatu dupa acea; s'aru fí nascutu forte multe neintielegeri si controversie din caus'a acésta intre ambele Baserice. Totusi câtu potemu scí noi din istorii si monuminte chiar' si din tempurile cele mai vechi, nicairi nu amu aflatu, cá in tempulu acel'a se se fí nascutu seau



Demum S. Ioannes Chrysostomus insolubile quocumque in casu coniugium constanter affirmat, quum civiles leges, quae divortium sanciunt, tamquam contrarias legi Evangelicae planissime improbat. Scribit enim: „Quid enim dicemus ei, qui de „nobis iudicaturus est, quando legem illatam in medium le„gerit dicens: iussi repudiatam uxorem non ducere, dicens id „adulterium esse: Quomodo igitur ausus es ad prohibitas nu„ptias accedere? Quid dicemus, quid respondebimus? Num„quam enim illic fas externas leges praetexere, sed necessarium „est, tacentes et ligatos in gehennae ignem immitti cum adul„teris et alienum thorum iniuria afficientibus. Nam et qui di„miserit absque causa stupri, et *qui eiectam vivente viro duxerit,* „cum eiecta illa punientur" [1]). Et iterum absolute alibi pronunciat: „Nec mihi enim dicas: ille eiecit. Nam eiecta adhuc „manet eiicientis uxor" [2]).

Ex hac constanti atque unanimi Maiorum doctrina factum est, ut numquam ausi fuerint fideles, dimissa ob adulterii flagitium uxore, novas celebrare nuptias illa vivente. Sane ex universa antiquitate ne unum quidem proferi exemplum potest de eiusmodi celebratis coniugiis, ecclesiastica praesertim probante aut suffragante auctoritate. Quae agendi ratio eo pluris facienda est, quod imperiales leges eiusmodi divortia permitterent. Argumento igitur ineluctabili est aetate illa nondum noxiam ac perniciosam de dirimendis coniugiis praxim induci caepisse, sed adhuc Evangelicae et Apostolicae doctrinae consentientem viguisse disciplinam in Ecclesia Graeco-Orientali, quae ut in ceteris, sic etiam in hoc articulo cum Romana seu Occidentali conveniebat Ecclesia. Alioquin tum frequentes, prout postea factum est, eiusmodi coniugiorum diremptiones accidissent; inter utramque Ecclesiam dissensiones, et controversiae hac de causa excitatae fuissent quamplurimae. Verumtamen, quantum ex historiis aut monumentis repetere vel longissime possumus, nihil umquam quaestionis per eam aetatem inter utramque Ecclesiam hac de

---

[1]) In Serm. *De libello repudii,* num. 3. edit. Maur. Tom. III. pag. 207. — [2]) Hom. XVII. in Math. Tom. VII. pag. 227. seq. n. 4.

agitatu intre ambele Baserice ver una cestiune in obiectulu acest'a; desi intru adeveru ar' fi lucru de mirare, se nu fia remasu nici una urma despre una atare cestiune.

Asia dara atare praxa stricatiosa nu se pote deduce nice din literele sacre, nice din traditiunea Betrâniloru, dupa cumu au cugetatu unii in tempurile mai târdie. Pentru-cà altmintrea urmele acestei certe reciproce s'aru vedé undeva in documintele vechi. Din contra se scie, cà scriitorii grecesci nu au recursu nice nu sau provocatu la funtânele aceste, decâtu dupa-ce Baseric'a romana a inceputu a urmarí cu asprime acestu abusu, care luá dimensiuni din ce in ce mai mari, cá in ori ce modu se-si mandrésca prax'a s'a prin ore care colore de adeveru, pentru cá se nu marturisésca, cà sau abatutu asiá de tare dela calea invetiaturei evangelice si apostolice.

Deci acést'a pracsa seau mai bine abusu alu Basericei Greco-Orientale nu e de a se scote de aiurea, decâtu din legile Imperatiloru, pre cari, in modulu celu mai neiertatu le-a primitu intre decisiunile canonice in *Nomocanonulu* seu mai ântâiu impiulu Fotiu, auctorulu schismei triste, prin care baseric'a grecésca s'a despartîtu decàtra cea Romana seau Catolica, cá si cumu legile profane despre lucrulu acest'a, reprobate decàtra Parinti, aru avé poterea auctoritatei eclesiastice si canonice. Asia din tempulu acela a provenitu, cà daten'a aceia perversa a inceputu mai ântâiu a se verî pre furisiu in Baseric'a greco-orientala prin nepasarea episcopiloru fàra energia si prea-adicti poterei laice, er' dupa ace'a prin aprobarea reului crescêndu, pàna ce respândindu-se in lungu si in latu a prinsu radecini afunde, neesterminabile mai prin nice una potere omenésca. Acésta procedura, care s'a introdusu in tempurile mai târdie si care diferiá asia de tare de ace'a, care aveá deplina potere in tempurile anteriori, cându eráu in flore Santii Parinti ai Basericei, arata pàna la evidentia, cà la inceputu cu totulu alta doctrina erá in valore, si cà numai dupa schism'a cea trista a inceputu a se reslatî si a precumpaní prax'a contraria.

Ce'a ce nice chiaru interpretii greci ai dreptului Canonicu nu au cutezatu se nege, ma din contra marturisescu publice. Va fi destulu se amintímu aici unu singuru scriitoriu, care la



re exortum, aut agitatum novimus; quodque certe mirabile foret, nullum huiusmodi quaestionis vestigium memoriae proditum fuisse.

Itaque non ex Sacris litteris neque ex Maiorum traditione, prout serioribus temporibus nonnulli excogitarunt, repeti perniciosa eiusmodi praxis potest. Secus enim huius concertationis vestigia alicubi in vetustis documentis apparerent. Contra vero notum est ad hos fontes non se recepisse, aut provocasse graecos scriptores, nisi postquam acriter Ecclesia Romana gliscentem hunc abusum insectari coepit, ut quoquomodo praxim suam aliquo veritatis colore cohonestarent, ne turpiter adeo se ab Evangelicae et Apostolicae doctrinae tramite descivisse faterentur.

Non aliunde igitur haec praxis seu verius abusus Ecclesiae Graeco-Orientalis arcessendus est, quam ex Imperatorum legibus, quas per summum nefas primum nefarius Photius luctuosi schismatis auctor, quo graeca Ecclesia a Romana seu Catholica discissa est, in suo *Nomocanone* inter Canonicas sanctiones adscivit, perinde ac si profanae leges a Patribus hac super re reprobatae, vim ecclesiasticae et canonicae auctoritatis haberent. Ex eo enim tempore factum est, ut furtim primo perversa illa consuetudo in Ecclesiam Graeco-Orientalem irrepere coeperit, dissimulantibus ignavis episcopis laicae potestati nimis addictis, postea vero etiam ingravescens malum probantibus, donec longe lateque diffusum altas egerit radices nulla fere humana vi convellendas. Haec autem adeo diversa agendi ratio, quae serioribus temporibus obtinuit, ab ea, quae viguit anteriori aetate, florentibusque Ecclesiae Sanctissimis Patribus, luculenter ostendit aliam prorsus primitus doctrinam invaluisse, nec nisi post luctuosum schisma contrariam gliscere ac praevalere praxim coepisse.

Quod neque ipsi iuris Canonici interpretes graeci inficiari ausi sunt, immo vero aperte fatentur. Satis heic sit unum commemorare penes Graeco-Orientales non exiguae auctoritatis

greco-orientali se bucura de una auctoritate mare, pre monachulu Blastaru, care tractându despre causele, prin cari se disolva matrimoniulu, de cari numera multe atâtu din partea barbatului, câtu si din partea muierei, tote le deduce dela legile Imperatiloru, densulu scrie astfeliu: „despre solutiunea Matrimoniului tractéza „multe legi in multe locuri. Dar' mai perfectu Novel'a lui Ju„stinianu, care spune claru causele, pentru cari barbatulu seau „muierea pote repudiá pre sociulu seu..... Er' causele suntu „enumerate espresu de Imperati religiosi, din caus'a carora unice „se pote disolví matrimoniulu". Intre causele aceste numera si pre ace'a „deca muierea este acusata pentru adulteriu, si a „fostu convinsa prin legi despre adulteriu" [1]).

Inse, cá se ne folosimu de cuvintele cele ponderose ale lui Piu VI, se scie, cà prin legile omenesci câte una data se ierta pentru fragilitatea umana unele, ce nu suntu iertate dupa dreptulu conscientiei. Se scie, cà nu au lipsitu legi, cari permitu atare modu de usura, care de locu nu se pote impacá cu dreptulu naturalu si divinu, incâtu facultatea data ataroru legi in modulu acest'a mai bine s'ar' numí impunitate decâtu libertate iusta. Si cá se nu ne departàmu de materi'a din cestiune, asemenea se scie, cà si in seclii primi ai Basericei a fostu permisu dupa legile omenesci, cá se se disolve matrimoniulu din anumite cause, dânduse pote chiaru si facultate ambeloru pàrti de a incheiá alte casetorii. Ce dîcu inse la aceste Parintii Basericei? Chrisostomu in cap. VII epist. càtra Rom. *Se nu-mi citedi legile esterne si profane, cari demanda a se dá libelu de repudiare, si a se face divortiu; pentru-cà securu Domnedieu nu va judecá dupa legile aceste, ci dupa acelea, pre cari le-a pusu densulu.* Hieronimu in Epist. 30. *Altele suntu legile Imperatiloru, altele alui Christosu: alt'a demanda Papinianu, alt'a Paulu alu nostru;* pentru ace'a acel'a-si S. Doctoru *marturisesce, cà Fabiol'a a pecatuitu, pentru-cà repudiându pre barbatulu, ce e dreptu adulteru, si care avuse comerciu cu una prostituta, si servitore ordinaria, nu a remasu nemaritata; desi o escusa, pentru-cà a fostu tenera si dupa legile civile se permitea repudiulu,* scriendu: *Asia dara si Fabiol'a, pentru-cà erá convinsa, si cugetá, cà cu dreptulu si-a dimisu barbatulu, si fiendu-cà nu cunoscuse vigorea evangeliului, in care li-se taie muieriloru totu pretestulu de a se maritá, pàna cându*



scriptorem, Blastarem monachum, qui de causis agens, quibus matrimonium solvitur, quasque haud paucas tum ex parte mariti tum ex parte uxoris recenset, eas omnes repetit ab Imperatorum legibus. Sic enim scribit: „De matrimonii solutione multis in locis multae leges tractant". „Sed perfectius Novella Iusti„niani, quae diserte causas exponit, ob quas maritus aut uxor „repudium coniugi mittere potest..... Causae vero nominatim „enumeratae sunt a religiosis Imperatoribus, ob quas solas ma„trimonium solvere licet". Inter has causas autem et illam refert: „Si adulterii mulier accusata, et secundum leges adul„terii convicta fuerit" [1]).

Notum vero est, ut gravissimis Pii VI verbis utamur, humanis legibus nonnulla interdum humanae fragilitati concedi, quae non licent iure conscientiae. Notum est non defuisse leges talem usurae modum permittentes, quae cum iure naturali ac divino conciliari prorsus non valeant, ut proinde facultas hisce legibus data impunitas potius discenda foret, quam iusta libertas. Ac ne a subiecta materia discedamus, notum pariter est primis quoque Ecclesiae saeculis permissum humanis legibus fuisse, ut certis de causis matrimonia solverentur, forte etiam utrique parti facultate ad alias nuptias transeundi facta. Quid porro ad haec Ecclesiae Patres? Chrysostomus in cap. VII. epis. ad Rom. *Non mihi recites leges externas atque profanas, quae libellum repudii dare, ac divortium facere praecipiunt; non enim profecto secundum has leges iudicaturus est Deus, sed iuxta eas, quas ipse posuit.* Hieronymus Epist. 30. *Aliae sunt leges Caesarum, aliae Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus Noster praecipit.* Quocirca idem S. Doctor *peccasse fatetur Fabiolam, quod repudiato marito, adultero quidem, et qui se scorto, vilique mancipio miscuerat,* non innupta manserit; *tametsi eam excuset, quod adolescentula esset, et civilibus legibus permitteretur repudium,* scribens: *Igitur et Fabiola, quia persuaserat sibi, et putabat, a se virum iuste dimissum, nec Evangelii vigorem noverat, in quo*

[1]) Matth. Blastaris Syntagma Alphabeticum litt. b. Cap. XIII.

*traiescu barbatii, precàndu incungiura multe rane de ale diavolului, necautu primì o singura rana* [1]).

Mai departe cându prax'a acea atâtu de stricatiosa se improbà din partea Scaunului Apostolicu, atunci in fine scriitorii Basericei greco-orientale, cá se o justifice in ori ce modu, au recursu la textulu din Math. V. 32 si XIX. 9, unde este adausa clausul'a exceptiunei: *luandu-se afora caus'a fornicatiunei* ...... *decatu pentru fornicatiune;* cá si cumu adeca Christosu Salvatorulu nostru ar' fí voitu prin ace'a se dée, in casu de adulteriu, nu numai facultate de a dimite muierea, ce a comisu fornicatiune, ci si de a-si luá alt'a, dupa ce a dimisu pre acea. Câtu este de nenimerita interpretarea acea si câtu de straina de intentiunea lui Christosu, acea o vede usioru fiacine, care liá aminte la scopulu, ce si la propusu atunci, va se dîca pentru-cá se stérga libelulu de repudiare, pre care l'a concesu Moise pentru duriti'a animei poporului israelitu, si pentru-cá se restatorésca Matrimoniulu Crestinu dupa instituirea sa divina dela inceputu, cá se fia perpetuu indisolubilu. Acestu scopu intru adeveru de locu nu l'ar fi ajunsu, deca ar' fi datu credintiosiloru sei facultatea de a face divortiu din punctu de adulteriu. Acést'a o vede fia-care, déca ia aminte la locurile paralele alui Marcu X. 11 si Luc'a XVI 18 unde eschidiendu-se ori ce esceptiune, Christosu absolute numesce adulteru pre acela, care dimitiendu-si soci'a sa, si-va luá pre alt'a, si pre acea, care dimitiendu pre barbatu, se va maritá dupa altulu. Celu ce este atentu la Paulu Apostolulu Rom. VII 4 seqq. apoi 1 Cor. VII 10, 11 si 39, care espune invetiatur'a despre indisolubilitatea perpetua a Matrimoniului Crestinu. In fine celu ce ia aminte la sensulu intregei anticitati eclesiastice, care in cuvintele citate din Mateiu nu recunosce, se se fia datu de catra Christosu alta facultate, afora de dimisiunea sociei adultere cu privire la patu si mésa; durandu inse legatur'a matrimoniului, pana va traí acea.

Asia aceiasi scriitori indesiertu au recursu la patrociniulu Canonului alu IX alu S. Basiliu, cá si cumu S. Parinte ar' vení in contradictiune cu sine insusi, cându, precumu amu vediutu, baséza pre prescrierea evangelica indisolubilitatea absoluta a Matrimoniului Crestinu, si cà aru fi comisu una absurditate, cându in sensulu legiloru civile a admisu, cà barbatulu intru



*nubendi universa causatio, viventibus viris, foeminis amputatur, dum multa diaboli vitat vulnera, unum incauta vulnus accepit* [1]).

Cum porro ab Apostolica Sede adeo perniciosa obiurgaretur praxis, tunc demum Graeco-Orientalis Ecclesiae scriptores, ut eam quoquomodo cohonestarent, confugerunt ad textus Matth. V. 32. et XIX. 9. ubi clausula apponitur exceptionis: *excepta fornicationis causa* ...... *Nisi ob fornicationem;* quasi nempe voluerit Christus Salvator Noster per eam, adulterii flagitio interveniente, tribuere facultatem non modo dimittendi uxorem fornicariam, verum etiam et alteram ducendi, ea dimissa. Quae quidem interpretatio quam absona sit et a Christi mente aliena unusquisque facile videt, qui attendat ad scopum, quem sibi id temporis proposuit, nempe abolendi concessum a Moyse ob duritiem cordis Israeliticae gentis libellum repudii, ac revocandi Coniugium Christianum ad primaevam eiusdem divinam institutionem perpetuae indissolubilitatis. Quem profecto scopum minime attigisset, si divortii faciendi fidelibus suis in causa adulterii tribuisset facultatem. Unusquisque praeterea id videt, qui attendat ad loca parallela Marci X 11 et Luc. XVI 18 ubi quavis exclusa exceptione, absolute Christus adulterii reum pronunciat, qui, dimissa uxore sua, alteram duxerit, et eam, quae, dimisso viro, alteri nupserit. Qui attendat ad Paulum Apostolum Rom. VII 4 sequ. tum 1 Cor. VII 10, 11 et 39, Christi exponentem de Matrimonii Christiani perpetua indissolubilitate doctrinam. Qui demum ad universae ecclesiasticae antiquitatis sensum attendat, quae in allegatis Matthaei verbis non aliam datam a Christo facultatem agnovit praeter coniugis adulterae dimissionem quoad thorum habitationemque, coniugii vinculo, quamdiu illa vixerit, perseverante.

Sic perperam iidem Scriptores ad Canonis IX S. Basilii patrocinium se receperunt, quasi nempe S. Pater secum ipse pugnasset, dum, ut vidimus, absolutam Coniugii Christiani ad normam evangelicam adstruxit indissolubilitatem; atque absurde iuxta

---

[1]) Litt. Ad Anton. Archiep. Pragens. die 11 Iulii 1789. —

adeveru pote repudiá pre soci'a s'a in casu de fornicatiune, si din contra, cà soci'a nu pote repudiá pre barbatulu adulteru, si acésta dupa-ce a recunoscutu, cà ambii conjugi au dreptu egalu in sensulu doctrinei evangelice si apostolice.

Er' deca prelanga acea aru recurge la unu scriitoriu seau la altulu, care sar' paré cà-i partinesce asia de tare, atunci érasi li replicàmu cu acelasi Pontifice laudatu si de pia amintire cu Piu VI: „Traditiunea Basericei nu debue se se culéga din „parerile private ale acestoru, precumu se vede chiaru din con„troversi'a cu privire la administrarea botezului decatra eretici, „si cà Fericirea nu debue se se protraga pana la dîu'a judecatei „ultime; desi barbatii acestia destinsi prin eruditiune si sanctitate „au gresîtu in punctele aceste, totusi Baseric'a a decisu aceste „controversie in poterea traditiunei. Pentru-ce se nu fi potutu „asiá dara si acést'a? Deci cá se remanemu prelanga intrebarea „presenta despre disolvarea legaturei matrimoniale din caus'a „absentiei, mai multu nu este iertatu unui barbatu catolicu se „ventileze cestiunea, si se o socotésca inca cá si supusa indo„ielei, pentru-cà prin definitiunea clara a Conciliului Tridentinu „adusa in can. VII este decisa pentru totudeuna" [1]).

Stându lucrulu astu feliu, acést'a S. Congregatiune precându dà laud'a meritata Archiepiscopului acestei Provincie Metropolitane a Alb'a-Iuliei, care totudeuna a lucratu cu multa placere, cá atare abusu invechitu, de a disolvá matrimoniulu pentru adulteriu seau pentru parasíre perfida, se se estermineze cu totulu, pre atunci-lu indemna la constantia si barbatia in propusulu susceputu. Ma inca si pre Episcopii suffragani ai acestei Baserice Metropolitane, de repetîte ori i indemna cu deadinsulu acést'a S. Congregatiune, cá si densii se aplice cu urgentia zelulu si ingrigirea sa pentru propusulu acest'a, cá cu unu sufletu si cu poteri unite se se obtiena scopulu doritu. Cu atâta mai vertosu, cà atunci cându s'a concrediutu esecutarei fericite actulu Uniunei acestoru diecese cu Baseric'a Catolica, s'a pusu conditiunea espresa, cá Grecii orientali se promita nu numai cà marturisescu impreuna cu Scaunulu Apostolicu cei patru articli, in cari nu se uniáu cu acea, ci si cà „voru admite, marturisi „si crede acelea ce le admite, marturisesce si crede S. Mama „Baserica Romana". Acum inse nu este neci una indoiala, cà



civiles leges admisisset virum quidem in casu fornicationis posse uxorem repudiare, non item vero uxorem adulterum maritum; idque postquam par in utroque coniuge iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam ius cognovisset.

Quod si praeterea ad unum alterumve scriptorem, qui ipsi quadantenus favere videatur, recurrant, rursum cum eodem laudato fel. rec. Pontifice Pio VI reponimus: „Non ex privatis isto„rum sententiis Ecclesiae traditio est colligenda, ut patet vel „ex controversia circa Baptismum ab haereticis collatum, et „Beatitudinem non protrahendam ad diem ultimi iudicii; licet „enim in hisce capitibus viri eruditione et sanctitate conspicui „erraverint, Ecclesia nihilominus eiusmodi controversias ex tra„ditione diremit. Quidni ergo et praesentem similiter dirimere „potuerit? Quamobrem ut in praesenti quaesito haereamus de „solvendo matrimonii vinculo absentiae causa, haud amplius „licet viro catholico quaestionem agitare, et velut dubitationi „adhuc obnoxiam habere, quae Tridentini aperta definitione „can. VII allata prorsus dirempta est" [1]).

Quae cum ita sint, Sacra haec Congregatio dum debita laude prosequitur istius Metropolitanae Albaeiuliensis Archipraesulem, qui maiori usque alacritate adlaborandum duxerit, ut inveteratus eiusmodi abusus dissociandi propter adulterium aut perfidam desertionem coniugium penitus convellatur, eumdem ad constantiam et fortitudinem in suscepto proposito adhortatur. Immo vero istiusmodi Metropolitanae Ecclesiae suffraganeos Episcopos etiam atque etiam Sacra haec Congregatio enixe excitat, ut et ipsi in hoc idem studium ac sollicitudinem suam impense conferant, ut uno animo coniunctisque viribus optatus finis obtineatur. Eo vel magis, quod cum actus Unionis istiusmodi dioeceseon cum Ecclesia Catholica feliciter executioni mandatus est, adposita fuerit expressa conditio quod Graeci-Orientales pollicerentur non modo profiteri cum Apostolica Sede quatuor articulos, in quibus ab ea dissidebant, verum etiam „Ea omnia „admittere, profiteri ac credere, quae S. Mater Ecclesia Roma„na *admittit profitetur et credit*". Iam vero nullum dubium

[1]) Ibidem. —

Baseric'a Romana crede si marturisesce articlulu despre absolut'a indisolubilitate a Matrimoniului Crestinu si in casulu adulteriului si parasírei perfide.

Deci Presulii' acestei Provincie debue se insiste in modu speciale pre langa articlulu acesta in cea ce privesce pre renitenti, decumva vóru fi atari, carora li se pote comunicá instructiunea presenta. Càci asia mai usioru se voru convinge, cà nu se tractéza despre introducerea unei doctrine noue in diecesele aceste, ci singuru despre eliminarea totale a abusului invechitu, care prinsese radecini afunde. Ma instructiunea acést'a nu pucinu va folosí chiaru spre luminarea ochiloru acelei pàrti din gintea aceasi, care apartiene inca schismei triste si perseveréza continúu in erore cu privire la lucrulu acesta.

Inse inainte de a terminá acést'a instructiune, acést'a S. Congregatiune a cugetatu, cà debue se faca atenti pre Antistii acestei Provincie la incungiurarea altei erori cu privire la disolvarea matrimoniului, care asemenea nu se pote impacá cu doctrin'a cea adeverata a Basericei Catolice. Intielegeti, cà este vorb'a despre separarea unui conjuge decatra celu alaltu, ce se intempla undeva adese ori fora consensulu aceluia de a depune ore-care profesiune monastica sub pretextulu unei vieti mai perfecte. Mai incolo este dogma de credintia definita decatra Conciliulu ecumenicu Tridentinu: „Matrimoniulu ratu inse ne-„consumatu, se dirima prin profesiunea religiosa solemna a unuia „dintre conjugi“ [1]; ci deca matrimoniulu intre fideli va fi fostu consumatu nu se pote disolvá neci decumu, de nu cumva se vóru intielege intre sine cu consensu egale, cá se pastreze continentia, si inca dupa dispusetiunea canonica, cà adeca soci'a se se oblige la votulu castitatei, seau déca va fi mai tenera, se se retraga in manastire, cá barbatulu se pota profesá viati'a monastica. Asia-dara si prax'a acést'a e de a se numerá intre abusurile, cari sau introdusu prin legile imperiali, si sau reprobatu de catra Santii Parinti [2]. Intru adeveru auctorulu vechiu alu epistolei catra Celantia, ascrisa S. Hieronimu, si care se crede [3]), cà este seau a S. Paulinu seau alui Sulpiciu Severu, imputa aspru matronei aceleia, pentru-cà a promisu continentia fara

[1]) Can. VI. sess. XXIV. — [2]) Id enim invenimus constitutum in Novell.



subest Romanam Ecclesiam credere et profiteri articulum de absoluta etiam in casu adulterii ac perfidae desertionis, coniugii Christiani insolubilitate.

Quocirca huic articulo speciali ratione insistendum ab istiusmodi Provinciae Praesulibus est penes obluctantes, si qui fuerint, quibus praesens instructio communicari poterit. Sic enim facilius sibi persuadebunt non agi de nova in istis dioecesibus introducenda doctrina, sed unice de inveterato abusu penitus eliminando, qui altas radices fixerat. Immo vero haec ipsa instructio haud parum proderit oculis illuminandis illi eiusdem gentis parti, quae adhuc luctuoso schismati adhaeret, quaeque in errore hac super re iugiter perseverat.

Verum antequam huic instructioni finis imponatur, censuit Sacra haec Congregatio admonendos istius Provinciae Antistites de altero vitando errore circa connubii dissolutionem, quique similiter componi nequit cum sana Ecclesiae catholicae doctrina. Intelligitis sermonem esse de separatione, quae identidem alicubi fit unius coniugis ab altero absque eius consensu ad aliquod profitendum monasticum institutum sub perfectioris vitae obtentu. Porro fidei quidem dogma est ab Oecumenico Concilio Tridentino definitum: „Matrimonium ratum non consumma-„tum, per solemnem religionis professionem alterius coniugum „dirimi [1]); „ast si matrimonium inter fideles fuerit consummatum dissolvi nulla ratione potest, nisi inter ipsos pari consensu de servanda continentia conveniant, et quidem iuxta canonicam dispositionem, scilicet ut uxor voto se castitatis obstringat, aut si iunior fuerit, in monasterium se recipiat, ut maritus vitam monasticam profiteri possit. Adeoque et haec praxis inter abusus recensenda est, qui a legibus imperialibus inducti sunt, atque a Sanctis Patribus reprobati [2]). Sane antiquus auctor epistolae ad Celantiam S. Hieronymo adscriptae, quaeque aut S. Paulini, aut Sulpicii Severi esse creditur [3]), acriter arguit eam matronam, quod absque mariti consensu continentiam voverit. Id ipsum praestitit S. Augustinus in Epist. ad Armenta-

Iust. 22 *de Nuptiis* ubi de iure repudii. Item lib. V. Cod. tit. 17 et in Digestis tit. *De divortiis*. Insuper in Novell. 123 *De Sanctiss. Episcop.* C. 40 *Solvatur Matrimonium*. — [3]) Apud Vallars. in monito ad Ep. CXLVIII.

consensulu barbatului. Totu asemenea a procesu si S. Augustinu in Epist. catra Armentariu si Paulina, pentru-cà -lu indemna la observare votului continentiei, la care se obligase, cu tote aceste lu opresce dela observarea aceluia, déca soci'a lui nu-si dà consensulu seu, adaugêndu: „Pentru-cà nu trebue se se faca „astufeliu de voturi de catra cei casetoriti, decatu cu consensulu „si voi'a comuna. Si déca s'a facutu pripitu, mai bine se se „coréga usiuretatea, decâtu se se indeplinésca promisiunea“ [1]. Asemenea S. Gregoriu M. care scrie totu acea catra Teoctista Patricia, se dechiara si mai apertu: „Suntu de aceia, cari dîcu, „cà matrimoniele debue se se disolve din caus'a religiunei, debue „se se scia, cà desi a concesu acést'a *legea umana,* totusi a „opritu legea divina..... Scimu, pentru-cà este scrisu: *voru fi „doi in unu corpu.* Asiá-dara déca barbatulu si muierea suntu „unu corpu, si barbatulu -si dimite soci'a din caus'a religiunei, „seau muierea pre barbatulu, ce remâne in lumea acést'a, seau „care trece pote la lucruri neiertate, ce conversiune este acést'a, „din care una si aceasi carne de un'a parte a trecutu la con-„tinentia, de alta parte remâne in necuratia“? [2]).

Si lasandu pre cei alalti, S. Basiliu Marele a marturisitu aperte totu acea doctrina; pentru-cà in *Regulele tractate mai pre largu* in Interog. XII scrie forte chiaru in obiectulu nostru dîcundu: „Si aceia, cari fiindu impreunati prin matrimoniu, pa-„siescu la unu atare modu de viétia (Monasticu) inca debue in-„trebati, *ore facu aceia cu consensu comunu* dupa preceptulu „Apostolului: *Pentru-cà,* dîce, *nu are potere preste corpulu seu,* „deci celu ce pasiesce, debue primitu naintea mai multoru mar-„tori..... pentru-cà déca cea alalta parte nu se invoiesce si se „opune, fiindu mai pucinu ingrigita, cumu se placa lui Domnedieu, „se-i vina in minte Apostolulu care dîce: *Domnedieu ne-a chia-„matu in pace*“ [3]).

Scimu cà totu acea s'a statoritu de catra cele mai multe Concilie, si de catra sumii Pontifici, a caroru decrete suntu inregistrate de catra Gratianu in causa XXVII §. 2 [4]), si in Decretalia lib. III tit. 32 [5]),

Asia dara cá erorile aceste, pre cari le-au vêritu legile profane, precumu amu aratatu, se fia departe de poporele concrediute grigei vostre, acést'a S. Congregatiune nu numai cà



rium et Paulinam, nam eum hortatur ad continentiae votum servandum, quo sese obstrinxerat, vetat nihilominus illud servare, si eius uxor suum non praebeat assensum, adiiciens: „Nam et vo-„venda talia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu et voluntate „communi. Et si praepropere factum fuerit, magis est corri-„genda temeritas, quam persolvenda promissio“ [1]). Item S. Gregorius M. qui apertius adhuc id ipsum scribit ad Theoctistam Patriciam: „Si dicunt, inquit, causa religionis coniugia dissolvi „debere, sciendum est, quia etsi hoc *lex humana* concessit, „divina lex tamen prohibuit..... Scimus quia scriptum est: „*erunt duo in carne una.* Si ergo vir et uxor una caro sunt, „et religionis causa vir dimittit uxorem, vel mulier virum in „hoc mundo remanentem, vel etiam fortasse ad illicita mi-„grantem, quae est ista conversio, de qua una eademque caro „et ex parte transit ad continentiam, et ex parte remanet in „pollutione“? [2]).

Ac caeteris omissis, Magnus S. Basilius eandem aperte doctrinam professus est. Etenim in *Regulis fusius tractatis* Interrog. XII haec in rem nostram praeclare scribit: „Atque ii „etiam, qui matrimonio coniuncti ad huiusmodi vitae genus „(Monasticum) accedunt, interrogandi sunt, *an mutuo consensu „id efficiant* ex Apostoli praecepto: *Nam,* inquit, *sui corporis „potestatem non habet,* sique qui accedit coram pluribus testibus „recipiendus est..... Quod si dissentiat altera pars, repugnet-„que, quod minus sollicita sit, quomodo placeat Deo, in mentem „veniat Apostolus, qui dicit: *In pace autem vocavit nos Deus*“ [3]).

Id ipsum a plerisque Conciliis constitutum novimus, ac summis Pontificibus, quorum decreta relata sunt a Gratiano in Causa XXVII §. 2 [4]), et in Decretalibus lib. III tit. 32 [5]).

Ut igitur huiusmodi errores, quos profanae, ut plane ostendimus, leges obtruserunt, procul absint a populis vestrae curae concreditis Sacra haec Congregatio non modo cupidissime exoptat,

[1]) Epist. CXXVII n. 9 edit. Maur. — [2]) Lib. XI Ep. XLV. ed. Maur. col. 1130. — [3]) Opp. edit. Maur. Tom. II pag. 354. — [4]) A cap. 21 ad 26. — [5]) Capp. 2, 3, 4.

doresce din anima, ci si speréza cu tota increderea. Si dejá, insii predecesorii Tei Antistii Basericei Fagarasiane prin zelulu seu intru cultivarea viniei Domnului, si prin ardorea loru, au prestatu intru adeveru acestei sperantie prea dorite gagiulu celu mai securu. Pentru-cà densii inca de multu din indemnu propriu singuru din nisuinti'a ace'a, de care eráu inflacarati pentru aperarea dogmei catolice, au inceputu dupa potintia a sterpí din turmele vostre abusulu de atare natura si asia de mare. Nu este deci nice una indoiala, nu numai cà nu vei incetá nici una data dela acést'a intreprindere, ci cà din contra continúu si cu incordare si mai mare te vei nesuí a o continuá si in fine a o duce intru indeplinire. Mai cu séma cându in atâte moduri si asia de tare te indémna pre Tine si pre Venerabili Coepiscopi voi'a manifesta a P. S. Nostru Domnu P. P. Piu IX. caruia câtu-i zace la anima, cá frumseti'a acestoru Baserice nu numai se nu se uritiesca prin nici o macula, seau crétia, ci din dî in dî se infloréscа mai multu, si asia mai tare se placa sponsului eternu, acést'a o sciti voi toti, Venerabili Presuli, mai bine decâtu ceialalti. Nu este de a se crutiá deci nice una labore, nice o activitate, nice o greutate numai se poteti pervení una data la obtienerea scopului doritu. Nu voru lipsí, cu adeveratu, lupte din partea contrariloru numelui catolicu: se voru rescolá inimicii vostri, seau mai bine inimicii lui Christosu, si culegundu dificultàti din tote pàrtile, cu una conspiratiune unanima se voru incercá a combate constanti'a si barbati'a vostra. Ci in constantia, taría si perseveranti'a luptei este pusa coron'a invingerei, carea va dá-o voûe in dîu'a ultima Domnulu dreptulu Judecatoriu, acaruia sponsa a-ti pastrat'o intre calamitàti si necadiuri nemaculata, neviolata si neatinsa de pestilenti'a erorei. Fericiti veti fí pre pamentu, déca ve voru batjocorí pre voi omenii pentru aperarea dreptatei si adeverului: dar' cu multu veti fí mai fericiti atunci, cându lupt'a legitima, carea a-ti sustienutu-o pentru aperarea Sponsei lui Christosu, va remunerá-o Sponsulu, donatoriulu gloriei ceresci eterne, cu coron'a nevestedîta.



sed et fidentissime sperat. Atque huius optatissimae spei, iam ipsimet praedecessores Tui Ecclesiae Fogarasiensis Antistites suo in vinea Domini excolenda zelo, suoque fervore arrham profecto illi certissimam praestiterunt. Iamdiu enim ipsi uno illo, quo ardentissime flagrarunt tutandi catholici dogmatis studio, sponte permoti, e vestris gregibus talem tantamque abusionem eradicare pro viribus coeperunt. Nullum igitur dubium, non modo quin ab incepto unquam sis destiturus, sed quin usque etiam et usque alacriori nisu coneris inceptum persequi, ac tandem aliquando consummare. Praesertim cum ad id tot tantisque modis Te ac Venerabiles Coëpiscopos istius Provinciae vehementer adhortetur SS. Domini Nostri Pii PP. IX manifestissima voluntas, cui quantum cordi sit, ut istarum Ecclesiarum venustas non modo nulla turpetur macula, aut ruga, sed ut in dies efflorescat magis, magisque adeo aeterno placeat sponso, Vos, omnes, Venerabiles Praesules, plus quam caeteri probissime nostis. Nullis ergo parcendum laboribus, nulli industriae, nullis incommodis, modo ad optati tandem finis adeptionem fas sit pervenire. Non deerunt profecto ab adversariis cátholicis nominis pugnae: exorientur inimici vestri, aut verius inimici Christi, ac difficultatibus undiqueversum petitis, constantiam ac fortitudinem vestram oppugnare unamini conspiratione connitentur. Ast in constantia, fortitudine, et longaminitate certaminis reposita est corona victoriae, quam in suprema illa die reddet Vobis Dominus iustus iudex, cuius sponsam Vos illi inter aerumnas et labores immaculatam, atque ab omni erroris contagione intactam inviolatamque servastis. Beati quidem heic eritis, si maledixerint vobis homines propter iustitiae ac veritatis propugnationem: sed multo tum beatiores, cum legitimum certamen, quod in defendenda Christi sponsa sustinuistis, caelestis aeternae gloriae largitor et sponsus immarcescibili donabit corona.

## III.

## La titululu V. Capu IX.

*Instructiunea S. Congregatiuni de Propaganda Fide càtra Archiepiscopulu de Fagarasiu si Episcopii sei Sufragani de ritulu greco-unitu, emanata in lun'a Juniu 1858.*

### Despre Matrimoniele mixte.

Literele despre matrimoniele mixte, cari le-ati scrisu deunadi Venerabili Presuli, càtra Archiepiscopulu Tarsenu Nuntiu Apostolicu in tienuturile Austriace, la mandatulu P. S. Nostru Domnu sau transpusu acestei S. Congregatiuni pentru propagarea numelui crestinu; innpunendui-se totu una data, cá, eseminându dupa datena si cumpenindu cu maturitate cele ce se cuprindu in literele memorate, se vi scrie cu de ameruntulu respunsuri si instructiuni acomodate.

S. Congregatiune este convinsa, cà Voi Venerabili Presuli sciti cu certitudine cele ce sau dechiaratu si prescrisu despre materi'a acést'a de càtra S. Pontifice Gregoriu XVI de pia memoria, atâtu in Literile Apostolice, câtu si in Instructiunea data in numele Aceluia in 30 Aprilie 1841 càtra Episcopii Ungariei si Transilvaniei; fiindu-cà aceste decrete si mandate Pontificiali s'au comunicatu prin Archiepiscopulu Strigonianu cu toti Episcopii si cu cei de ritulu greco-catolicu, cari traiáu pre atunci in tienuturile acelea, si au fostu primite din partea aceloru Antisti escelenti cu cea mai profunda reverintia si cu asemenea bucuria. Din documintele atâtu ale acestei preclare vigilantie Pontificiale, câtu si ale preaintieleptei ingrigiri pastorale se pote vedé din destulu, care a fostu doctrin'a constanta si procedur'a Basericei universale si a S. Scaunu relativa la matrimoniele acelea, cari s'au intemplatu cându-va se se contraga intre catolici si eretici seau schismatici; deci nu e de lipsa, cá se tractàmu de nou si se mai comprobàmu lucrulu Voae preacunoscutu cu aceleasi argumente istorice seau teologice seau cu alte forte multe, cari vi stáu de indemana.

Mai incolo din partea acelui Preainaltu Pontifice forte intieleptiesce s'a statoritu ace'a cà invetiatur'a Basericei si par-



## III.

## Ad Titulum V. Cap. IX.

*Instructio Sacrae Congregationis de Propaganda Fide ad Archiepiscopum Fogarasiensem et Episcopos eius Suffraganeos Graeci ritus uniti, mense Iunio 1858 emanata.*

### De Matrimoniis Mixtiis

Litterae, quas nuper, Venerabiles Praesules ad Archiepiscopum Tarsensem in Austriacis Ditionibus Apostolicum Nuntium, super mixtis nuptiis dedistis, Sacrae huic Congregationi Christiano nomini propagando ex SSmi Domini Nostri mandato traditae sunt; eidemque simul iniunctum est, ut rite examinatis matureque perpensis, quae in praefatis litteris continentur, opportunae ad Vos responsiones atque instructiones perscriberentur.

S. Congregatio persuasum habet minime Vos ignorare, Venerabiles Praesules, quae hac super re a Summo Pontifice Gregorio XVI fel. rec. tum in Litteris Apostolicis, tum in Instructione Eius nomine die 30 Aprilis 1841 ad Episcopos Hungariae et Transilvaniae datis, declarata et praescripta sunt; quandoquidem per Archiepiscopum Strigoniensem Pontificia haec Decreta atque mandata cum omnibus etiam Graeci ritus catholicis Episcopis, qui tunc in illis regionibus existebant, communicata, atque ab eximiis illis Antistitibus summa cum reverentia parique animi gaudio accepta fuere. Ex huiusmodi praeclaris tum Pontificiae vigilantiae, tum sapientissimae pastoralis sollicitudinis documentis abunde cognosci potest, quaenam constans fuerit Universalis Ecclesiae et S. Sedis doctrina et agendi ratio circa illas nuptias, quas Catholicos inter et haereticos seu Schismaticos celebrari aliquando contigerit; neque proinde opus est, ut iisdem aut aliis quam plurimis, quae suppeterent, historicis seu theologicis argumentis rem Vobis notissimam retractare et magis comprobare oporteat.

In porro sapientissime a Summo illo Pontifice statutum est, ut dum Ecclesiae doctrina atque immutabilia ecclesiasticae

tile immutabile ale disciplinei eclesiastice se fia observate cu mare ingrigire, si de locu se nu se detraga auctoritatei acelei legi a Basericei, prin care se oprescu atari matrimonie mixte cá neiertate si stricatiose; totusi din caus'a dificultàtiloru grele, de cari aru fí apesati Antistii catolici pentru circumstantiele cele triste ale lucruriloru si lociloru, s'au intrebuintiatu remedie de tolerantia acomodate.

A concesu adeca Preasantulu Pontifice, cá de câte ori matrimoniulu unui barbatu acatolicu cu una muiere catolica, si din contra, desi lipsescu cautiuuile prescrise de Baserica, nice de cumu nu se pote impedecá fàra de periculului unui reu si scandalu mai mare spre daun'a religiunei, si totu odata se observaru, cà pote fí spre folosulu Basericei si binele comunu, deca atare matrimoniu ori câtu de opritu si neiertatu se se celebreze mai bine in aintea unui parochu catolicu, decâtu a unui Ministru ereticu, la care usioru ar' alergá pàrtile, atunci parochulu catolicu seau altu preotu, care ar' functioná in loculu densului, va poté asiste la casetori'a ace'a numai cu presenti'a materiala, eschidiendu-se ori ce ceremonia eclesiastica, cá si cum ar' avé numai rolulu unui martoru simplu, precumu se dîce, *cualificatu* seau *autorizabilu;* asia incâtu audiendu consensulu âmbiloru contrahenti, dupa ace'a conformu oficiului seu se pota inregistrá actulu implinitu valide in Matricul'a cununatiloru.

Apoi acelasi Pontifice a demândatu, se se notifice Episcopiloru in numele seu, cà aceia in astufeliu de impregiurari potu permite mai de parte, cá se se faca din partea parochului catolicu atâtu proclamàrile indatinate, intrelasându inse ori ce amintire, ce privesce religiunea acelora, cari au contrasu matrimoniulu, câtu si ace'a, cá se dée litere curatu testimoniale despre indeplinirea acestoru proclamàri, in cari (numai se nu fia altu impedimentu dirimatoriu) se se enuncie numai ace'a, cà nice unu impedimentu nu este contra matrimoniului incheiatu, afora de prohibitiunea Basericei din caus'a religiunei mixte, ne mai adaugându nici unu cuventu, de unde s'ar' nasce ver una suspitiune cu privire la consensu seau aprobare.

In fine desi a escitatu câtu se pote de tare nisuinti'a sacriloru



disciplinae capita sarta tecta haberentur, et ne minimum quidem auctoritati illius Ecclesiae legis detraheretur, qua huiusmodi mixta matrimonia tamquam illicita et perniciosa prohibentur; gravissimis tamen difficultatibus, quibus ob tristes rerum locorumque circumstantias catholici Antistites premerentur, opportuna tolerantiae remedia adhibita fuerint.

Indulsit nimirum SSmus Pontifex, ut quotiescumque matrimonium acatholici viri cum catholica muliere vel vicissim, deficientibus licet cautionibus ab Ecclesia prescriptis, absque maioris mali scandalique periculo in Religionis perniciem interverti omnino non possit, simulque in Ecclesiae utilitatem et commune bonum vergere posse dignoscatur, et huiusmodi nuptiae quantumlibet vetitae et illicitae coram catholico parocho potius, quam coram Ministro haeretico, ad quem partes facile confugerent, celebrentur, tum parochus Catholicus aliusve Sacerdos eius vice fungens, poterit iisdem nuptiis materiali tantum praesentia, excluso quovis ecclesiastico ritu adesse, perinde ac si partes unice ageret meri testis, ut aiunt, *qualificati* seu *authorizabilis;* ita scilicet ut audito utriusque cuniugis consensu deinceps pro suo officio actum valide gestum in matrimoniorum librum referre queat.

Dein idem Pontifex suo nomine Episcopis significare iussit in hisce rerum circumstantiis pati illos ulterius posse, ut a parocho catholico tum consuetae proclamationes fiant, omni tamen praetermissa mentione circa eorum religionem, qui nuptias sint contracturi, tum etiam de peractis hisce proclamationibus litterae merae testimoniales concedantur, in quibus (dummodo nullum aliud adsit dirimens impedimentum) unice enuncietur: nil aliud praeter Ecclesiae vetitum, ob mixtam religionem, impedimentum conciliando matrimonio obstare; nullo prorsus verbo addito unde consensus aut approbationis levis suspicio sit oritura.

Denique quamquam Sacrorum Praesulum et Parochorum

Presuli si a Parochiloru, cá se indemne si se faca atenti pre catolici, se nu celebréze astufeliu de matrimonie in aintea unui ministru acatolicu; totusi deca se voru incheiá in modulu acela matrimonie mixte cu desconsiderarea admonitiuniloru si indemnàriloru, considerându circumstantiele peculiare atâtu cele trecute, câtu si cele presenti ale locuriloru, despre cari este vorb'a, a dechiaratu, cá Episcopii si Parochii se le disimuléze cu prudentia, si desi suntu illicite, totusi se le considere de valide.

Intielegeti mai incolo, Illustrissimi Presuli, cà prin remediele unei atare tolerantie si indulgentie, S. Scaunu neci de cumu nu a recesu dela invetiatur'a ace'a a Basericei, prin care a judecatu totu de a un'a, cà matrimoniele mixte de comunu suntu pline de periculu multiplu de a pecatuí, si cà prin urmare chiaru din natur'a si cualitatea loru sunt illicite; si legea ace'a universale a Basericei, prin care se oprescu in genere, nice n'a sters'o nice n'a schimbat'o.

S. Scaunu se infiora de matrimoniele acele, precumu s'a infioratu totu de a un'a, si cu deosebire semte dorere, cà in tempurile nostre ocura mai desu in mai multe tienuturi, si nu se potu impiedecá cu totulu; si deca, cu deosebire din caus'a acést'a nu numai cà sufere matrimoniele acele in unele tienuturi, unde locuescu mestecati catolici cu eretici seau cu schismateci, ci câte unadata pre lenga dispensare si permite din caus'a circumstantieloru pecularie a le impregiurariloru si personeloru, cá unu barbatu catolicu seau una muiere catolica se pota contrage matrimonie cu una muiere seau barbatu, cari apartienu eresului seau schismei; totusi voiesce se se procéda totu de a un'a cu tota precautiunea, cá observandu-se unele conditiuni si cautéle, se se departeze dela astufeliu de casetorie tote acelea, cari suntu contrarie legei naturale seau divine.

Asemenea deca nu ar' poté se se inpiedece nice decumu, fàra de periclulu unui scandalu mai mare, celebrarea matrimonieloru mixte lipsindu conditiunile acelea, atunci nice nu tace in faci'a crimei patrate decàtra fii sei, nice nu permite, cá contractulu nelegalu alu conubiului se se onoreze cu ceremoniile acelea, prin cari se indatinéza a sautî casetoriele, cari se contragu in Domnulu; totusi precându deploréza matrimoniele acele,



studium quam maxime excitaverit, ut catholicos hortentur et moneant ne eiusmodi matrimonia coram acatholico ministro celebrarentur; tamen si spretis ipsorum monitis et hortamentis mixta matrimonia ea ratione inita fuerint, inspectis tam praeteritis, quam praesentibus locorum, de quibus sermo est, peculiaribus circumstantiis, ab Episcopis et Parochis prudenter dissimulanda et quamvis illicita, tamen pro validis habenda esse declaravit.

Intelligitis porro, Amplissimi Praesules, huiusmodi tolerantiae et indulgentiae remediis S. Sedem minime recessisse ab illa Ecclesiae doctrina, qua mixta matrimonia multiplici peccandi periculo communiter affecta, ac proinde suapte natura et ratione illicita esse semper iudicavit, nec legem illam universalem Ecclesiae, qua generatim prohibentur, aut sustulisse aut immutasse.

Abhorret S. Sedes, uti semper abhorruit, ab illis connubiis, maximeque dolet, quod nostris temporibus in pluribus regionibus frequentius occurrant, nec penitus impediri possint. Quod si hac praesertim de causa ea matrimonia in quibusdam regionibus ubi catholici cum haereticis seu schismaticis permixti habitant, non solum tolerat, sed quandoque etiam ob peculiares rerum et personarum circumstantias dispensando permittit, ut catholicus aliquis vir, aut catholica aliqua mulier cum muliere, aut viro haeresi aut schismati addictis nuptias contrahant, semper tamen et omnino cautum esse vult, ut observatis quibusdam conditionibus et cautelis ea omnia ab hujusmodi connubio removeantur, quae legi naturali aut divinae adversantur.

Rursus si impediri omnino citra maioris mali scandalique periculum nequeat, quominus deficientibus illis conditionibus matrimonia mixta celebrentur, tunc neque ad perpetratum a filiis suis crimen tacet, neque illicitum connubii foedus iisdem caeremoniis cohonestare permittit, quibus eas nuptias sanctificare solet, quae in Domino contrahuntur; attamen dum illa coniugia deplorat, atque indubiis verbis et factis damnanda esse declarat

si dechiara prin cuvinte si fapte nedubie, cà suntu de condamnatu, se folosesce de indulgenti'a ace'a, cá, pentru incungiurarea daunelorn mai mari, se se permita a se face ace'a, ce cugeta, cà se pote face fàra vatemarea lui Domnedieu, si ce crede, cà pote se fía chiaru pentru binele Basericei si salutea fiiloru sei.

Dejá din literile Vostre memorate adresate numitului Nuntiu Apostolicu, cu mare intristare a intielesu Sanctitatea Sa, cà mai cu séma cele ce s'au prescrisu de càtra Preaintieleptulu seu Antecesore Gregoriu XVI de pia memoria, cu privire la asistinti'a pasiva, dupa cumu se numesce, atâtu intre greco-catolici câtu si intre omenii schismatici seau nice decumu nu se concredu esecutarei, seau déca se esecutéza, prin indulgenti'a acést'a de locu nu se pote impiedecá, cá se nu se incheia matrimonie mixte in aintea preotului schismaticu. Pentru-cà deca asistinti'a ace'a pasiva s'ar' impune absolutu, si catolicii greci s'ar' privá de binecuventarea preotului unitu pentru atare matrimoniu, a-ti scrisu, cà ar' avé urmarea secura, cà acei catolici neabdîcându nice decumu de contragerea matrimonieloru mixte, s'ar' indreptá càtra preotulu schismaticu pentru obtienerea binecuventarei; si asia atâtu densii câtu si intrégа famili'a loru s'aru espune periculului perversiunei; fiendu-cà dupa doctrin'a Basericei orientale la validitatea matrimoniului se recere necessarie benecuventarea preotiesca; si matrimoniulu nu se considera de ratu si legitimu seau Sacramentu atâtu din partea schismaticiloru câtu si a greco-catoliciloru, déca nu se celebréza aplicându-se ceremoniele solemne ale Basericei, nice nu se potu convinge — dupa cumu ati dîsu — cà matrimoniulu contrasu numai in presenti'a parochului, si inca neimplenindu acel'a nice unu servitiu divinu, se-lu considere si veneréze cá sacramentu si legatura indisolubila. Cá se se impiedece deci, ce dupa profund'a Vostra pietate si religiositate cunosceti, cà debue se se impiedece, cá se nu se contraga atari matrimonie in aintea preotiloru schismatici, din partea catoliciloru spre periclulu densiloru si a descendentiloru sei, a-ti cugetatu, cà va fí remediulu celu mai bunu deca nu uniculu, cá se se concéda preotului catolicu, se asiste la matrimoniele dîse, si se le cohonesteze prin ceremoni'a sacra si eclesiastica.



ea utitur indulgentia, ut ad graviora damna avertenda id fieri patiatur, quod sine Dei offensa fieri posse cognoscit, quodque in ipsius Ecclesiae utilitatem necnon in filiorum suorum salutem cedere posse confidit.

Iam vero ex memoratis Vestris litteris ad praefatum Apostolicum Nuntium datis, non sine magno animi dolore percepit Sanctitas Sua, illa praesertim, quae a Sapientissimo Antecessore suo Gregorio XVI fel. rec. circa passivam assistentiam, quam vocant, praescripta sunt inter graeci ritus tam catholicos quam schismaticos homines aut minime executioni mandari, aut si exequerentur, nullomodo hac indulgentia impediri posse, quominus mixta matrimonia coram Sacerdote schismatico ineantur. Nam si passiva illa assistentia omnino urgeretur, atque catholici graeci pro huiusmodi nuptiis Sacerdotis uniti benedictione privarentur, fieri certissime scripsistis, ut iidem catholici ab ineundis matrimoniis mixtis minime desistentes, ad Sacerdotem Schismaticum pro obtinenda benedictione se converterent; sicque tum ipsi tum universa ipsorum proles perversionis periculo committerentur. Ex Orientalis enim Ecclesiae doctrina Sacerdotalem Benedictionem ad Matrimonii validitatem necessario requiri; nec ratum et legitimum seu Sacramentum tam a Schismaticis quam a Catholicis graeci ritus hominibus censeri connubium, nisi adhibitis Ecclesiae solemnibus caeremoniis celebraretur, neque iisdem persuaderi posse asseruistis, ut matrimonium praesente tantum Parocho, illoque nihil prorsus Sacri agente conciliatum pro Sacramento et pro indissolubili foedere haberent atque venerarentur. Ut proinde impediatur, quod certe impediri debere pro summa Vestra pietate et religione cognoscitis, quominus eiusmodi nuptiae a catholicis in suorum ipsorum et futurae prolis perniciem coram schismaticis Sacerdotibus ineantur, optimum si non unicum rati estis fore remedium, ut catholico Sacerdoti indulgeatur dictis matrimoniis assistere, et illa sacro et ecclesiastico ritu cohonestare.

Intru adeveru suntu de forte mare momentu, Reverendissimi Presuli, celea ce ni-s'au referitu din partea Vostra despre cestiunea cea forte ponderosa in atare strêmtore, nice nu suntu de a se socotí pucinu periculele si dificultàtile, cari dupa parerea Vostra ar' urmá in Diecesele acelea din asistenti'a — numita — pasiva.

Deci debue se respundemu la fia-care. Si cá se incepemu de acolo, de unde Vi se pare mai cu séma, cà se nascu dificultàtile memorate, adeca dela binecuventarea preotiésca, despre care a-Ti afirmatu, cà este necesaria la validitatea matrimoniului dupa invetiatur'a insasi a Basericei Orientale. Insi-Ve intielegeti securu, cà cestiunea acésta este strinsu impreunata cu alt'a forte ponderosa si de mare celebritate, va se dîca despre Ministrulu Sacramentului Matrimoniului, care se tractéza intre invetiatii catolici din diverse pàrti. In care obiectu fiendu-cà cestiunea nu s'a decisu inca prin nice unu decretu alu Basericei, acésta S. Congregatiune nu are in cugetu se ieè asupra-si nice partea judecatoriului nice se definésca cestiunea ins'asi. Intru ace'a inse nu pote preterá parerea, care aseréza, cà insisi contrahentii suntu Ministrii Sacramentului, dupa marturisirea lui Benedictu XIV in opulu despre Sinodulu Diecesanu L. VIII. Cap. XIII n. 4 et seq., si este mai comuna si se baséza pre argumínte forte valide, la cari, nu se pote negá, cà s'au adausu unu mare pondu prin procedur'a a insusi S. Scaunu. Deci desi ambe parerile se potu aperá liberu de càtra barbatii teologi, totusi déca se tractéza despre valorea peculiara a cutarui matrimoniu, debue se vorbimu si se procedemu cu precautiune si circumspectiune, cá se nu se pronuncia matrimoniulu indata cá si invalidu din caus'a ace'a cà s'a celebratu fàra binecuventarea preotului. Desi Baseric'a pàna acumu nu a pronunciatu nemica despre Ministrulu Matrimoniului, ace'a cu tote acestea este forte certu, cà S. Scaunu nice decumu nu socotesce intru atâta binecuventarea preotiesca si alte ceremonie eclesiastice, cari se indatinéza a se indebuintiá la incheiarea casetorieloru, incâtu se judece, cà acelea suntu cu totulu necesaria la validitatea matrimoniului. Pentru-cà cá se tacemu altele mai multe, se vede chiaru de acolo, cà laudatulu Gregoriu XVI,



Maximi sane momenti sunt, quae a Vobis Reverendissimi Praesules, in huiusmodi angustiis de re gravissima relata sunt; neque parvi facienda pericula et difficultates, quae ex Vestra sententia passivam, uti aiunt, assistentiam in illis Dioecesibus consequerentur.

Ad singula proinde respondendum est. Atque ut ab eo incipiatur, ex quo praesertim memoratae difficultates oriri videntur, a Benedictione scilicet Sacerdotali, quam ex ipsius Ecclesiae Orientalis doctrina ad Matrimonii validitatem necessariam esse asseruistis. Ipsi profecto perspicitis hanc quaestionem intime connexam esse cum alia gravissima et celeberrima de Ministro nempe Sacramenti Matrimonii, quae inter catholicos doctores hinc inde agitatur. Qua in re cum nullo adhuc Ecclesiae decreto quaestio decisa sit, haec S. Congregatio nec iudicis partes assumere, nec ipsam questionem definire modo habet in animo. Interim vero praeteriri nequit, sententiam, quae ipsos contrahentes Sacramenti Ministros esse defendit, teste Benedicto XIV in opere de Synodo Dioecesana lib. VIII. cap. XIII n. 4 et seq. et communiorem esse et validissimis niti argumentis, quibus ex ipsius S. Sedis agendi ratione magnum pondus accesisse negari haud potest. Hinc licet utraque sententia libere defendi queat a viris theologis, si tamen de valore pecularis cuiusdam matrimonii agitur, caute et circumspecte loquendum et agendum est, nec statim tamquam invalidum pronunciandum erit matrimonium ex eo, quod absque Sacerdotis benedictione celebratum sit. Quamquam enim Ecclesia nihil hactenus de ministro Matrimonii pronunciaverit, illud nihilominus certissimum est, S. Sedem sacerdotalem Benedictionem aliosque ecclesiasticos ritus, qui in conciliandis nuptiis adhiberi solent, minime eo loco habere, ut eos ad Matrimonii validitatem omnino necessarios esse iudicet. Quod ut alia plura omittantur, ex eo manifeste patet, quod laudatus Gregorius XVI nonnullorum

calcându pre urmele unoru Antecesori de ai sei in Literele desu mentionate, cari Voue de securu Vi suntu forte cunoscute si familiari, socotesce si dechiara de valide matrimoniele mixte incheiate numai cu asistinti'a pasiva a parochului, fàra de nici una ceremonia religiosa, fiendu-cà dechiara, cà preotulu, care este de facia numai cu presenti'a materiala, ascultându consensulu ambiloru conjugi, dupa ace'a amesuratu oficiului seu pote inferí in matricul'a cununatiloru actulu cá si implinitu valide.

Si nu debue ascultatu cela, ce ar' dîce, cà atari matrimonie suntu ce e dreptu valide cá contracte, dar' nu suntu provediute cu demnitatea Sacramentului; pentru-cà cându este vorb'a despre matrimoniulu Crestiniloru, nu se pote destinge contractulu de Sacramentu. „Pentru-cà precumu a dechiaratu deunadî Prea„santulu Pontifice Pap'a Piu IX de pia memoria in epist. càtra „regele Sardiniei de dto 19 Septembre 1852 este dogma de „credintia, cà Matrimoniulu s'a redicatu la demnitate de sa„cramentu prin Domnulu Nostru Isusu Christosu; sî dupa in„vetiatur'a Basericei, natur'a Sacramentului nu adauge con„tractului ore care calitate accidentala, ci ea se tiene de insasi „esenti'a Matrimoniului asia, in câtu uniunea conjugala intre „Crestini nu este legitima de câtu in Matrimoniu, care este „Sacramentu, afara de care nu este de câtu concubinatu". Deci deca va dîce cineva, cà matrimoniele mixte incheiate numai prin asistinti'a pasiva a parochului, pre cari S. Scaunu le considera de valide, suntu lipsite de ratiunea Sacramentului, presupune, cà contractulu in matrimoniulu Crestiniloru se pote despartî de Sacramentu si in acést'a contradîce doctrinei Basericei.

Acumu cá se venimu la acelea, ce le-ati reportatu despre invetiatur'a Basericei orientale cu privire la binecuventarea preotiesca, se scie securu, cà Baseric'a ace'a cá si cea Occidentala a indebuintiatu ceremoniele sacre si binecuventarea preotiésca in celebrarea casetorieloru credintiosiloru cá in Sacramentulu legei noue, dela originea numelui crestinu, si cà totu una data a interdîsu forte stricte toturoru, se nu cutéze a incheiá legature conjugale cu intrelasarea seau neglegerea acelora. Inse din documintele eclesiastice ale Orientelui nu se pote demonstrá, cà matrimoniele incheiate in contr'a acestui usu comunu alu Basericei sau consideratu nu numai de illicite ci si de invalide.



Antecessorum suorum vestigia secutus in saepe memoratis suis Litteris, quae Vobis certe notissimae sunt et familiares, mixtas nuptias cum sola passiva Parochi assistentia absque ullo sacro celebratas pro validis habeat et declaret, cum Parochum, qui materiali tantum praesentia adest, audito utriusque Coniugis consensu, deinceps pro suo officio actum tamquam valide gestum in matrimoniorum librum referre posse decernat.

Nec audiendus esset, qui diceret huiusmodi matrimonia valida quidem esse tamquam contractus, non autem Sacramenti dignitate insignita. Nam quando de Christianorum matrimonio agitur, contractus a Sacramento distingui nequit. Fidei enim „dogma est, ut nuper declaravit SSmus Pontifex Pius PP. IX „fel. rec. in epistola ad Sardiniae Regem die 19 Septembris 1852 „data, Fidei dogma est matrimonium a Domino Nostro Iesu „Christo ad Sacramenti dignitatem evectum esse; atque ex Ec„clesiae doctrina Sacramenti ratio non qualitatem aliquam ac„cidentalem refert contractui superadditam, sed ad ipsius matri„monii essentiam pertinet ita, ut unio coniugalis inter Christianos „non sit legitima nisi in matrimonio, quod sit Sacramentum, „extra quod non habetur nisi concubinatus". Quare si quis mixta connubia cum passiva tantum Parochi assistentia conciliata, quae S. Sedes pro validis habet, Sacramenti ratione destituta esse pronunciaverit, contractum in matrimonio Christianorum a Sacramento dividi posse supponeret, atque in hoc doctrinae Ecclesiae contradiceret.

Nunc vero ut ad ea veniamus, quae de Orientalis Ecclesiae doctrina circa Benedictionem Sacerdotalem retulistis, notum profecto est eamdem Ecclesiam non minus quam Occidentalem inde ab origine Christiani nominis in celebrandis fidelium nuptiis, utpote novae legis Sacramento, sacros ritus Sacerdotumque benedictiones adhibuisse, simulque omnibus severissime interdixisse, ne illis praetermissis seu neglectis coniugale foedus conciliare auderent. Quod autem matrimonia contra hunc communem Ecclesiae usum inita non solum pro illicitis, sed etiam pro irritis habita fuerint, ex ecclesiasticis Orientis documentis demonstrari nequit.

Intru adeveru nu amu aflatu nice una asertiune a ver unui Parinte vechiu alu acelei Baserice, nice unu canonu de alu Concilieloru, din care se se veda, cà s'ar' fí dechiaratu ace'a cu cuvintele esprese si nedubie. Mai departe Euchologiele Orientaliloru si ale Greciloru cându amintescu solemnitàtile si ceremoniele, cu cari se celebréza casetori'a, presupunu consensulu imprumutatu, prin care se lega intre sine Sponsulu si Spons'a, si sanctifica impreunarea cá si facuta dejá, fàra cá se se dechiare prin ver unu cuventu, cà Preotulu este celu ce impreuna pre Sponsi in matrimoniu, seau cà densulu implinesce si conferesce Sacramentulu. Apoi fiendu-cà casetori'a de a dou'a si a trei'a ora nice nu se incoronéza, nice nu se binecuventa, si cu tote acestea, desi se desaproba la Orientali, se primescu cá Sacramentu, se vede, cà de locu n'a fostu considerata cá necesaria la constituirea Sacramentului nice coronarea nici binecuventarea.

Ma chiaru din scoliele lui Balsamonu la Canonele S. Basiliu 37, 38, 40 se vede, cà din vechime s'a socotitu, cumcà matrimoniele se potu indeplinì numai prin consensulu contrahentiloru. Prin urmare persuasiunea ace'a despre necesitatea binecuventarei preotiesci se vede, cà s'a nascutu in tempurile mai târdie, ce se pote esplicá fàra dificultate; pentru-cà se scie, cà imperatulu Leonu Filosofulu in seculului alu nouelea a adusu legea (intre Novele 89) a carei titulu este: *cá matrimoniele se nu se socotésca de firme fàra sânt'a binecuventare* si in care a demandatu, cá acelea-si *se se confirme cu testimoniulu binecuventarei sacre.* Barbati invetiati demustra inse, cà schimbandu-se in tempulu acela atâtu conditiunile publice ale imperiului, câtu si cele private, actele acele legitime, dupa cari conformu prescrisului dreptului civile debuiau se se faca casetoriele, cá se devina juste si legitime, seau au esîtu din usu, seau cà nu au mai fostu suficiente, cá se se recunosca in fia care matrimoniu, cà acelea se potu considerá de legitime dupa norm'a legiloru. Deci Imperatulu a socotitu, cà ceremoniele sacre indatenate a se indebuintiá decàtra baserica la celebrarea conunieloru, prestéza documentulu celu mai certu, din care se pote cunosce si probá onorea maritala, si afectiunea si consensulu legitimu in unirea conjugale, care se recere la matrimoniele adeverate si legitime.



Equidem nullum cognovimus antiqui eiusdem Ecclesiae Patris effatum, nullum conciliorum Canonem, quo illud expressis ac indubiis verbis declaratum fuisse appareat. Porro Orientalium et Graecorum Euchologia dum solemnitates ac ritus commemorant, quibus connubium celebratur, mutuum consensum, quo Sponsus et Sponsa inter se copulantur, supponunt, atque coniunctionem tamquam iam factam sanctificant, quin ullo verbo significetur, Sacerdotem esse, qui Sponsos in matrimonium coniungat, aut Sacramentum ipsum efficiat et conferat. Dein cum secundae et tertiae nuptiae nec coronarentur nec benedicerentur, et nihilominus, quamvis apud Orientales improbarentur, tamquam Sacramentum reciperentur, patet minime spectatam fuisse ut necessariam sive coronationem sive benedictionem ad Sacramentum constituendum.

Immo ex ipsius Balsamonis scholiis ad Canones S. Basilii 37, 38, 40 patet antiquitus reputatum fuisse nuptias solo contrahentium consensu perfici. Hinc persuasio illa de sacerdotalis Benedictionis necessitate posterioribus temporibus orta esse videtur; quod nec difficulter explicari potest. Constat enim Leonem Philosophum Imperatorem nono saeculo legem tulisse (inter Novellas 89) cuius titulus est *ne matrimonia citra sacram benedictionem firma habeantur,* et in qua iussit eadem *sacrae benedictionis testimonio confirmari.* Viri autem docti demonstrant, mutatis illo tempore tum publicis, tum privatis imperii conditionibus actus illos legitimos, quibus ex iuris civilis praescripto nuptias, ut iustae legitimaeque evaderent, conciliari oportebat, aut in desuetudinem abiisse, aut amplius non suffecisse, ut in singulis connubiis cognosceretur ea ad legum normam pro legitimis haberi posse. Hinc ratus est Imperator sacras caeremonias ab Ecclesia in celebrandis nuptiis adhiberi solitas praebere certissimum documentum, quo maritalis ille honor et affectio atque legitimus in unionem coniugalem consensus, qui ad vera et legitima matrimonia requiritur, cognosci et probari posset.

Inse atare sanctiune a imperatului Leonu, adusa adeca prin potestatea civila, n'a potutu nice se schimbe legile eclesiastice, nice se introduca impedimentulu dirimatoriu de matrimoniu. Tota influinti'a aceleia este de a se referí numai la efectele civile ale matrimoniului. Cu tote aceste cei mai multi Orientali, cari au adunatu si interpretatu atâtu Canonele câtu si legile Imperatiloru, au inferitu in colectiunea sa ace'a sanctiune seau lege, precumu si alt'a mai târdîa publicata decàtra Alexiu Comnenu. Asia nici decumu nu debue se ne miràmu, cà insa sanctiunea seau legea a fostu aplicata dupa ace'a si la natur'a sacramentale a Matrimoniului, fiendu-cà scie fia-cine, carele a cunoscutu istori'a dreptului eclesiasticu la Greci, cà in Baseric'a orientala s'a atribuitu sanctiuniloru imperatesci auctoritate egala má si mai mare decâtu santeloru Canone, mai cu séma dupa-ce ace'a s'a ruptu dela unitate prin schism'a cea infioratore. Deci parerea, care socotesce de nevalide casetoriele incheiate fàra binecuventarea Preotului, cu atâtu a prevalatu mai usioru in animele omeniloru, cu câtu aveau aceia interesu mai mare, cá cununiele se se celebréze in atare modu, care s'aru pretinde la obtienerea efecteloru civile a acelora. De altmintrea cumcà in Baseric'a orientala nici in tempurile posteriore inca n'a fostu primita decàtra toti parerea, care afirméza, cà Preotulu este ministrulu acestui Sacramentu, si cà Binecuventarea preotiésca este necesaria la validitatea aceluia-si sacramentu, se vede din acelea, ce le discutá Gabrielu Metropolitulu Filadelfianu despre Casatoria, in tractatulu seau opsiorulu, ce l'a scrisu despre Sacraminte [1]). Acestu scrietoriu din seclulu XVII, precându in tractarea altoru Sacraminte vorbesce despre Ministrulu acelor'a, pre atunci cândn disputá despre Matrimoniu, pre Ministru-lu preteréza cu totulu. In capu 2 din acelasi tractatu despre matrimoniu enumerândn cele, ce se receru la matrimoniulu *legitimu* (*νομιμον*), in loculu alu patrulea dîce cà *se cuvine, cá matrimoniulu se fia incheiatu prin preotu si prin rogatiunile si binecuventàrile lui.* Er' in capu 9, dupa-ce aserâse in capulu precedente, cà *materi'a* acestui Sacramentu *este consensulu reciprocu alu barbatului si alu femeei* conformu invetiaturei doctoriloru destinsi, dîce cà *form'a* este *marturisirea vorbeloru densiloru in aintea celoru presenti,* adeca: *Voiesci-me, voiescu-te.* Din acésta doctrina se vede a urmá



Huiusmodi vero Leonis Imperatoris sanctio, utpote a civili potestate lata nec ecclesiasticas leges mutare, neque dirimens matrimonii impedimentum inducere potuit. Tota ipsius vis ad civiles tantummodo matrimonii effectus referenda erat. Attamen plurimi Orientales, qui tum Canones, tum Imperatorum leges, collegerunt atque interpretati sunt, eamdem sanctionem seu legem, sicut et aliam posteriorem ab Alexio Comneno publicatam, in suas collectiones retulerunt. Minime autem mirandum est, quod ipsa sanctio seu lex ad Sacramentalem etiam Matrimonii naturam deinceps fuerit applicata; cum neminem, qui ecclesiastici iuris historiam apud Graecos noverit, lateat, imperatoriis sanctionibus in Orientali Ecclesia, maxime postquam diro schismate ab unitate avulsa fuit, parem imo et maiorem quam sacris Canonibus attributam fuisse auctoritatem. Hinc sententia, quae matrimonia absque Sacerdotis benedictione inita pro invalidis habet, in hominum animis eo facilius praevaluit, quo magis illorum intererat, ut nuptiae eo modo celebrarentur, qui ad consequendos civiles earumdem effectus omnino requireretur. Ceterum posterioribus etiam temporibus in Ecclesia Orientali sententiam, quae Sacerdotem huius Sacramenti Ministrum, atque sacerdotalem Benedictionem ad eiusdem Sacramenti validitatem, necessariam esse asserit, minime ab omnibus receptam fuisse ex iis patet, quae Gabriel Metropolita Philadelphiensis in tractatu seu opusculo, quod de Sacramentis conscripsit, de Matrimonio disserit [1]). Qui saeculi XVII scriptor, dum in aliorum Sacramentorum tractatione de eorum Ministro sermonem habet, ubi de Matrimonio disputat, Ministrum penitus praeterit. Capite quidem 2 eiusdem de matrimonio tractatus enumerans ea, quae ad *legitimum* (*νομιμον*) matrimonium requiruntur, quarto loco *oportere* dicit *ut matrimonium sit coniunctum per Sacerdotem et preces eius ac benedictiones.* Capite vero 9 postquam in praecedenti Capite *materiam* huius Sacramenti *mutuum viri et foeminae consensum esse iuxta praestantes doctores* asseruerat, *formam* esse dicit *confessionem verborum ipsorum coram adstantibus, hoc est; Vis me, volo te.* Ex hac doctrina suapte se-

[1]) Apud. Schelstrate in Actis Orientalis Ecclesiae contra Lutheri haeresim Pars I pag. 253.

de sine, cà Gabrielu Metropolitulu Filadelfianu nicidecumu nu a consideratu pre preotu cá ministru alu Sacramentului, fiendu-cà densulu invetia, cà form'a debue se se aplice materiei chiar' decàtra contrahenti, adeca debue se se faca tote acelea, prin cari se absolva caus'a matrimoniului; mai incolo binecuventarea preotiesca, carea o recere la matrimoniulu legitimu (νομιμον) dupa parerea densului nu adauge nimic'a la firmitatea si validitatea aceluia.

Celea, ce sau adausu pàna ací in capetele ultime despre ministrulu Sacramentului Matrimoniului, precumu si despre necesitatea Binecuventarei preotiesci, se nu credeti Venerabili Presuli, cà sau dîsu pentru ace'a, cà acést'a S. Congregatiune ar' fí voitu seau se aduca judecata seau se reprobe convictiunea acestoru credintiosi, in urm'a càreia dorescu cu atât'a ardore a onorá cununiele prin ceremoniile religiose. Nici de cumu: ci fiendu-cà a-Ti facutu amintire despre lucrulu acest'a cá si despre caus'a cea mai de frunte a dificultàtiloru, a cugetatu, cà este detorinti'a s'a, a produce celu pucinu unele spre dilucidarea acestei cestiuni forte momentose, cá se nu se para, cà a preterat'o cu tacere din propusu, si asiá cà admite de buna voie, cà ins'a Baseric'a orientala fàra dubietate a consideratu si pre Preotu de ministru alu Sacramentului, si Binecuventarea densului cá necesaria pentru validitatea Matrimoniului. Intru adeveru in lucrulu, ce privesce pàrtile necesarie ale Sacramentului si institutiunea divina a aceluia, doctrin'a atâtu a Basericei orientali câtu si a celei Occidentale debue se consune câtu se pote de tare si se fia acea-si; si fiendu-cà cà s'a esperiatu in Baseric'a orientale si mai cu séma de càtra acestu Scaunu Apostolicu, cà binecuventarea preotiesca si cele lalte ceremonie sacre intrebuintiate la celebrarea Matrimoniului, nici de cumu nu se socotescu nice nu sau socotitu de parte necesaria a acelui Sacramentu, este chiaru, cà cele ce se afla prescrise, cu privire la materi'a ace'a, in Baseric'a orientala, nu au potutu se se tiena de invetiatur'a ei dogmatica, ci numai de disciplina, prin urmare cununiile incheiate intre fidelii de ritulu orientalu nu suntu de a se socotí nevalabile si invalide indata, ce s'a constatatu, cà acele au fostu celebrate fàra binecuventarea Preotului.



qui videtur, Gabrielem Metropolitam Philadelphiensem minime considerasse Sacerdotem tamqnam Sacramenti Ministrum, quippe qui formam ab ipsis Coniugibus materiae applicandam, seu ea omnia agenda esse doceat, quibus Sacramenti ratio absolvitur. Benedictio porro Sacerdotalis, quam ad legitimum (νομιμον) matrimonium requirit, ex eius sententiam nihil faceret ad illud firmum ac validum reddendum.

Quee hactenus per summa capita de Sacramenti Matrimonii Ministro nec non de Sacerdotalis Benedictionis necessitate allata sunt, non ideo dicta esse credatis, Venerabiles Praesules, quod Sacra haec Congregatio in hac re vel iudicium proferre, vel istorum fidelium persuasionem reprobare voluerit, qua nuptias religiosis ritibus cohonestari tanto ardore desiderant. Minime quidem: Sed quoniam huius rei veluti praecipuae dificultatum causae a Vobis mentio facta est, suum esse duxit, aliqua saltem ad gravissimam hanc quaestionem dilucidandam afferre, ne illam consulto silentio praeteriisse, sicque ultro admittere videatur, ipsam Orientalem Ecclesiam indubie et Sacerdotem pro Sacramenti Ministro, et ipsius Benedictione tamquam pro valore Matrimonii necessariam habuisse. Profecto in re, quae necessarias Sacramenti partes divinamque eiusdem institutionem respicit, tam Orientalis quam Occidentalis Ecclesiae doctrina apprime conspirare eademque esse debet; cumque exploratum sit in Occidentali Ecclesia ac presertim ab hac Apostolica Sede Benedictionem Sacerdotalem ceterosque sacros ritus in matrimonii celebratione adhibitos, minime pro necessaria eiusdem Sacramenti parte haberi aut habitos fuisse, patet ea, quae circa eamdem benedictionem in Ecclesia Orientali praescripta inveniuntur, non ad dogmaticam ipsius doctrinam, sed ad disciplinam tantummodo pertinere potuisse, proindeque nuptias inter fideles Orientalis ritus conciliatas, non statim pro irritis et invalidis esse habendas, simul ac constiterit eas absque Sacerdotis benedictione fuisse celebratas.

De almintrea in afacerea matrimonieloru mixte, despre cari avemu de tractatu cu Voi acumu, nu importa nemica, precumu preabine intielegeti insive, care parere si-o imbracisiéza cineva in privinti'a Ministrului casatoriei, si a necesitatei Binecuventarei. Càci nu ace'a se cérca, ore intru adeveru recere-se Binecuventarea preotiesca la contragerea valida a acestoru matrimonie, ci fundamentulu lucrului este in ace'a, cà ore considerandu ace'a convingere, carea credintiosiloru de ritulu grecescu li face odiosa asistinti'a pasiva a Parochului, trebue a se omite ace'a asistintia, si in loculu ei iertatu e Preotulu a (cohonestá) onorá acele casetorii prin rogatiunile si ceremoniele baserecesci.

Dejá mai susu s'a dîsu, cà S. Scaunu câte una data dispeuséza dela legea, carea opresce matrimoniele mixte si permite, cá premitiendu-se si observandu-se precautiunile cuvenite, acele casetoríe se se serbéze dupa form'a prescrisa de Conciliulu Tridentinu. Astu-feliu de casatoríe contrase cu indulgenti'a Basericei suntu intru adeveru iertate si se potu contrage de barbatulu catolicu seau de muierea catolica fàra nice unu pecatu.

Dar' S. Scaunu pentru-cà se nu se stérga nice odata din sufletulu Catoliciloru amintirea Canoneloru, cari urgisescu aceste casetoríe, si amintírea acelui zelu preaconstante, cu care S. Mama Baserica s'a indatenatu a abate pre fii dela contragerea aceloru casetoríe, ce s'aru incheiá, spre perirea s'a si a fiiloru fitori, afara de precautiunile amintite, cari la tota intemplarea trebue premise, se indatenéza a prescrie inca si alte conditiuni, adeca despre omiterea binecuventarei Parochului la serbarea aceloru casetoríe, si despre incheiarea casetorieloru afara de Baserica.

Deci deca S. Scaunu a socotitu, cà binecuventarea preotiesca nu este de a se dá nice casetoríeloru acelor'a, cari-su iertate, si se facu cu indulginti'a Baserecei, cumu va poté permite seau tolerá, cá se se aprobeze prin ceremoníe sante acele casetoríe, cari nebagandu in séma precautiunile prescrise de Baserica, suntu cu totulu neiertate si de reprobatu?

Scimu, cà Pontificii Supremi, cându s'a tractatu despre casetoríele contragânde cu iertarea Basericei, câte una data au fostu cu tolerantia, si au comisu prudentiei Prelatiloru, cá



Caeterum in mixtorum connubiorum negotio, de quo nunc Vobiscum agendum est, nil refert, ut optime Ipsi intelligitis, quaenam circa Matrimonii Ministrum ac benedictionis necessitatem sententiam quis amplectatur. Non enim illud quaeritur, utrum Sacerdotalis benedictio reapse requiratur ad valide contrahendum eiusmodi matrimonia; sed totius rei cardo in eo situs est, ut decidatur utrum habita ratione illius persuasionis, quae graeci ritus fidelibus passivam Parochi assistentiam exosam reddit, haec ipsa assistentia omitti debeat, atque eius loco liceat Sacerdoti eadem connubia adhibitis ecclesiasticis precibus et caeremoniis cohonestare.

Iam superius dictum est, S. Sedem aliquando in lege matrimonia mixta prohibente dispensare ac permittere, ut, praemissis observatisque debitis cautelis, eadem connubia iuxta formam a Concilio Tridentino praescriptam celebrarentur. Eiusmodi nuptiae cum Ecclesiae venia initae, licitae profecto sunt, ac citra omne peccatum a catholico viro seu catholica muliere contrahi possunt.

Attamen S. Sedes, ut in animis Catholicorum numquam obliteretur memoria Canonum, qui haec detestantur connubia, atque constantissimi illius studii, quo S. Mater Ecclesia filios avertere consuevit ab iisdem nuptiis in eorum futuraeque prolis perniciem contrahendis, praeter memoratas cautiones, quae omnino praemitti debent, alias ulterius praescribere solet conditiones de omittenda scilicet in eorum connubiorum celebratione Parochi benedictione, deque ipsa celebratione extra Ecclesiam peragenda.

Quod si proinde eadem S. Sedes ne in illis quidem matrimoniis Sacerdotalem Benedictionem adhibendam esse duxit, quae licita sunt et cum Ecclesiae venia contrahuntur, quomodo permittere aut tolerare poterit, ut sacris ritibus cohonestentur ea coniugia, quae ob neglectas cautelas ab Ecclesia praescriptas illicita prorsus sunt et reprobanda?

Novimus equidem Summos Pontifices, ubi de licitis, et cum venia Ecclesiae contrahendis Matrimoniis ageretur, aliquando tolerantia usos fuisse atque Antistitum prudentiae commisisse, ut

considerandu tote impregiuràrile lucruriloru a lccuriloru si a tempului, se judece densii, cându se potu si trebue se se observéze — fàra frica si periclulu unui reu mai mare, — memoratele conditiuni relative la casetoríele amintite, adeca afara de Baserica si fàra binecuventarea Parochului seau a altui preotu catolicu delegatu pre dreptulu, si erasi cându se pote tolerá, spre incungiurarea releloru si scandaleloru mai mari, daten'a de a binecuventá acele casetorie. Ci desi câte una data pote intrevení toleranti'a in acele casetoríe, cari suntu iertate cá unele contrase cu indulginti'a Basericei, dar' a pronunciá, cà ace'a indulgentia este de a se estinde fàra alegere la tote casetoríele mixte, nu va cutezá nimene se afirme, déca va considerá, care e invetiatur'a si tienut'a constante a Basericei in acestu lucru.

Voi, Reverendisimi Prelati! prea bine sciti, cà amintitele casetoríe fura oprite de Baserica mai vertosu pentru ace'a, pentru-cà prin inchieiarea acelor'a conjugele catolicu de cele mai multe ori s'ar' espune periclului de a calcá preceptele legei naturali si domnedieesci, prin carea se obliga a-si cresce fiii in religiunea catolica, fàra de carea nu e mantuíre, si a abate dela sine tota ocasiunea de a relabá si de a procurá cu totu zelulu mantuírea celui alaltu conjuge. Deci deca unu atare periclu nu se va departá prin precautiuni acomodate si inca eficaci, catoliculu ar' lucrá temerariu prin inchieiarea astoru-feliu de casetoríe, si precumu declara Supremulu Pontifice Piu VII de fer. amint. [1]) *nu numai ar' vatemá decretele canonice, ci ar' pecatuí si directu si forte greu in contr'a legei naturali si domnedieesci.*

De ací intielegeti dejá insive Venerabililoru Prelati! cà Preotulu catolicu nu pote binecuventá casetoríele, cari catolicii nu le potu inchieiá fàra pecatu forte greu. Pentru-cà si densulu ar' fí vinovatu de crima forte grea in aintea lui Domnedieu si a Basericei, cá unulu care nu numai ar' aprobá prin fapt'a s'a propria pecatulu si sacrilegiulu strainu, si ar' conlucrá la ele, ci inca seau ar' administrá Sacramentulu celoru publice nedemni, déca vrei se aibi pentru acele de Ministru pre acel'a, seau prin aplicarea ritului sacru ar' concurge la sacrileg'a profanare a Sacramentului, déca, precumu invetia cei mai multi, insisi contrahentii cá Ministrii si conferescu imprumutatu Sacramentulu.



ipsi omni rerum, locorum ac temporum ratione habita iudicent, quando praedictae conditiones de ipsis praefatis coniugiis, extra Ecclesiam nempe et absque Parochi aut alius catholici Sacerdotis rite deputati benedictione, sine gravioris mali metu et periculo possint ac debeant servari, et quando ad maiora mala et scandala propulsanda tolerari possit mos eadem coniugia benedicendi. Ast etsi huiusmodi tolerantia in illis matrimoniis aliquando intercedere queat, quae utpote cum Ecclesiae venia ineunda, licita sunt, illam tamen ad omnia mixta connubia indiscriminatim extendendam esse nemo pronunciare audebit, qui animo reputet, quaenam in hac re sit constans Ecclesiae doctrina et agendi ratio.

Vos, Reverendissimi Praesules, minime latet praefata matrimonia ideo maxime ab Ecclesia prohibita esse, quia in illis contrahendis catholicus coniux ut plurimum periculo committeretur transgrediendi ipsius legis naturalis et divinae praeceptum, quo tenetur suam prolem in religione catholica, extra quam non est salus, educare et a se omnem perversionis occasionem avertere, atque alterius coniugis salutem omni studio procurare. Hinc nisi eiusmodi periculum opportunis iisque efficacibus cautionibus penitus amoveatur, catholicus in praedictis mixtis matrimoniis ineundis temere ageret, atque, ut declarat Summus Pontifex Pius VIII fel. rec. [1]), *non modo canonicas violaret sanctiones, sed directe etiam gravissimeque in naturalem et divinam legem peccaret.*

Iam vero inde Vosmetipsi intelligitis, Venerabiles Praesules, matrimoniis, quae sine gravissimo peccato a catholicis contrahi nequeunt, minime a catholico Sacerdote bene precari posse. Gravissimi siquidem criminis et ipse coram Deo et Ecclesia reus foret, quippe qui non solum aliorum peccatum et sacrilegium proprio actu approbaret, illisque cooperaretur, sed etiam aut Sacramentum publice indignis administraret, si pro illius Ministro eumdem habere velis, aut sacri ritus exhibitione ad sacrilegam Sacramenti profanationem concurreret, si, ut plurimi tenent, ipsi contrahentes ut Ministri sibi invicem conferunt Sacramentum.

[1]) Pius VIII in litteris apostolicis ad Archiep. Colonien. et Episcopos Suffraganeos die 25 Martii 1830.

De ace'a unde nu se potu impiedecá casetoriele neiertate intre Catolici si eretici seau schismatici, preaintieleptii Potifici Romani cautându la trist'a conditiune a acelor'a, cari se incurca in astufeliu de casetorii, si la mai marele bine alu Basericei au socotitu, cà se pote suferí numai cu asistentia pasiva a parochului, carea s'au indatenatu a o permite in contragerea matrimonieloru mixte, cu observarea conditiuniloru si cu dispensarea loru. Dara binecuventarea preotiesca si alte rituri — ceremoníe basericesci nici una data nu le au admisu in astufeliu de casetorii, má inca au declaratu totu de a un'a si constantu, cà trebue a se retiené dela ori-ce ceremonía sacra.

Nici se se dîca, cà precumu Baseric'a s'a indatenatu a tolerá câte una data asistinti'a pasiva pentru delaturarea releloru si scandaleloru mai mari, pentru aceasi causa pote iertá, cá atunci, cându sponsii se contrarieza la acést'a asistentia pasiva, casetoriei loru de si illicite se i-se dè Binecuventarea preotiesca. Pentru-cà nu aceasi, ci diversa este caus'a asistentiei pasive si a Binecuventarei preotiesci.

Parochulu, carele din toleranti'a S. Scaunu, si numai pentru cá se faca destulu legei Conciliului Tridentinu, este de facia numai cu presentia materiale cá martoru la una casetoría illicita, lasa se se intemple in aintea s'a, ce'a-ce densulu nu pote impedecá, ce'a ce de s'ar' fí intemplatu altufeliu, ar' fí spre daun'a atâtu a conjugelui catolicu, câtu si a Basericei. Parochulu nu dîce nemicu, nu face nemicu, din ce se se para, cà elu ar' aprobá ori ar' cohonestá lucrarea neiertata si periculosa a aceluiasi conjuge; má inca chiar' prin ace'a, cà asiste la unu actu din natur'a s'a santu, fàra cá se faca rogatiunile si ceremoníele acele, prin cari Baseric'a de alta data le si aproba casetoríile si le si face mai solemne, in modu manifestu, seau tacundu si nefacundu nemicu declara, cà din partea catolicului se contrage una casetoria, pre carea Baseric'a o reproba si o condemna cá pre un'a periculosa si neiertata. Si din contra, déca preotulu ar' binecuventá acele casetorii neiertate, nu numai ar' lasá se se intemple ce'a ce nu pote impiedecá, ci densulu cu lucrarea s'a propria ar' conlucrá la pecatulu altor'a, si pre lânga acést'a profanandu ministeriulu sacru si publicu, in care functionéza,



Quamobrem ubi illicitae nuptiae Catholicos inter et haereticos seu schismaticos impediri minime possunt, sapientissimi Romani Pontifices tristem eorum, qui huiusmodi connubiis implicantur, conditionem, atque maius bonum Ecclesiae respicientes, passivam tantummodo Parochi assistentiam, quam in mixtis matrimoniis conciliandis, servatis conditionibus, et cum Eorum dispensatione permittere consueverunt, tolerari posse arbitrari sunt. Benedictionem autem sacerdotalem caeterosque Ecclesiae ritus numquam in eiusmodi nuptiis admiserunt, imo expressis verbis ab omni sacro ritu abstinendum esse semper et constanter declararunt.

Neque dicatur Ecclesiam, sicut ad maiora mala et scandala amovenda passivam assistentiam aliquando tolerare consuevit, ob eamdem rationem indulgere posse, ut quando sponsi hanc passivam assistentiam adversantur, eorum nuptiis quamvis illicitis sacerdotalis Benedictio adhibeatur. Nam diversa et non eadem est passivae assistentiae et sacerdotalis Benedictionis ratio.

Parochus, qui ex S. Sedis tolerantia, et tantum ut Concilii Tridentini legi satisfiat, illicito matrimonio tamquam testis materiali tantum praesentia adest, coram se fieri sinit, quod ipse nequit impedire, quodque si alio modo factum fuerit, tam in catholici coniugis, quam in Ecclesiae damnum cederet. Parochus nihil dicit, nihil agit, quo illicitam et perniciosam eiusdem coniugis actionem aut approbare aut cohonestare videatur; imo hoc ipso, quod actui ex natura sua sacro assistat, quin ullo modo eas exhibeat preces et caeremonias, quibus Ecclesia alias matrimonia et approbat et solemniora reddit, manifeste vel tacendo et nihil agendo declarat a catholico iniri connubium, quod Ecclesia tamquam illicitum et perniciosum reprobat atque damnat. E contra Sacerdos iisdem illicitis nuptiis benedicens non tantum fieri sineret, quod nequit impedire, sed ipse propria sua actione aliorum peccato cooperaretur, et insuper sacrum et publicum ministerium, quo fungitur, profanando, illici-

s'ar' paré, cà aproba cununí'a neiertata atâtu in numele seu câtu si a Basericei, si cà chiar' prin lucrulu seu spriginesce libertatea loru, ce'a periculosa mantuirei sufleteloru si credintiei.

Asia-dara de-sî trebue a nesuí cu totu zelulu, cá se se oprésca catolicii de a alergá la preotii schismatici pentru binecuventarea casetoriiloru loru mixte, si asiá se se dè si pre sine si fetii sei fiitori periclului de a relabá; totusi se vede chiaru, cà trebue se o faca acést'a intr'unu asiá modu, in câtu se fía cu totulu fàra de pecatu. Fiindu-cà ce din sine e reu si pecatu, nu se pote admite nici pentru impiedecarea releloru mai mari, nici pentru promovarea ori-càroru bunuri.

Intr'ace'a fiendu-cà intre credintiosii adicti ritului grecescu, dupa parerea Vostra unanima ace'a asistentia pasiva, ce a iertat'o Gregoriu alu XVI pentru regnulu Ungariei, nu se pote pune in usu, unulu seau altulu dintre Voi Reverendisimi Prelati! a socotitu a intempiná reulu macaru in parte, deca s'ar' reintregí ace'a lege, prin carea se demandá cá tote casetoríile mixte fàra deosebire se se faca in aintea parochului catolicu, seau déca s'ar' prescrie una lege noua, cá acele casetorfi seau se se celebréze tote in aintea parochului sponsului, seau tote in aintea parochului sponsei.

Dara restabilindu-se in vigorea prima legea ace'a de mai in ainte, ar' urmá totu acele dificultàti seau si mai mari. Cà-ci, precumu se vede din cele de mai susu, parochului catolicu nici una data nu-i va poté fi iertatu se imparta binecuventarea preotiesca casetoríiloru acelor'a cari cu calcarea legei se contragu in modu neiertatu, si deca ar' denegá-o, precumu de securu ar' trebuí se o denege de câte ori ar' lipsí cautelele prescrise de Baserica, pàrtile refusandu asistenti'a lui, seau nebagandu in séma legea civila ar' merge la preotulu schismaticu, cá se-si serbeze cununíile, cari nu aru avé drepturile civili, seau partea catolica ar' trece la schisma, cá se-si capete drepturile acele si se scape de pedeps'a civila.

Totu asiá de pucinu folosu ar' urmá pentru Baserica, si nici nu s'ar micsiorá greutàtile, déca prin una lege noua s'ar' dá dreptulu de a asiste seau singuru parochului mirelui, seau singuru parochului miresei.



tas mixtas nuptias tam suo, quam Ecclesiae nomine approbare, earumque libertatem saluti animarum et fidei causae perniciosam sua ipsa opera fovere videretur.

Itaque quamquam omni studio enitendum est, ut impediantur catholici, quominus pro benedicendis mixtis ipsorum nuptiis ad Sacerdotes schismaticos confugiant, sicque se ipsos et futuram sobolem perversionis periculo committant; ea tamen ratione semper agendum esse clare dignoscitur, quae prorsus ab omni peccato aliena est. Quandoquidem quod ex se malum et peccatum est nec ad impedienda maiora mala, nec ad promovenda quaecumque etiam bona admitti potest.

Interim cum inter fideles, qui graeco ritui addicti sunt, ex Vestra concordi sententia passiva illa assistentia a Gregorio XVI pro Hungariae Regno indulta in usum deduci minime possit, unus alterve Vestrum Reverendissimus Antistes ratus est, malis et difficultatibus saltem ex parte obviam iri, si illa lex reintegraretur, qua omnia indiscriminatim matrimonia mixta coram catholico parocho fieri iubebantur, vel nova lege praescriberetur, ut eadem matrimonia vel omnia coram sponsi, vel omnia coram Sponsae parocho celebrarentur.

Attamen revocata ad pristinum vigorem priore illa lege, eaedem vel etiam maiores haberentur difficultates. Numquam siquidem uti ex superius dictis patet, licere poterit catholico parocho, ut in nuptiis, quae spretis conditionibus illicite contrahuntur, sacerdotalem Benedictionem impertiatur, quam si negaret, uti certe negare deberet quotiescumque cautelae ab Ecclesia praescriptae deficerent, partes passivam ipsius assistentiam recusantes, aut posthabita lege civili ad Sacerdotem schismaticum confugerent nuptias celebraturi, quae iuribus civilibus carerent, aut pars catholica ad schisma transiret, ut illis iuribus potiatur atque civiles poenas effugiat.

Parum itidem utilitatis pro Ecclesia sequeretur, nec difficultates minuerentur, si nova lege aut solius sponsi, aut solius sponsae Parocho assistendi ius tribueretur.

Cà-ci in ainte de tote este de observatu, cà in Transilvani'a nici acumu nu suntu acelesi legi cá in Ungari'a cu privire la crescerea religiosa a fiiloru din casetoríile mestecate. Cà-ci in Ungari'a déca sponsulu este catholicu, toti fii trebue se se crésca in religiunea catolica; er' deca sponsulu este acatolicu seau schismaticu, atunci fetele trebue se se cresca in religiunea catolica a mamei; er' fetiorii se lasa a urmá confesiunea tatalui. In Transilvani'a din contra fiíi trebue se se crésca dupa sexu in religiunea unuia seau a altuia dintre parinti. Deci in Transilvani'a ori s'ar' dá dreptulu de a asiste parochului mirelui, ori parochului miresei, ar' fí se se implinesca precautiunile prescrise la fia-care casetoría mixta; cari deca s'ar' refusá, ar' trebuí se se refuse si Binecuventarea preotiesca. In Ungari'a inse desi parochulu mirelui celu pucinu din toleranti'a S. Scaunu ar' poté aplicá ceremoniele sacre la tote casetoríele mixte intre barbatulu catolicu si muierea acatolica, totusi ace'a n'ar' fí iertatu parochului miresei fàra cá espresu se se fí luatu precautiunile pentru crescerea in santieni'a religiunei catolice a toturoru pruncilorn. Din aceste dejá se vede, cà atâtu in Ungari'a câtu si in Transilvani'a, ori cumu s'ar' decide pentru parochu dreptulu de a asiste la casetoríile mixte, totusi potu obvení casetoríi, cari este necuvenintiosu se le binecuvente preotulu catolicu; de aci dificultàtile, cari s'au indatenatu a se nasce la atari casetorii neiertate, nice de cumu nu s'ar' delaturá. Apoi, deora-ce prin acést'a lege noua parochului schismaticu seau alu mirelui seau alu miresei ar' fí se se dèe chiar' acel'asi dreptu de a asiste la casetorii cá si catolicului, catolicii prin insasi legea s'ar' constringe la una comunicatiune in cele sacre cu ministrulu schismaticu. Inse una astufeliu de lege Baseric'a nici insasi nu pote se o aduca, si nici pote se poftesca vre una data cá se o aduca poterea civila.

Astu-feliu standu lucrulu vedeti Voi insi-Ve Venerabili Presuli! cà din atari legi s'ar' poté sperà pucinu seau nemicu intru folosulu Basericei; càci desi s'ar' poté aplicá Binecuventarea preotiesca in loculu asistentiei pasive, ce'a ce vedeti cà este cu totulu necuvenintiosu, prin aceste legi de locu nu s'ar' oprí, cá catolicii, cari nu voru se se lase de casetoríile mixte



In primis enim animadvertendum est non easdem in Transylvania quam in Hungaria civiles leges circa religiosam prolis in mixtis nuptiis procreandae educationem etiam modo obtinere. In Hungaria siquidem dum sponsus catholicus est, universa proles in catholica religione educanda est; dum vero sponsus acatholicus seu schismaticus, filiae quidem in matris catholicae religione educari iubentur, filii autem patris confessionem sequi permittuntur. E contra in Transylvania proles iuxta sexum in alterutrius parentis religione educanda est. Hinc in Transylvania sive sponsi, sive sponsae Parocho assistendi ius tribueretur, in quolibet mixto connubio praescriptae cautelae exigendae essent; quae si negarentur, negari etiam deberet sacerdotalis Benedictio. In Hungaria autem licet parochus sponsi in omnibus matrimoniis mixtis inter virum catholicum et mulierem acatholicam contrahendis saltem ex tolerantia S. Sedis sacros ritus adhibere possit, tamen sponsae Parocho id non liceret, nisi de universa prole in catholicae religionis sanctitate educanda expresse cautum foret. Ex his iam patet tum in Hungaria, tum in Transylvania, quomodocumque demum Parocho ius assistendi mixtis nuptiis decerneretur, coniugia obvenire posse, quibus bene precari catholico Sacerdoti nefas est; et proinde difficultates, quae in illicitis iisdem nuptiis oriri solent, nullo modo removerentur. Deinde cum, eadem hac nova lege, parocho schismatico vel sponsi vel sponsae idem omnino ac catholico matrimoniis assistendi ius tribuendum esset, catholici per ipsam legem ad vetitam in sacris communicationem cum schismatico Sacrorum Ministro adigerentur. Eiusmodi vero legem Ecclesia nec ipsa ferre, nec ut a civili potestate feratur, petere unquam potest.

Quae cum ita sint Vosmetipsi perspicitis, Venerabiles Praesules, ab huiusmodi legibus parum vel nihil pro utilitate Ecclesiae sperandum fore; quandoquidem etiamsi passivae assistentiae loco ipsa sacerdotalis Benedictio adhiberi posset, quod, prorsus nefas esse cognoscitis, istis legibus minime impediretur, quominus catholici ab illicitis mixtis connubiis desistere nolentes

neiertate se nu se intorca la Preotii schismatici, si mestecandu-se in riturile loru nelegitime, pre incetulu se se departéze de credinti'a si uniunea Basericei catolice. Asia-dara pre una alta cale trebue se intempinàmu acele rele si dificultàti multiple, cari pre dreptulu Ve neliniscescu si Ve supera intru atâta.

Mai incolo se pare, cà neci intrunu modu nu se pote face ace'a mai securu si mai eficace, de câtu déca Voi cu tota ardorea, de carea e sciutu cà sunteti cuprinsi pentru mantuirea sufleteloru, veti lucrá intru acoló, cá credintiosii concrediuti grigei Vostre se se nesuésca seau a incungiurá cu totulu casetoríile mixte, seau celu pucinu se le serbéze observandu cu acuratetia precautiunile cuvenite.

Cá se poteti ajunge la acést'a mai antâiu va trebuí inculcatu cu zelu tare si constantu acelu articlu alu credintiei nostre despre necesitatea credintiei si a unitatei catolice pentru dobandirea mantuirei. Carea dogma principale a Religiunei Crestine, precumu bine sciti, este marturisita atâtu in nenumerate locuri la Santii Parinti, câtu si enunciata in acte solemne ale Basericei, si mai alesu in acele marturisiri de credintia, cari fiendu propuse de Scaunulu Apostolicu, le primescu atâtu Grecii câtu si ceialti catolici orientali. De ace'a se nu incetati a repetî fideliloru acele cuvinte, de cari se servesce prea renumitulu invetiacelu alu Apostoliloru S. Ignatiu Martirulu in epistol'a càtra Filadelfiani dîcundu: „se nu gresîti, fratii miei: deca cineva urmeza pre facatoriulu de schisma, nu dobandesce mostenirea imperatîei ceresci". Cà-ci atâtu Voi insîve, câtu si ceilalti pastori, cari Vi suntu supusi, trebue se excite poporulu la credinti'a si unitatea catolica, la care s'a adusu din preamarea binefacere alui Domnedieu, cá la unic'a cale de mantuire, carea trebue padîta cu unu zelu totu mai inflacaratu, si de ace'a e de incungiuratu ori-ce periclu de a o parasî. Carea necesitate de a tiené unitatea catolica una data intiparita fiindu si inradacinata aduncu in animele toturoru credinciosiloru, abiá voru fí érasi desierte admonitiunile si indemnàrile, prin cari voru trebuí parochii se-i abata dela intrarea in legaturi casetoresci cu schismatici; seau de cumu-va ar' intreveni câte una data vre una causa, pentru carea ar' trebuí se se lase astu-



ad schismaticos Sacerdotes se convertant, atque illegitimis ipsorum ritibus sese immiscentes paullatim a catholicae Ecclesiae fide et unione recedant. Alia igitur via multiplicibus illis malis difficultatibusque occurrendum erit, quae Vos marito tantopere angunt ac sollicitos habent.

Nulla alia porro ratione id securius et efficacius fieri posse videtur, quam si omni ardore, quo Vos in procuranda animarum salute flagrare compertum est, in id intendatis, ut fideles curae Vestrae concrediti mixtas nuptias aut omnino evitare, aut saltem nonnisi observatis adamussim debitis cautelis cebrare studeant.

Quod ut assequi possitis, in primis ipsorum fidelium animis impenso constantique studio inculcandus erit ille fidei nostrae articulus de catholicae nempe fidei et unitatis necessitate ad salutem consequendam. Quod praecipuum Christianae Religionis dogma, ut probe nostis, tum innumeris penes Sanctorum Patrum locis testatum, tum solemnibus quoque Ecclesiae actibus ac praesertim illis fidei professionibus enunciatum est, quas ab Apostolica Sede propositas tam Graeci, quam caeteri Orientales catholici amplectuntur. Ne cessetis proinde fidelibus eadem repetere verba, quibus celeberrimus Apostolorum Discipulus S. Ignatius Martyr in epistola ad Philadelphienses utitur dicendo: „Ne erretis, fratres mei: si quis schisma facientem sectatur, regni Dei haereditatem non consequitur". Etenim crebro et continuo tum a Vobismetipsis, tum a caeteris, qui Vobis subsunt, animarum pastoribus excitandus est populus ad catholicam fidem atque unitatem, ad quam summo Dei beneficio adductus est, tamquam unicam salutis viam ardentiori usque studio custodiendam, atque ideo ad omne illius deserendae periculum vitandum. Quae quidem catholicae unitatis tenendae necessitas, ubi fuerit in cunctis fidelium animis impressa alteque defixa, haud facile deinceps irrita erunt monita atque adhortationes, quibus ipsos avertere debebunt Parochi a nuptiarum foedere cum schismaticis ineundo, aut si aliqua interum causa interveniat, ob quam

feliu de casetorîi mixte, acele se nu le contraga altufeliu, de câtu castigandu dispensarea Basericei, si observandu cu religiositate conditiunile, cari s'a indatenatu a le prescrie.

Intr'acea acésta S. Congregatiune scie, cà impregiuràrile de locu si de tempu suntu asiá de triste, in câtu unu asiá ferice resultatu alu lucrului neci nu se pote dobandí totu de a un'a neci in modu usioru. Cà-ci din epistolele Vostre momentose a cunoscutu, cà suntu forte mari greutàti si necasuri, mai vertosu pentru-cà in tienuturile Vostre si acumu suntu legi civili, dintre cari un'a, precumu se dîce, ieá litereloru reversali tota poterea oblegatoria relativu la crescerea religiosa a copiiloru, cea alalta dà libertatea periculósa de a parasí credinti'a si a trece in partea acatoliciloru. Ci pre lânga ace'a, cà S. Scaunu se nevoiesce cu totu zelulu, cá se se impiedece urmarile rele ale acestoru legi; totusi astufeliu de greutàti neci decâtu nu potu scutí pre pastorii sufletesci de prea greulu oficiu, la care suntu obligati, cá pre credintiosii, cari dorescu se contraga casetorîi mixte, precumu si pre parintii loru si pre altii, sub a carora grige stau, se-i invetie cu sirguintia, carea este credinti'a Basericei in privinti'a acelor'a, si se-i faca atenti cu tota seriositatea, se nu cuteze a calcá mandatele aceleia pentru unu càstigu seau folosu pamentescu cu pierderea sufleteloru sale.

Deci va fí detorinti'a Vostra Inaltiloru Prelati! a aduce aminte parochiloru despre acestu oficiu si a li demandá, cá se revoce in memori'a fideliloru acelu preacunoscutu preceptu alu legei naturali si domnedieesci, prin care ni-se demanda, se incungiuràmu nu numai pecatele, ci si periculele, cari ducu mai de aprope la pecatu; precumu si altu preceptu alu aceleiasi legi, prin care parintii se indatorescu a cresce pre fíi in invetiatur'a si fric'a Domnului, si de ace'a a-i invetiá adeveratulu cultu alui Domnedieu, care este senguru in Baseric'a catolica. De ace'a e de lipsa, cá parochii se indemne pre credintiosi, cá voindu se contraga casetorîi mixte neiertate, se cumpanesca seriosu, câtu de mare nedreptate facu ei Preainaltului Domnedieu si câtu de crudelu se porta facia de sine si de pruncii fiitori, candu se punu pre sine si pre fíi in periclulu de a ratecí. Mai departe parochii suntu de a se indemná si a se astringe,



mixtae huiusmodi nuptiae sini debeant, eas non aliter contrahant nisi impetrata Ecclesiae dispensatione et conditionibus, quae ab ipsa praescribi solent, religiose observatis.

Interim haec S. Congregatio minime ignorat ea esse tristissima locorum ac temporum adiuncta, ut tam felix rei exitus nec semper, nec facili modo obtineri possit. Ex gravissimis enim litteris Vestris cognovit maximas difficultates et angustias ea potissimum de causa adesse, quod in Vestris regionibus civiles leges etiam nunc habeantur, quarum una reversalibus, ut aiunt, de religiosa filiorum educatione litteris omnem vim obligandi ademit, altera perniciosam fidei deserendae et ad acatholicorum partes transeundi libertatem praebet. Ast praeterquam quod S. Sedes omni studio in id incumbit, ut funesti istarum legum effectus inhibeantur, huiusmodi difficultates animarum pastores nullo modo a gravissimo, quo tenentur officio, eximere valent, ut fideles mixta connubia inire cupientes nec non eorum parentes aliosve, quorum sub cura sunt, sedulo ab ipsis edoceantur, quaenam circa eam rem Ecclesiae sententia sit, graviterque moneantur, ne illius praecepta terreni forsitan lucri aut commodi causa in perniciem animarum suarum perfringere audeant.

Vestrum proinde erit, Amplissimi Praesules! parochos de hoc officio commonere, illisque demandare, ut in fidelium memoriam revocent notissimum illud naturalis divinaeque legis praeceptum, quo non solum peccata sed et pericula ad peccatum proxime inducentia evitare iubemur; uti etiam aliud praeceptum eiusdem legis, quo parentibus iniungitur filios educare in disciplina et correptione Domini, ideoque ipsos erudire ad verum Dei cultum, qui unice est in Ecclesia Catholica. Hinc oportet Parochi adhortentur fideles, ut illicita mixta connubia celebraturi serio perpendant, quantam Supremo Numini faciant iniuriam, et quam crudeliter erga se futurosque sibi liberos acturi sint, ubi se ipsosque fillios perversionis periculo committant. Monendi porro omnino Parochi adigendique sunt, ut sedulo et

cá se veghieze cu serguintia si diligintia preste turm'a s'a, si indata ce ar' fí áflatu, cà suntu teneri, seau vergure, cari ar' vré se contraga cu schismatici astufeliu de casetorii mixte neiertate, se-i invetie pre acei-a si pre parintii loru invetiaturile cele mantuitorie, ne intrelasandu nimicu, prin ce i-ar' poté abate dela calcarea preceptelorn lui Domnedieu si a Basericei.

Ci fiendu-cà in acésta afacere asiá de momentosa a matrimonieloru se pare, cà nimicu nu se pote lasá in judecat'a si prudenti'a parochului senguru, ci tote trebue se se faca dupa sentinti'a Episcopului, acum Venerabili Prelati! Vi se voru consiliá cele, ce suntu de a se face din parte-Ve, cá se nu se intemple fàra de ordine in acestu lucru.

Mai antâiu veti trebuí se impuneti parochiloru, cá despre ori-ce matrimoniu mixtu, care ar' vré parochianii loru se-lu contraga, se Ve inscientieze câtu mai curundu, referindu forte esactu tote impregiuràrile lucruriloru, locuriloru si a personeloru, nice se presume a face ceva in lucrulu acest'a mai in ainte, de ce ar' fí primitu dela Voi respunsurile acomodate. Va fí detorinti'a Vostra apoi de a judecá tare cu diligentia, ce ar' fí de decisu seau de facutu, considerandu acele impregiuràri. Er' de veti vedé, cà nu e nice una sperare, cá se lase catolicii serbarea astoru-feliu de casetoríe mixte, dar' sponsii suntu gat'a a implení tote conditiunile, cari trebuescu premise aceloru casetoríe, atunci veti poté iertá, cá acele se se faca, folosindu-Ve adeca de facultatile, cari a socotitu Preasantîtulu Domnu, se Vi-se dè prin decretulu Sacrei Congregatiuni instituite pentru propagarea numelui Crestinu, care se aclude aci.

Ce privesce darea binecuventarei la aceste casetoríe iertate si contragunde cu concesiunea Basericei, Sanctitatea S'a ar' dorí forte tare, cá si la Voi se se pota observá conditiunile, cari se indatineza S. Scaunu a le prescrie, cá adeca acele casetoríe se se tiena afara de Baserica si fàra binecuventare. Dar' fiendu-cà, precumu ati reportatu, credintiosii Dieceseloru Vostre urescu asistenti'a pasiva, precumu se dîce, cá pre un'a neindatenata in Baseric'a Orientale, si intru atât'a socotescu binecuventarea preotului, in câtu deca i s'ar' negá ace'a din partea preotului catolicu, nu numai ar' suferí-o cu greu, ci ar'



diligenter gregi suo invigilent, et statim ac compererint adesse iuvenes vel virgines, qui huiusmodi mixtas nuptias cum schismaticis inire velint, tunc ipsos eorumque parentes salutaribus doctrinis imbuant, nihilque omittant, quo eos a transgrediendis Dei et Ecclesiae praeceptis avertant.

Sed quoniam in hoc gravissimo matrimoniorum negotio solius Parochi arbitrio et prudentiae nihil reliquendum videtur, sed omnia ex Episcopi sententia fieri necesse est, iam ea Vobis, Venerabiles Praesules! suggerenda sunt, quae a Vobismetipsis praestanda erunt, ne quidquam in hac re praeter ordinem fiat.

Iniungere in primis Parochis debebitis, ut Vos de quolibet matrimonio mixto, quod ipsorum parochiani contrahere cupiunt, quam citius certiores redant, exactissime relatis omnibus rerum, locorum personarumque circumstantiis, nec quidquam omnino in hac re agere praesumant, priusquam a Vobis opportuna responsa acceperint. Vestrum deinde erit diligentissime perpendere quid, habita eorumdem adiunctorum ratione, decidendum agendumve sit. Quod si videbitis nullam adesse spem fore, ut catholici a celebrandis huiusmodi mixtis nuptiis desistant, paratos tamen esse sponsos ad conditiones omnes adimplendas, quae iisdem nuptiis praemitti debent, tunc poteritis quidem ad eas celebrandas veniam dare, utentes scilicet facultatibus, quas SSmus Dominus Vobis tribuendas esse censuit per Sacrae Congregationis nomini Christiano propagando praepositae decretum, quod heic adiungitur.

Ad benedictionem verò quod attinet huiusmodi licitis et cum Ecclesiae venia ineundis nuptiis impertiendam, optaret quidem summopere Sanctitas Sua, ut conditiones, quas Sancta Sedes praescribere solet de celebrandis scilicet illis connubiis extra Ecclesiam et absque benedictione, etiam apud Vos servari omnino possent. Quoniam vero, ut retulistis, Vestrarum Dioecesium fideles passivam, uti aiunt, assistentiam tamquam in Ecclesia Orientali non usitatam aversantur, ac Sacerdotis benedictionem tanti faciunt, ut si illa a Catholico Sacerdote negaretur, non modo id aegre ferrent, sed timendum plane foret,

fí chiar' de temutu, se nu se intorca la Preotii schismatici pentru obtienerea ei, Sanctitatea S'a spre a incungiurá rele mai mari, a aflatu de bine a se lasá totulu prudentiei Vostre, cá Insive se judecati, candu s'ar' poté si ar' trebuí se se observéze conditiunile amentite fàra periclulu unui reu mai mare, si candu s'ar' poté tolerá daten'a de a binecuventá acele casetoríe spre incungiurarea releloru si scandaleloru mai mari.

Intru ace'a nesmintitu va fí necesariu, cá credintiosii concrediuti grigei Vostre se se invetie cu sirguintia, si se se faca atenti cu totu de adinsulu la pecatulu, càrui-a s'ar' supune, déca pentru contragerea matrimonieloru mixte ar' merge la Preotulu schismaticu, cá dela elu se ièe binecuventarea casetoríei. Cà-ci seau ar' face-o ace'a, primindu binecuventarea Preotului catolicu, seau omitiendu-o ace'a, ori chiar' negandu-li-se, ar' calcá legea Basericei, prin carea se opresce asiá dîs'a impartasîre in cele sante cu ereticii si schismaticii, si amestecandu-se in riturile loru cele nelegitime, ar' fí spre scandalu altor'a si pre sine s'ar' pune in periclulu relapsului.

Déca inse din cele relatate Voae de parochi se vede, cà se tracteza de unu matrimoniu mixtu, pentru contragerea càrui-a sponsii se contrarieza a observá precautiunile prescrise de Baserica seau unele din acele, atunci déca chiar' nu se pote impiedecá casetorí'a, se scie, cà din indulgenti'a lui Gregoriu alu XVI se pote suferí, cá parochii catolici se faca promulgàrile indatenate. Scie S. Congregatiune, cà aceste vestíri cari suntu de a se premite casetoríeloru contragunde, in vechime n'au fostu usitate in Baseric'a Orientale, nice n'au fostu prescrise prin vre una lege generale. Ci de orà-ce din cele, ce ati scrisu in lucrulu acest'a Nuntiului Apostolicu din Vien'a, este constatatu, cà acele vestíri la Voi suntu in usu, si necesitatea de ale face acele legea civile, precumu sciti, o pretinde atâtu de tare, Veti trebuí se tolerati si Voi, cá Parochii se faca acele promulgàri, si se adeveresca, cà le au facutu asiá, precumu a prescrisu acuratu Summulu Pontifice in preacunoscutele Litere Apostolice càtra Prelatii Ungariei. Va fí inse forte oportunu, cá concediendu Parochului acésta iertare, de una data se-i impuneti, cá cu totu zelulu si cu tota caritatea



ne ad illam obtinendam ad schismaticos Sacerdotes confugiant, Eadem Sanctitas Sua ad maiora mala evitanda opportunum fore duxit Vestrae prudentiae esse omnino relinquendum, ut Ipsi iudicetis quando praedictae conditiones sine gravioris mali periculo possint ac debeant servari, et quando ad maiora mala et scandala propulsanda tolerari possit mos easdem nuptias benedicendi.

Interea necessarium plane erit, ut fideles curae Vestrae concrediti sedulo instruantur graviterque moneantur de peccato, quo obnoxii forent, si pro celebrandis mixtis matrimoniis Sacerdotem schismaticum adirent ab ipso nuptialem benedictionem accepturi. Sive enim hoc facerent accepta iam a catholico Parocho eiusmodi benedictione, sive illa omissa seu etiam negata, Ecclesiae legem transgrederentur, qua sic dicta communicatio in sacris cum haereticis et schismaticis prohibetur, atque illegitimis illorum ritibus sese immiscentes aliis scandalo essent, ac seipsos perversionis periculo committerent.

Quod si autem ex iis, quae a Parochis Vobis relata sunt, appareat agi de matrimonio mixto, in quo celebrando sponsi cautiones ab Ecclesia praescriptas aut aliquam eorum observare detrectant, tunc si nuptiae impediri omnino non poterunt, ex Gregorii XVI indulto compertum est pati posse, ut a Parochis catholicis consuetae proclamationes fiant. Non ignorat quidem S. Congregatio huiusmodi denuntiationes contrahendis nuptiis praemittendas in Ecclesia Orientali antiquitus minime usitatas, nec lege aliqua generali praescriptas fuisse. Sed cum ex iis, quae hac de re ad Apostolicum Nuntium Vindobonensem scripsistis, easdem proclamationes apud Vos in usu esse constet, atque illas faciendi necessitas, uti bene scitis, lege civili quam maxime urgeatur, tolerandum utique etiam a Vobis erit, ut Parochi proclamationes eo modo faciant, et a se factas esse testentur, quem Summus Pontifex in notissimis Litteris Apostolicis ad Hungariae Antistites datis accurate praescripsit. Maxime autem opportunum erit, si hanc veniam concedentes, Parocho

repetîndu si in numele Vostru admonitiunile si indemnarile salutari, se se nesuiesca de nou a abate pre sponsi dela comiterea unei fàradelegi asiá multiple.

Er' deca Catolicii nice de cumu nu se voru poté aduce acoló, cá seau se parasesca contragerea acestoru casetoríe rele, seau se asculte de preceptele legei naturali si domnedieesci, atunci prudenti'a Vostra va trebuí se judece, cà ore considerandu tote inpregiuràrile de lucruri, locuri si persone, pote-se si trebue poftita seau admisa ace'a asistentia pasiva a parochului, carea Gregoriu alu XVI de feric. amint. a dechiaratu, cà se pote tolerá pentru relele mai mari si numai pentru unu mai mare folosu alu Basericei. Intru adeveru! deca veti judecá, cà indulginti'a acelui Preaintieleptu Pontifice nice pote vindecá reulu, nice este spre binele Basericei, atunci nu veti pretinde ace'a asistentia pasiva. Ci ace'a intieleptiesce lasandu-o, nu veti poté permite seau tolerá nice dintr'o causa si nice cumu, cá Parochulu catolicu seau vre unu altu preotu se binecuvinteze acele casetoríe neiertate si de condemnatu. Má inca va fí detorint'a Vostra a admoniá cu deadinsulu pre parochi, si a pretinde strictu dela ei, cá se se abtiena nu numai dela binecuventare si dela ori-ce alta ceremonía sacra, ci si dela ori-ce fapta seau cuventu, prin care s'ar' paré, cà cohonestéza seau aproba acele casetoríe neiertate; cá nu cumu-va, precumu amu dîsu dejá mai susu, se se faca si densii vinovati in aintea lui Domnedieu si a Basericei cu una crima forte grea. Er' sponsii catolici, caror'a trebue denegata binecuventarea santa in astufeliu de impregiuràri, de cumva voru fí indrasnitu apoi a inchieiá legatur'a conjugale in aintea preotului schismaticu, nice trebue tractati mai duru, nice trebue parasiti cu totulu; ci parochii cu tota silinti'a si cu iubire incordata voru lucrá intru acoló, cá, precumu a demandatu mai susu laudatulu Pontifice Gregoriu XVI se se notifice Episcopiloru din Ungari'a, conjugele catolicu la ocasiune favorabile se se indémne a urí pecatulu facutu, si a face penitentia amesurata; si cu prudentia se se aduca la implenirea detorintieloru, cari-lu obléga forte greu; cu deosebire trebue a grigí cu scumpetate de detorinti'a; de a dá una crescere catholica toturoru fiiloru. Deca va promite-o



simul iniungatis, ut iteratis etiam Vestro nomine salutaribus monitis et hortamentis sponsos a perpetrando tam multiplici scelere omni studio omnique charitate avertere denuo conetur.

Si vero catholici nullo modo adduci poterint, ut vel a celebrandis perversis hisce nuptiis desistant, vel legis naturalis et divinae preceptis obtemperent, tunc Vestrae erit prudentiae iudicare utrum omni habita rerum, locorum et personarum ratione exigi aut admitti possit ac debeat illa passiva Parochi assistentia, quam Gregorius XVI fel. rec. ad maiora mala et ob maiorem tantum Ecclesiae utilitatem tolerari posse declaravit. Sane si sapientissimi illius Pontificis indulgentiam nec malis remedium afferre, nec in Ecclesiae bonum cedere posse iudicaveritis, illam passivam assistentiam minime urgere debebitis. Sed ea prudenti consilio praetermissa, nec ulla de causa, nec ullo modo permittere vel tolerare poteritis, ut Catholicus Parochus aut alius Sacerdos illicitis et damnandis eiusmodi nuptiis benedicat. Imo Vestri officii omnino erit admonere graviter Parochos ac stricte ab ipsis exigere, ut non solum a benedictione et a quocumque alio sacro ritu abstineant, sed ab omni etiam verbo et actu, quibus illicita illa coniugia cohonestare et approbare viderentur; ne, uti superius iam dictum est, gravissimi criminis etiam ipsi coram Deo et Ecclesia rei evaderent. Sponsi autem catholici, quibus in hisce circumstantiis deneganda est sacra benedictio, si coram schismatico Sacerdote dein coniugale foedus celebrare praesumserint, nec durius habendi, nec omnino reiiciendi aut derelinquendi sunt; sed omni conatu et sedula charitate Parochis elaborandum erit, ut quod iam praelaudatus Summus Pontifex Gregorius XVI Hungariae Episcopis significari iussit, catholicus coniux ad patratae culpae detestationem congruamque poenitentiam opportune excitetur, atque solerter adducatur ad obligationes implendas, quibus gravissime tenetur; illam praesertim de catholica universae prolis educatione impense curanda. Quae si ex voto contigant,

acést'a, si va fí evidente, cà intru adeveru s'a indreptatu, si ar' fí gat'a, pre câtu va poté, se repareze scandalulu, atunci apoi va poté fí partasiu Sacramenteloru Basericei.

Din cele espuse pàna aci dejá intielegeti, Venerabili Presuli! cu câta prudentia sî cu câta constantia trebue purcesu, unde-su de a se face casetoríe mestecate intre Catolici si schismatici. Cà-ci nu e de a se considerá numai disciplin'a basericésca, carea a potutu se se schimbe dupa conditiunea lucruriloru, locuriloru si a tempuriloru, si carea câte una data trebue si schimbata, unde asiá cere mantuirea sufleteloru si folosulu mai mare alu Basericei; ci prelânga ace'a trebue avutu in aintea ochiloru totu de-a un'a, carea este invetiatur'a neviolabile a Basericei insesi, si cari suntu preceptele legei naturali si domnedieesci; cá nu cumu-va precandu ne nesuimu a departá relele si periclele grele si secure, se provocàmu altele mai grele si se ne mestecàmu in pecate invederate.

Acumu ce privesce restulu, pucine mai suntu de adausu despre acelu capu alu instructiunei date Episcopiloru Ungariei, in care la mandatulu Pontificelui Supremu Gregoriu XVI s'a declaratu, cà casetoriele mixte inchieiate in aintea preotului acatolicu, seau fàra observarea formei Conciliului Tridentinu, trebue disimulate cu prudentia, si desi-su neiertate, totusi suntu de a se considerá de valide.

Apoi in ainte de tote chiar' nu se pote trage la indoiala, cà acésta declaratiune pontificia se estinde si la Diecesele Vostre, deorà-ce e sciutu, cà ace'a edata fiendu pentru toti Episcopii Ungariei si a Transilvaniei si tramisa toturoru, a fostu primita chiar' de Voi si de Antecesorii Vostri. Deci matrimoniele mixte contrase in aintea parochului schismaticu, de si suntu illicite si de condemnatu, voru fí a se considerá de valide, si cu atâtu mai vêrtosu, cà-ci din epistolele Vostre càtra Nuntiulu din Vien'a este evidentu, cà nu se pote afirmá cu securitate, cà decretulu Conciliului Tridentinu la Voi ar' avé valore obligatoria in fia-care parochia. Pentru-cà Vi este prea bine cunoscutu, cà acelu decretu conformu invetiaturei espuse de Benedictu XIV in Sin. Diecesanu Cartea XII Cap. V n. 6., numai in acele locuri este in vigore, in cari este adeveritu, cà



adeoque constet eum revera resipuisse paratumve esse, quoad valuerit, scandali reparationi, tunc sane poterit ipse Sacramentorum Ecclesiae particeps fieri.

Ex iis, quae hactenus exposita sunt, iam intelligitis, Venerabiles Praesules, quanta prudentia, quantaque constantia agendum sit, ubi mixtae catholicos inter et schismaticos conciliandae sunt nuptiae. Non enim solius ecclesiasticae disciplinae ratio habenda est, quae utique pro diversa rerum, locorum temporumque conditione variari potuit, atque aliquando etiam mutari debet, ubi animarum salus maiorque ipsius Ecclesiae utilitas id postulaverit; sed insuper quae sit eiusdem Ecclesiae inviolabilis doctrina, quaeque naturalis ac divinae legis praecepta prae oculis omnino habendum; ne cum mala atque pericula gravia etiam et certa propulsare intendimus, graviora provocemus manifestisque peccatis implicemur.

Nunc quod reliquum est, pauca adiungenda sunt de illo Instructionis ad Hungariae Antistites datae capite, in quo Summi Pontificis Gregorii XVI iussu declaratum est, matrimonia mixta coram Ministro acatholico, seu non servata Concilii Tridentini forma celebrata, ab Episcopis et Parochis prudenter esse dissimulanda, et quamvis illicita, pro validis habenda.

Atque in primis in dubium revocari omnino nequit, Pontificiam hanc declarationem ad Vestras quoque Dioeceses extendi, cum illam pro omnibus Hungariae et Transilvaniae Episcopis datam, omnibus pariter transmissam atque a Vobis, Vestrisve Antecessoribus acceptam fuisse constet. Matrimonia proinde mixta coram Schismatico Sacerdote contracta licet illicita sint atque damnanda, pro validis tamen habenda erunt, idque vel magis cum ex litteris, quae a Vobis ad Vindobonensem Nuntium datae fuerunt, pateat pro certo affirmari haud posse Concilii Tridentini Decretum apud Vos in singulis Parochiis vim obligandi obtinuisse. Minime enim Vos latet eiusmodi Decretum iuxta doctrinam a Benedicto XIV in Syn. Dioecesana lib. XII Cap. V n. 6 prolatam in illis tantummodo locis in vigore esse,

s'a publicatu seau dejá mai in ainte, seau cà acumu este primitu in usu, *cá decretu alu Conciliului Tridentinu,* cumu-cà casetoríele in aintea parochului si aloru doi seau trei martori se celebréza *cá si* cu indeplinirea decretului Conciliulu Tridentinu. Din care causa desi se va fí prescrisu seau de vreunu Episcopu seau de Conciliulu provincialu seau de legea civile, si se va fí observatu apoi in fia-care parochía aceasi forma, carea fù stabilita de Conciliulu Tridentinu, déca nu va fí adeveritu, cà acésta forma s'a observatu cá un'a prescrisa si impusa de amentítulu Conciliu, nu se va poté nasce din neglegerea ei unu impedimentu dirimentu de casetoría. Pentru-cà numai autoritatea suprema seau a Conciliului ecumenicu seau a Pontificelui Supremu pote prescrie una noua forma, si pote sterge poterea casetoríeloru, cari se voru contrage in contr'a acelei forme. Deci veti vedé Insî-Ve, Preastralucitiloru Prelati! cà acele legi civili, cari demandara, cá casatoríele mixte se se faca singuru in aintea Parochului catolicu, n'au potutu face, cá acele casetoríe contrase in aintea parochului schismaticu se se pota considerá de invalide, desi aru fí lipsite de resultatele civili, cari legea civile nu le dà de câtu casetoríeloru legitime.

Ce s'a dîsu mai susu despre casetoríele mixte facute in aintea preotului schismaticu, si despre vigorea decretului Conciliului Tridentinu, suntu de a se avé in aintea ochiloru si atunci, cându veti avé se judecati atâtu in forulu internu câtu si in celu esternu despre valorea aceloru casetoríe, cari s'au facutu seau de schismatici intre sine, seau in aintea altui preotu si nu a parochului Mirelui seau a Mirései, seau a vre-unui preotu delegatu pre dreptulu. Cà-ci unde se va adeverí, cà in locurile, unde s'au contrasu astu-feliu de casetoríe, Decretulu Conciliului Tridentinu nu s'a publicatu nice s'a observatu cá adusu de acestu Conciliu Ecumenicu, tote acele casetoríe, decumva nu va fí altu impedimentu dirimente, se voru socotí de valide.



in quibus *tamquam Concilii Tridentini decretum* aut publicatum, iampridem fuisse, aut iam usu receptum esse constet, ut matrimonia coram Parocho et duobus vel tribus testibus *tamquam* in executionem decreti Concilii Tridentini celebrarentur. Quare etiamsi eadem forma, quae a Concilio Tridentino stabilita est, vel ab aliquo Episcopo, vel a Concilio Provinciali, vel a lege civili praescripta et inde in parochiis singulis observata fuerit, nisi hanc formam tamquam a praefato Concilio praescriptam et iniunctam, et observatam fuisse constiterit, minime ex neglectu eiusdem formae dirimens matrimonii impedimentum exurgere poterit. Suprema enim tantummodo vel Concilii Oecumenici, vel Summi Pontificis auctoritas novam contrahendi formam praescribere, atque nuptiis contra huiusmodi formam celebrandis firmitatem adimere potest. Hinc Vosmetipsi etiam perspicietis, Amplissimi Praesules! leges illas civiles, quae matrimonia mixta coram solo Parocho catholico celebranda esse iusserunt, minime efficere potuisse, ut eiusmodi nuptiae coram schismatico Sacerdote contractae pro invalidis haberi possint, licet civilibus effectibus destitutae essent, quae a lege civili nonnisi legitimis matrimoniis tribuuntur.

Quae nuper de mixtis nuptiis coram Sacerdote schismatico celebratis, atque de Concilii Tridentini Decreti vigore dicta sunt, tunc etiam prae oculis habenda sunt, quando in foro tum interno, tum externo de valore illarum nuptiarum iudicandum Vobis erit, quae vel a schismaticis inter se, vel coram alio Sacerdote, quam Sponsi et Sponsae proprio parocho aut Sacerdote rite deputato celebratae fuerunt. Ubi enim constiterit in illis locis, in quibus eiusmodi connubia conciliata sunt, Tridentinum Decretum non tamquam a Concilio hoc Oecumenico latum, aut publicatum, aut observatum fuisse, matrimonia haec omnia, nisi aliud adfuerit dirimens impedimentum, pro validis habenda erunt.

## IV.

## La titululu VI. Capu II.

### INSTRUCTIUNE.

**Despre comunicatiunea catoliciloru cu ereticii si cu schismaticii in lucrurile divine edata pentru Misionarii orientului in anulu 1729.**

Deorà-ce Missionarii si Prelatii Orientului in ce privesce comunicatiunea Catoliciloru in cele divine cu ereticii si schismaticii adeseori si indelungatu au propusu acestei Sacre Congregatiuni casuri varie sub varie impregiuràri de folosu, de necesitate, de pericule, asupriri si inca si de persecutiuni, caror'a suntu supusi Credintiosii, si de orà-ce acésta S. Congregatiune constantu si uniformu a rescrisu: cà *nu este iertatu;* se concepuse sperarea, cà Missionarii Orientului intrú adeveru voru poté intielege de ajunsu si usioru, cà in modu *speculativu* se potu escugetá casuri, in cari ar' fí iertatu a tolerá ore-care comunicatiune in lucrurile divine, dara *practice* considerandu tote impregiurarile lucrului forte cu greu se afla casuri, in cari se fía iertata comunicatiunea ace'a, si moralminte este si imposibilu a prescrie alta regula generale acomodata la totu feliulu de omeni, la ori-ce tienutu si ori-ce tempu, de câtu ace'a, carea s'a datu de acésta S. Congregatiune in instructiunea edata la anulu 1729, la repetîtele intrebàri a Missionariloru Orientului pre bas'a acelui principiu alu doctrinei, cà comunicatiunea in cele divine cu Ereticii si Schismaticii este de a se considerá in praxa de neiertata, pentru periclulu de a se clatiná in credinti'a catolica, si pentru periclulu de a participá in ritu cu ereticii si schismaticii, si in fine pentru periclulu si ocasiunea scandalului; cari impregiuràri precumu in praxa in genere suntu impreunate cu comunicatiunea in cele divine cu hereticii si schismaticii, asiá preste totu suntu oprite prin dreptulu naturalu si domnedieescu, dela care, nu este nice una potere, carea se dispenséze, nice una coniventia, care se escuse; asiá câtu nu ar' fí remasu nice una ánsa de a formá si a propune noue dubietàti: deci in ace'a Instructiune pre largu este prescrisu: *Missionarii voru trebuí instruiti, cà trebue se se*



## IV.

## Ad Titulum VI. Cap. II.

### INSTRUCTIO.

**De communicatione in Divinis Catholicorum cum Haereticis, et Schismaticis Edita pro Missionariis Orientis Anno 1729.**

Cum saepe ac diu varii sub variis utilitatis, necessitatis, periculorum, vexationum, atque etiam persecutionis a Fidelibus subeundae circumstantiis casus huic Sacrae Congregationi propositi fuerint a Missionariis ac Praelatis Orientis quoad communicationem in divinis Catholicorum cum Haereticis, et Schismaticis; cumque ab hac S. Congregatione constanter, uniformiterque rescriptum fuerit: *non licere;* concepta spes erat, Missionarios Orientis satis ac facile intellecturos, posse quidem *speculative* casus aliquos excogitari, in quibus communicationem aliquam in divinis tolerare liceret, sed *practice* circumspectis omnibus facti circumstantiis difficilime casus inveniri, in quibus ea communicatio liceat, ac moraliter etiam impossibile esse, ut alia praescribatur regula generalis cuique hominum generi, cuique regioni, cuique tempori accommodata, quam quae iteratis a Missionariis Orientis quaesitis data est ab hac Sacra Congregatione in Instructione edita anno 1729, eo nimirum doctrinae principio nixa, quod communicatio in divinis cum Haereticis, et Schismaticis illicita regulariter habenda esset in praxi, vel ob periculum perversionis in Fide Catholica, vel ob periculum participationis in ritu Haeretico et Schismatico, vel denique ob periculum et occasionem scandali; quae quidem circumstantiae, quemadmodum regulariter communicationi in divinis cum Haereticis et Schismaticis connectuntur in praxi, ita universim vetitae sunt iure naturali ac divino, in quo nec ulla potestas est, quae dispenset; nec ulla conniventia, quae excuset; adeo ut nullus relictus locus fuerit nova dubia fingendi, ac proponendi: proinde in ea Instructione diserte praescriptum est: *Missionarii*

*retiena cu totulu dela actele protestatorie ale sectei false, dela comunicatiunea in ritulu schismaticu si ereticu, dela periclulu co-rumperei si a scandalului.*

Intru adeveru in amentit'a instructiune suntu adause aceste cuvinte: *aceste avendu-le totu de a un'a tare si nevatemate in aintea ochiloru, deca apoi va ocure vre una indoiela grea, se céra suatu dela Doctorii de Teologia si dela Missionarii, cari au amblatu tempu indelungatu in acele tienuturi.* Cari (cuvinte) unii interpretandule in contr'a intentiunei S. Congregatiuni, si-au arogatu dreptulu a definí tóte casurile, má inca si a dá in scrisu regule generali periculose in acést'a materia asiá de incurcata: din cari si aplicàrile imparechiate ale Missionariloru, consiliele desbinate si parerile necoërente totu mai tare au incurcatu cestiunea de-si de atâte-ori definita, si nu fàra daun'a consciintieloru seau scandalulu si vatemarea celoru buni; de ace'a acésta S. Congregatiune a aflatu de bine a inculcá de nou amentít'a Instructiune si a prescrie fia-càrui Missionariu, cá se se conforméze cu totulu si se asculte de regulele propuse in ace'a.

Deci fia-càrui Prelatu, Missionariu si Directoriu sufletescu se-i jaca la anima a invetiá pre credintiosi, si a-i indemná la incungiurarea acestoru pericule, cari de comunu au locu seau tote seau unele in comunicatiunea *in cele divine* cu Ereticii si cu Schismaticii Orientului, cari de-si conserva inca in partea cea mai mare substanti'a si valorea Sacramenteloru, totusi nu lasa, cá catolicii se dée semne esterne de reprobare si de separare, care aru fí se se dée; de unde se intempla, cà conformarea esterna in acel'asi cultu, si reverinti'a càtra Pseudoministrii Liturgiei, nu pote liberá de periclulu scandalului pre nice unu catolicu ori câtu ar' fí de tare in credintia, si ori câtu s'ar' infiorá de riturile eretice si schismatice, prin cari se indeplinesce cultulu loru.

Ace'a se confirma si din impregiurarea, cà abiá este la heterodoxi vre unu ritu, care se nu se maculéze de vre una erore in materi'a credintiei: pentru-cà in Basericele loru seau dedicatiunea este intru amentírea cutàrui schismaticu, pre care-lu veneréza cá pre unu Santu, seau esistu icóne, seau se onoréza



*instruendi erunt, quod omnino abstinere debent ab actibus protestativis falsae sectae, a communicatione in ritu Schismatico, et Haeretico a periculo perversionis, et ab occasione scandali.*

Addita quidem in praedicta Instructione haec verba sunt: *hisce semper firmis et salvis et prae oculis habitis, si ulterius aliquod grave dubium occurret, Doctores Theologos, et Missionarios diu versatos in illis Regionibus consulant.* Quae quidem aliqui contra mentem S. huius Congregationis interpretati ius sibi arrogarunt casus omnes definiendi, ac scriptis etiam regulas generales tradendi in hac materia adeo implexa periculosas: ex quibus et Missionariorum discissa studia, distracta consilia, et opiniones minime cohaerentes quaestionem, licet toties definitam, magis ac magis implicarunt, non sine detrimento conscientiarum, et scandalo offensioneque bonorum; quare haec S. Congregatio opportunum duxit praedictam Instructionem iterum inculcare, ac singulis Missionariis omnino praescribere, ut regulis in ea traditis sese omnino conforment, et obtemperent.

Cordi sit ergo singulis Praelatis, Missionariis, sive Directoribus animarum fideles edocere atque excitare ad haec evitanda pericula, quae regulariter aut omnia, aut aliqua subeunt in communicatione *in Divinis* cum Haereticis, et Schismaticis Orientis, qui licet adhuc substantiam ac valorem Sacramentorum plerumque conservent, non sinunt tamen, ut ea, quae debent, Catholici improbationis et segregationis signa exterius edant; ex quo fit, ut exterior illa conformatio in eodem cultu, et reverentia in Pseudoministros Liturgiae, Catholicum quemque, quamvis in fide firmissimum, et ritus Haereticos, vel Schismaticos, quibus eorum cultus inficitur, exhorrentem, periculo tamen scandali liberare non possit.

Id ex eo etiam confirmatur magis quod vix ullus sit ritus apud Heterodoxos, qui aliquo errore in materia fidei non maculetur: nam in eorum Ecclesiis, vel dedicatio est in memoriam Schismatici alicuius, quem ut Sanctum venerantur, vel extant imagines, vel coluntur reliquiae, vel festa celebrantur eorum,

reliquiele, seau se tienu serbatorile acelor'a, cari morindu in schisma trecu de sânti in aintea poporului de diosu, seau in fine se face amintírea Patriarchiloru si Episcopiloru Schismatici si Eretici, cari fiendu in viatia, se lauda cá *Predicatori a Credintiei Catolice.* Din care causa ori-cari catolici, cari convinu la ace'a celebrare de ritu si rogatiune si cultu, in asemenea impregiuràri nu potu fí curati de pecatulu comunicatiunei perverse seau celu pucinu de pecatulu scandalului periculosu. Nice nu-i escusa pretextulu asistentiei curatu pasive, cà-ci din insusi faptulu se vede, cà cine ieá parte la aceste functiuni ale Ereticiloru seau Schismaticiloru, convine cu densii in unitatea rogatiunei, in unitatea cultului, in unitatea veneratiunei si a ascultarei de ministrii cei stricati ai eresului si schismei.

Acést'a se vede si din ace'a, cà Orientalii insisi in tote dîlele vedu cu ochii, audu cu urechile si marturisescu, cà nice unu sectariu intaritu in schisma nu se apropia, nu ieá parte si nu convine in Basericele Catoliciloru, nice cá se asculte mis'a, nice cá se priméscа Sacramintele, din caus'a, cà ei hulescu adunàrile credintiosiloru cá nescari adunàri de intrunire perversa, si considera acést'a de comunicatiune periculosa si neiertata si de unu ritu condemnabilu. Ér candu vedu, cà Catolicii intra in Basericele loru, participa la riturile loru si la Sacramintele loru, ore nu va fí de crediutu seau celu pucinu de temutu, cà prin acést'a se voru intarí si mai tare in erorile sale, si se voru convinge si din esemplulu acest'a, cà ei ambla pre calea cea adeverata a mantuirei? Din care urmeza, cà forte cu greu se pote incungiurá periclulu scandalului pernitiosu chiar' si schismaticiloru si ereticiloru: si cà de ace'a catoliculu nu e securu in conscientia, déca comunica cu ei in cele divine intru ast'a specie de lucru.

Astufeliu de invetiature trebue date Credintiosiloru, de ace'a S. Congregatiune impune seriosu toturoru Prelatiloru, Missionariloru, si fia-càrui Directoru sufletescu in Oriente, cá toti se-o dîca acést'a unanimu, si se fia toti de unu cugetu si de unu intielesu, nice se invetie contrariulu nice cu suatulu nice prin modulu dispensarei: ci mai vertosu se indemne pre credintiosi dupa starea lucrului, cá se se retiena cu totulu a



qui in schismate mortui veluti sancti vulgo habentur, vel denique commemoratio fit viventium Patriarcharum, et Episcoporum Schismaticorum, et Haereticorum, qui ut *Fidei Catholicae Praedicatores* commendantur. Qua de re, qui in ea ritus et orationis, et cultus celebratione conveniunt in his facti circumstantiis Catholici quique, reatu perversae communicationis, aut saltem perniciosi scandali purgari non possunt. Nec eos excusat assistentiae mere materialis praetextus; facto enim ipso excluditur, quo qui functionibus hisce Haereticorum, aut Schismaticorum intersunt, satis cum ipsis convenire in unitate orationis, in unitate cultus, in unitate venerationis, et obsequii erga perversos ministros haereseos, schismatisque praeseferunt.

Patescit id etiam ex eo, quod Orientales ipsi quotidie oculis vident auribus audiunt, ore confitentur, nullum nempe sectarium obfirmatum in schismate accedere, interesse, convenire in Ecclesiis Catholicorum sive ut Missam audiat, sive ut Sacramenta suscipiat, ea nimirum de causa, quod Fidelium conventus veluti perversae communionis blasphemantes, perniciosum, et illicitum putent commercium hoc, ritumque damnabilem. Cum vero videant ad eorum Ecclesias accedere, eorum ritibus interesse, de eorum Sacramentis participare Catholicos, an non credendum, aut saltem timendum erit, ne ex hoc ipso magis in suis erroribus confirmentur, ac se in recto salutis tramite ambulare sibi etiam hoc exemplo persuadeant? Ex quo sequitur difficilime vitari posse periculum scandali perniciosi Schismaticis, et Haereticis ipsis: ac proinde Catholicum tutum in conscientia non esse, si cum iis in divinis in hac facti specie communicet.

Haec sane Fidelibus documenta tradenda sunt, atque ideo haec S. Congregatio Praelatis, Missionariis et singulis animarum Directoribus in Oriente serio iniungit, ut unanimes hoc ipsum dicant omnes, et in eodem sensu ac sententia maneant, nec contrarium doceant, aut per modum consilii, aut per modum dispensationis: sed magis hortentur Fideles pro re nata, ut a

comunicá *in cele divine* cu Schismaticii si cu Ereticii; ér' decumu-va se voru fí abatutu vre una data dela ace'a regula, se-i indemne si invetie, cá pecatulu acel'a se-lu descopere in Sacramentulu penitentiei, cá se castige iertare dela Domnedieu, si in venitoriu se devina mai cauti.

In ascultarea marturisíriloru Missionarii si Directorii se esamineze cu diligentia impregiuràrile casului, cari facu culp'a penitentiloru mai multu seau mai pucinu grea, si se li puna in vedere, totu de a un'a bagandu séma, cá in lucrulu acest'a se nu li faca conscientia laxa, ci prin invetiature si admonitiuni intogmite mai vertosu se-o faca mai timida si mai cauta, cá nu cumu-va comunicandu *in cele divine* cu Schismaticii si cu Ereticii, se-si puna sufletulu in periclulu mantuírei.

De comunu aducu in ainte caus'a persecutiunei, carea Catolicii o suferu dela Eretici si Schismatici, candu se retienu dela basericele si functiunile loru. Inse se grigesca Missionarii si Directorii, cá se scia unulu fia-care, cà e desierta fric'a, deorà-ce inca e chiar' necesariu a nu cedá persecutiunei, cu atâtu mai vertosu, cà-ci ins'a si persecutiunea este egale cu intrebarea despre credintia: si ace'a inca se o arete atâtu prin esemplele atâtoru Catolici bravi si forte tari in credintia, cari nu cadu sub astu-feliu de asupríri, câtu si prin principiulu invetiaturei mai susu amintite primitu chiar' si de Baseric'a Orientale, câtu si in fine prin demnitatea numelui de catolicu, carea nu sufere, cá ei se se demita si se se supuna inimiciloru sufleteloru si a credentiei, si a uniunei, pre carea o marturisescu cu Baseric'a Romana; má inca se ièe aminte, cà acestu modu de a asuprí pre Credintiosi nu are altu scopu, decâtu cá acesti-a se-i socotésca pre Heterodoxi de ministrii adeverateloru ceremoníe, a adeveratei credintie si a adeveratei Baserice, si cá asiá usioru se-i faca pre catolici chiar' prin acea fapta seau prevaricatori in credintia, seau celu pucinu aprobatori ai eroriloru; desi dîcu in continúu, cà ei poftescu comunicatiunea loru numai pentru conservarea ritului si a elemosineloru. Déca tote aceste voru fí intiparite in mintea credintiosiloru cu seriositate, cu zelu si prin admonitiuni repetîte, se pote sperá, cà si densii de sine voru devení mai promti si



communicatione *in divinis* cum Schismaticis, et Haereticis prorsus abstineant, et si quando ab ea regula deviarint, eos hortentur, ac doceant, ut peccatum hoc aperiant in Sacramento Poenitentiae, quo veniam a Deo obtineant, et in posterum cautiores evadant.

In excipiendis vero confessionibus Missionarii, sive Directores circumstantias casus, quae magis, vel minus gravem poenitentium culpam efficiunt, diligenter examinent, eorumque oculis subiiciant; in id semper intenti, nequid laxam hac in re eorum conscientiam efficiant, sed opportunis documentis, et monitis timidiorem potius et cautiorem, ne communicando *in divinis* cum Schismaticis, et Haereticis, animam in salutis discrimen adducant.

Consuetum quidem est causam persecutionis afferre, quam a Schismaticis, et Haereticis subeunt Catholici, qui ab eorum Ecclesiis, ac functionibus abstinent. At curent Missionarii ac Directores, ut quique cognoscant vanum plerumque metum esse, imo vero etiam necessarium omnino esse persecutioni non cedere, eo vel quia persecutio ipsa aequivalet interrogationi Fidei: atque id etiam ostendant tum exemplis tot fortissimorum, ac firmissimorum in fide Catholicorum, qui huiusmodi vexationibus minime succumbunt, tum antedictae doctrinae principio ab ipsa etiam Ecclesia Orientali suscepto, tum denique Catholici nominis dignitate, quae minime patitur ut ipsi inimicis animarum, et Fidei et unionis, quam profitentur cum Romana Ecclesia, sese subiiciant ac demittant; quin etiam attendant non alio spectare artem hanc vexandi Fideles, quam ut ab iis agnoscantur Heterodoxi veluti verorum rituum, verae fidei, verae Ecclesiae ministri, atque ita facile Catholicos, aut a fide praevaricatores, aut saltem errorum approbatores facto ipso efficiant; licet dictitent semper se eorum communionem exigere tantum pro conservatione ritus, et eleemosynarum. Quae quidem omnia si serio ac graviter, et iteratis monitis impressa Fidelium mentibus fuerint, sperandum sane est ex se ipsis promptiores,

mai bucurosi a suferí in tote dîlele nedreptatîrile, si cà voru fí mai tari si mai constanti in unirea si comuniunea cu Baseric'a unica adeverata, carea o marturisescu.

S. Congregatiune e deplinu convinsa, cà toti si unulu fia-care Prelatu si Directoru sufletescu in Oriente si mai vertosu Missionarii voru tiené acésta Instructiune cá una norma in praxa, lasandu ori-ce dispute in acestu lucru: si cà nu voru urmá altu ceva in fapta, departându tote imparechiarile. Ér' deca preste asteptare s'ar' intemplá altu-cumu, se scia toti, cari se lauda cu numele de Catolicu, cà acést'a S. Congregatiune in contr'a transgresoriloru va aplicá midiloce mai poternice, si pre aceia i va socotí de neapti de conducerea sufleteloru si de Missiuni in Oriente.

*V. Card. Petra Prefectu.*

Joi in X Maiu MDCCLIII.

## IN CONGREGATIUNEA GENERALE A SANTEI INQUISITIUNI ROMANE SI UNIVERSALI

### A SANTULUI OFICIU

**Asupr'a indoieleloru propuse de cutare Missionariu a cetatei Tenos in Peloponesu, si strapuse la S. Oficiu dela Sacr'a Congregatiune de Propaganda fide prin R. D. P. Secretariu alu aceleia in dîu'a de 24. Martiu a aceluiasi anu: Preasantulu Parinte ascultandu voturile Eminentissimiloru a decisu:**

Anume la prim'a: *Au iertatu este Catoliciloru Latini a concede seau a permite, cá in basericele loru se celebréze Mis'a preotii de ritulu grecescu, Schismatici si eretici, si pre acestia a-i admite la ceremoniele funebrali a Catoliciloru defuncti.* Relativu la partea prima a numitei indoieli e de a se respunde, cà *Nu este iertatu;* mai alesu pentru-cà amintescu pre Patriarchulu Constantinopolitanu, si tienu serbatorea infamului Palamas. Cà-ci ace'a atât'a insemnéza, câtu a consemtî cu riturile loru eretice, si a comunicá cu ei in cele sante ale loru infectate de terîti'a schismatica si eretica; seau incái a dá ocasiune Catoliciloru de a comunicá in cele sante cu ereticii, cari intrevinu



et alacriores in dies ferendis iniuriis factos, firmiores quoque ac constantiores futuros in unione, et communione verae unius Ecclesiae, quam profitentur.

Facile sibi persuadet haec S. Congregatio omnes, et singulos Praelatos, et Directores animarum in Oriente, maxime vero Missionarios Instructionem hanc veluti normam in praxi servandam habituros, disputationibus hac de re prorsus omissis: nec aliud sive in agendo, semotis dissidiis, secuturos. Quod si praeter spem aliter acciderit, noverint omnes, qui Catholico nomine gloriantur, S. hanc Congregationem contra transgressores validiora remedia paraturam; eosque ut minime idoneos directioni animarum, et Missionibus Orientis habituram.

*V. Card. Petra Prefetto.*

Feria V. die X. Maii MDCCLIII.

## IN CONGREGATIONE GENERALI SANCTAE ROMANAE ET UNIVERSALIS INQUISITIONIS

### SANCTI OFFICII

**Super Dubiis propositis a quodam Missionario Civitatis Tenos in Pelopponeso, et a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad S. Officium transmissis per eius R. P. D. Secretarium die 24. Martii eiusdem Anni: Sanctissimus auditis Votis Eminentissimorum decrevit:**

Ad primum nempe: *An liceat Catholicis Latinis concedere, permittere, ut in eorum Ecclesiis Missam celebrent Presbyteri Graecii ritus, Schismatici, et Haeretici, atque hos admittere in funeribus Catholicorum defunctorum:* Quoad primam partem dicti dubii respondendum: *Non licere;* maxime cum Patriarchae Constantinopolitani commemorationem faciant, et festum celebrent infamis Palamas. Id enim perinde est ac consentire eorum haereticis ritibus, et communicare cum eis in eorum sacris schismatico et haeretico furfure pollutis; aut saltem occasionem praebere Catholicis ad Latinas intervenientibus Ecclesias com-

la Basericele latine, ori celu pucinu de a se scandalisá. Ér' relativu la a dou'a parte a aceleiasi in câtu Schismaticii, cari insociescu funeralele catoliciloru, presteza numai *presenti'a curatu materiale* din onore civile càtra cei morti, neamestecandu-se in rogatiunile si riturile catolice, prin cari e daten'a de a inaltiá pomp'a mortului si de a-i petrece pre morti la mormentu, *se pote tolerá;* ér' in câtu ar' aplicá *ceremoníele loru proprie* in acele functiuni, seau s'ar' amestecá intr' ale nostre, *nu e iertatu, si nice este de a se permite.*

La a dou'a anume: *Au iertatu e Catoliciloru de ritulu grecescu, cari n'au baserica de acel'asi ritu, se comunice in cele divine cu Grecii Schismatici si cu Ereticii. Nu-i iertatu:* pentru-cà in casulu propusu potu merge la Baseric'a Catolica a Latiniloru, si in lips'a preotului catolicu de ritulu grecescu, se primesca Sacramintele dela preotii Latini.

La a trei'a anume: *Au iertatu este confesariloru, seau preotiloru latini a administrá sacramentulu Penitentiei Greciloru Catolici, cari comunica in cele Sante cu Grecii schismatici:* Nu este iertatu afara de casulu necesitatei extreme.

Dar' pentru una mai acurata Instructiune a aceluia-si Missionariu si a altoru Missionari'a demandatu se se transcrie ce'a ce Preasantulu a invetiatu in acésta materia in Tractatulu seu de Sinod. Diecesanu *cartea 3. cap. 5 acoló.* „Si cu tote „acestea, ace'a este miser'a stare a tempului nostru, in câtu „in multe provincie, unde domnescu eresíele, seau graséza „libere, Catolicii suntu supusi durei necesitàti de a conversá „cu ereticii, si de a tractá cu ei familiaru. Dar' desi dupa „disciplin'a presente introdusa de Martinu V. in renumit'a „Extravagauteloru, *Ad evitanda,* despre carea câte-va mai in „diosu, este iertatu Catoliciloru a conversá liberu cu ereticii „si a comunicá cu ei in lucrurile curatu profane si civile, „numai se nu fía denunciati espresu si cu numele; pentru „ace'a totusi Catolicii nu trebue se cugete, cà li este iertatu „a avé comerciu cu acei eretici si in lucrurile Sante si divine. „Fiindu-cà Paulu alu V. dupa una matura discusiune in lucru „a definitu, cà nu este iertatu Catoliciloru din regnulu Angliei „a merge la basericele ereticiloru si a fí de facia la ceremoníele,



municandi cum Haereticis in divinis rebus, aut ad minus scandalum concipiendi. Quo vero ad secundam partem eiusdem dubii quatenus Schismatici comitantes funera Catholicorum *meram praesentiam materialem* exhibeant causa honoris civilis erga defunctos, non se immiscentes precibus, ac ritibus Catholicis, quibus mos est funera efferre, et defunctos ad sepulchrum deducere, *tolerari posse;* quatenus vero in illa functione *proprios ritus adhibeant,* vel nostris se immisceant, *non licere nec esse permittendum.*

Ad secundum nempe: *An liceat Catholicis Graeci ritus non habentibus Catholicam Ecclesiam eiusdem ritus communicare in Divinis cum Graecis schismaticis, et haereticis. Non licere:* quia in casu proposito confugere possunt ad Ecclesiam Catholicam Latinorum, et in defectu Sacerdotis Catholici ritus graeci a Sacerdotibus Latinis Sacramenta suscipere.

Ad tertium nempe: *An liceat Confessariis, vel Sacerdotibus Latinis administrare Sacramentum Poenitentiae Graecis Catholicis communicantibus in Divinis cum Graecis schismaticis:* Non licere extra casum extremae necessitatis.

Pro maiori vero Instructione eiusdem Missionarii, aliorumque Missionariorum transcribi mandavit id quod Sanctissimus ad materiam docuit in eius Tractatu de Synodo Dioecesana *lib. 3. cap. 5. ibi.* „Et nihilominus ea est misera nostrorum „temporum conditio, ut multis in provinciis, in quibus haereses „aut dominantur, aut grassantur impune, duram Catholici „subeant necessitatem cum haereticis conversandi, et familia- „riter agendi. Verum quamvis iuxta praesentem disciplinam „inductam a Martino V. in celebri Extravagantium, *Ad evitanda,* „de qua nonnulla inferius, liceat Catholicis cum haereticis, modo „non sint expresse et nominatim denunciati, libere conversari, „et cum iisdem communicare in rebus mere prophanis, et ci- „vilibus; non idcirco tamen arbitrari debent Catholici, fas „quoque sibi esse cum iisdem haereticis consortium habere „etiam in rebus Sacris, et Divinis. Siquidem Paulus V. post „maturam rei discussionem, neutiquam licere definivit Catho- „licis Regni Angliae haereticorum Templa adire, ritibusque in-

„cari se facu acoló, precumu se pote cetí in celea doue Decrete „edate de acel'asi Pontifice, unulu adeca din anulu 1606, „celu-alaltu din an. 1607, carì se citeza de càtra Cardinalulu „Lauraea *in 3. Sententiar. part. 2. tom. 3. disput. 11. artic. 9. „§ 4. num. 292.* Scimu cà nu lipsescu Teologi, cari absolva „de ori-ce vina pre catolicii, cari comunica in cele divine cu „Ereticii si Schismaticii ne denunciati cu numele, si primescu „si Sacramintele dela ei; numai se concurga aceste impre-„giuràri de lucruri: anume mai antâiu cá pre Catolici se-i „aduca la amintit'a comunicatiune una causa forte momentosa „si urgente. A dou'a: cá Ereticii seau Schismaticii, dela cari „primescu Sacramintele, se fía ordinati in modu validu si se „administreze Santele dupa ritulu catolicu fàra nice una ame-„stecare a ritului condamnatu. A trei'a: cá comunicatiunea cu „ei in cele divine se nu fía una protestare esterna a dogmei „false, cumu erá intrarea in basericele protestantiloru, candu „Paulu V. a oprit'o ace'a Catoliciloru din Angli'a, fiendu-cà „edictele regelui demandaseru, cá toti se merga la basericele „ereticiloru, cá prin ace'a se marturisesca, cà ei consemtiescu „cu protestantii. A patr'a si in fine: cá comunicatiunea Ca-„toliciloru in cele sante cu ereticii nemenui se nu-i causéze „scandalu. Dar' mai in ainte de tote opiniunea supraamentíta „a Teologiloru si are contrarii sei, si nu se admite de toti cá „secura in praxe; apoi si admitiendu-o, deora-ce tote impre-„giurarile enumerate trebue se fía de una data si impreúna, „cá insocirea Catoliciloru cu Eterodoxii in lucrurile sante se „fía libera de ori-ce culpa, precumu invetia Silvius *in tertia „parte Sancti Thomae tom. 4. quaest. 24. art. 6. quaest. 3. concl. 3.* „Cardinalulu de Lugo *de Fide disput. 22. sect. 1. num. 11.* Thomas „a Iesu in Tractatulu *de omnium gentium salute procuranda lib. 8. „part. 2. § 4. vers.* Ci dificultatea mai mare e pre pag. 556. Car-„dinalulu Albitius *de inconstantia in Fide cap. 18. num. 30 et „seqq.* Cardinalulu Gottu *in 2. 2. Sancti Thomae quaest. 4. dub. „6. § 3. num. 2.,* et *quaest. 3. de Infidelibus comparate ad „Fideles dub. 3. § 2.* De ace'a e mai imposibilu, se ocure ne-„cesitatea de a poté escusá dela fàradelege pre Catolicii, „cari se amesteca in cele sante cu ereticii si cu schismaticii. „Din care causa sacrele Congregatiuni din Urbe, adeca: a



„teresse, quos inibi exercent, uti legere est in duobus Decretis „ab eodem Pontifice editis, uno scilicet anni 1606., altero anni „1607., quae referuntur a Cardinali Lauraea *in 3. Sententiar. „part. 2. tom. 3. disput. 11. artic. 9. § 4. num. 292.* Haud „equidem ignoramus, non deesse Theologos ab omni culpa absol-„ventes Catholicos, qui cum Haereticis et Schismaticis nomi-„natim non denunciatis communicant in Divinis, atque etiam „Sacramenta ab iisdem recipiunt; dummodo haec simul con-„currant rerum circumstantiae: primo scilicet, ut ad praedi-„ctam communicationem Catholicos adigat gravissima, et ur-„gentissima causa. Secundo ut Haeretici, aut Schismatici, a „quibus Sacramenta exposcunt, sint valide ordinati, et Sacra „administrent ritu Catholico absque ulla admixtione ritus „damnati. Tertio ut communicatio cum iisdem in Divinis non „sit externa protestatio falsi dogmatis, qualis erat ingressus in „Protestantium Ecclesias, cum Catholicis Angliae illum inhibuit „Paulus V., ideo quippe Regis Edicta omnes adire iusserant „Haereticorum templa, ut tali pacto se cum Protestantibus „sentire faterentur. Quarto demum, ut Catholicorum cum Hae-„reticis communicatio in Divinis nulli scandalum ingerat. Verum „in primis praedicta Theologorum sententia suos habet adver-„sarios, neque ab omnibus admittitur tamquam in praxi secura; „deinde ea etiam admissa, cum omnes enumeratae circum-„stantiae simul, et coniunctim adesse debeant, ut Catholicorum „cum Heterodoxis in rebus sacris societas omni vacet culpa, „quemadmodum docent Silvius *in tertia parte Sancti Thomae „tom. 4. quaest. 24. art. 6. quaest. 3. concl. 3.* Cardinalis de „Lugo de Fide *disput. 22. sect. 1. num. 11.* Thomas a Iesu „*Tractatu de omnium Gentium salute procuranda, lib 8. part. „2. § 4. vers.* Sed maior est difficultas *pag. 556.* Cardinalis „Albitius *de inconstantia in Fide cap. 18. num. 30. et seqq.* „Cardinalis Gottus *in 2. 2. Sancti Thome quaest. 4. dub. 6. „§ 3. num. 2., et quaest. 3. de Infidelibus comparate ad Fideles „dub. 3. § 2.* Idcirco fere impossibile est usu venire, ut a „flagitio excusari valeant Catholici sese in rebus sacris cum „haereticis et schismaticis admiscentes. Quamobrem Sacrae „Urbis Congregationes, Sancti Officii videlicet, et de Propa-

„Santului Oficiu, si cea de Propaganda Fide *totu de un'a au „socotitu de neiertata comuniunea,* de care e vorb'a, si au ela-„boratu erudit'a Instructiune, fiindu *Noi* atunci intre minori „dandu-ni si noi silinti'a ori cumu va fi fostu, cá ace'a se se „tramita Missionariloru, cându va fi de lipsa, unde se areta „causele, pentru cari abiá se pote intemplá veru una data, cá „in praxe se pota fi nevinovata comunicatiunea Catoliciloru cu „ereticii in cele divine.

*Pentru D. Eusebiu Antoniu Calabrino Notariu*
*alu S. Inquisitiuni Romane si Universali*

Petru Paulutiu Notariu subst".

## V.
## La Titululu VI. Capu XI.

*Instructiunea S. Congregatiuni de Prapaganda Fide càtra R. P. D. Episcopu Rosenu despre ingroparea Catoliciloru in cemeteriele protestantiloru.*

R. P. D. Carolu Poirier Episcopulu Rosenu referindu in relatiunea-i despre starea diecesei sale, cà in Parochí'a S. Cruci din Dieces'a s'a Catolicii n'au cemeteriulu loru propriu, si de ace'a corpurile credintiosiloru morti se ingropa in cemeteriulu Luteraniloru; din care causa totu de a un'a trebue se dè una insemnata suma de bani ministrului protestantu; S. Congregatiune de Propaganda Fide in script'a-i de 16 Aprile 1862 a datu R. P. D. urmatorea Instructiune in lucrulu acest'a; adeca: I. Se puna tota nesuinti'a intr'ace'a, se aiba Catolicii unu cemeteriu propriu separatu de alu acatoliciloru. II. Déca inse impregiu-ràrile nu ar' concede, si catolicii ar fi siliti a ingropá corpurile credintiosiloru repausati in cemeteriulu protestantiloru, se gri-gésca celu pucinu, cá in acel'a se se statorésca unu locu desclinitu si separatu pentru inmormentarea catoliciloru. III. In fine déca nice ace'a nu s'ar' poté dobândí, precumu nu s'a potutu cascigá pàna acumu, de câteori ar' inmormentá vre unu catolicu, mai antâiu se se curetie prin binecuventare loculu, in care se inmormentéza.



„ganda Fide, *illicitam semper reputarunt communionem,* de qua „est sermo, doctamque concinnarunt Instructionem, *nobis* in mi-„noribus tunc degentibus, qualemcumque nostram operam na-„vantibus, ad Missionarios, cum opus fuerit, transmittendam, „ubi rationes expenduntur, propter quas vix unquam accidere „potest, ut in praxi sit innoxia Catholicorum cum haereticis „communicatio in Divinis.

*Pro D. Eusebio Antonio Calabrino S. Romanae*
*et Universalis Inquissitionis Notario*

Petrus Paulutius Notarius Substit".

## V.
## Ad Titulum VI. Cap. XI.

*Instructio S. Congregationis de Propaganda Fide ad R. P. D. Episcopum Rosensem super sepultura Catholicorum in coemeteriis Protestantium.*

Cum R. P. D. Carolus Poirier Episcopus Rosensis in relatione status suae Dioeceseos retulisset, in Paroecia S. Crucis suae Dioeceseos non extare coemeterium catholicis proprium, ac propterea defunctorum fidelium corpora inhumari in coemeterio Lutheranorum; quam ob insuper causam qualibet vice haud levis pecuniae vis protestanti ministro erogari oporteret; S. Congregatio de Propaganda Fide litteris diei 16 Aprilis 1862 sequentem hac super re Instructionem eidem R. P. Dno dedit; nimirum: I. Studium omne in id conferret, ut Catholici proprium coemeterium et a coemeterio acatholicorum separatum haberent. II. Quod si rerum adjuncta id minime sinerent, catholicique adigerentur corpora fidelium defunctorum in coemeterio protestantium sepulturae dare, curaret saltem, ut in eodem distinctus ac separatus constitueretur locus pro catholicorum sepultura. III. Demum si nec impetrari id posset, prout etiam quoadusque id assequi datum non fuerit, quoties catholicum humari contingeret, benedictione prius lustrari deberet locus, quo sepulturae traditur.

## VI.

## La Titlulu VII. Cap. IV. V.

*Instructiunea Sacrei Congregatiuni de Propaganda Fide, tramisa Archiepiscopului Provinciei basericesci de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu, emanata la 28 Juniu in anulu 1858.*

**Despre conteninti'a Clericiloru.**

Ti este cunoscutu Illustritatei Tale, câtu de multu a staruitu Scaunulu Apostolicu, cá credintiosii de ori-ce ritu si disciplina, cá membrii aceluiasi corpu misticu se perseveréze neclatiti in unitatea spiritului, fiendu uniti aci pre pamentu sub unu capu amesuratu institutiunei divine; si cá si aceia, cari se-au desbinatu de unitatea catolica, abatenduse dela adeveru, se se intorca odata in sinulu Basericei; si in urma cá pretotindenea se infloresca unitatea credintii si santitatea disciplinei.

Deci dupa-ce credinti'a propusa prin magisteriulu infalibile alu Basericei nu se razima pre ratiuni omenesci, ci pre cuvintele divine si pre auctoritatea lui Domnedieu, Carele o a revelatu, trebue se fia un'a si aceasi la toti aceia, cari dorescu se forméze corpulu lui Christosu, si se viéze in staululu Aceluia, ér' disciplin'a basericésca, desi dupa varietatea impregiuràriloru si a tempuriloru, seau din caus'a traditiunei si datenei diverse a verunei baserice mai insemnate, nu respinge varietatea esterna, totusi este forte necesariu, cá ace'a se nu cuprinda nemicu, ce nu ar' corespunde la santitatea aceleiasi credintie, nemicu, ce ar' fí opusu doctrinei moravuriloru seau onestàtii basericesci.

Cu câta intieleptiune, si cu câta ingrigire pastorale au facut'o acést'a, mai alesu cu privire la orientali, Pontificii Romani, carora li este incredintiata grigi'a de tote basericile din partea lui Domnedieu, ni arata lamuritu monumintele istoriei basericesci, si Benedictu alu XIV-lea neuitatulu Pontifice in Enciclic'a renumita — *Allatae sunt* [1]) — ni pune in aintea ochiloru totu, ce a dîsu si a facutu Scaunulu Apostolicu in-



## VI.

## Ad Titulum VII. Cap. IV. V.

*Instructio transmissa a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad Archiepiscopum Provinciae Ecclesiasticae Fogarasiensis et Alba-Iuliensis, et die 28 Iunii anno 1858 emanata.*

**De Continentia Clericorum.**

Non latet Amplitudinem Tuam, quantum Apostolica Sedes elaboraverit, ut fideles cuiuscumque ritus ac disciplinae, veluti membra eiusdem mystici corporis sub uno in terris capite divina institutione coniuncta, in unitate spiritus inviolate perstarent; atque ut etiam illi, qui a veritate declinantes, ab unitate catholica discesserant, tandem aliquando ad Ecclesiae sinum redirent; denique ut unitas fidei ac sanctitas disciplinae ubique terrarum floreret.

Etenim cum fides per infallibile Ecclesiae magisterium proposita, non humanis rationibus, sed divinis prorsus oraculis Deique revelantis auctoritate innitatur, unica omnino eademque apud omnes esse debet, qui Christi Corpus constituere et in unico eius ovili vivere exoptant: ecclesiastica vero disciplina, quamvis pro rerum ac temporum varietate, sive pro diversa illustrioris alicuius Ecclesiae traditione ac consuetudine, externam veluti varietatem non respuat, tamen necesse omnino est, ut nil contineat, quod non eiusdem fidei sanctitati respondeat, nihil quod morum doctrinae vel ecclesiasticae honestati adversetur.

Quo autem consilio, qua pastorali sollicitudine id praestiterint, praesertim quoad orientales, Romani Pontifices, quibus divinitus commissa est cura omnium ecclesiarum, historiae ecclesiasticae monumenta luculenter ostendunt, et Benedictus XIV, immortalis memoriae Pontifex in percelebri Encyclica — *Allatae sunt* [1]) — ob oculos evidenter ponit, quae dixerit quaeve con-

---

[1]) Encyclic. 26 Iulii 1755.

cependu dela Nicolau antâiulu Santulu Pontifice pàna pre tempulu seu, pentru-cá se-i intorca pre orientali la unitatea credintii si la puritatea antica a disciplinei, si se-i intarésca in ace'a.

In care obiectu se-a tientitu din tote poterile la ace'a, cá stergênduse erorile, ce le-a semenatu inimiculu pre tempulu desbinarei, dar' ritulu orientale, incâtu nu se opune credintii catolice, si nu e periculosu pentru suflete, seau nu deroga onestàtii basericesci, se remana neviolatu si neschimbatu [1]).

Ce'a ce a facutu cu tota anim'a si Santitatea S'a D. N. Pontificele Piu alu IX emulatoriulu zelosu alu predecesoriloru sei; pentru-cà abiá se suí pre catedr'a S. Petru Capulu Apostoliloru, si numai decâtu i-a provocatu pre orientali prin epistolele sale pline de iubire [2]) la unirea multu dorita, facunduli celoru uniti mai multe favoruri, ne poftindu altu ceva, decâtu stirpirea eroriloru, er' ritulu orientale se remana nevatematu, precumu si disciplin'a, carea au tienut'o si au avut'o orientalii mai in ainte de desbinare, si carea se razima pre liturgiele vechie si venerande ale acelora si pre rituale, ace'a se se pastréza cu scumpetate.

Cà-ci nu cu alta intentiune a instituitu Pontificele amintitu Provinci'a noua basericesca numita de Alb'a Juli'a. Carele espresu a demandatu, cá form'a si administrarea se fia dupa ritulu si disciplin'a Basericei orientali; cá prin esemplulu acest'a si cei desbinati se se indemne cu ajutoriulu lui Domnedieu la unire, si se se intorca in sinulu unitatei catolice. Daru dupa-ce disciplin'a acestei Provincie se-a parutu cu privire la unele a nu fí destulu de acomodata dupa esemplulu Basericei grecesci, pentru ace'a Santitatea S'a a doritu, cá Episcopii Provinciei amintite impreuna cu Tine intielegênduse se referiti despre tote acestea deducandu-le prelucrate cu temeiu, pentru-cá de aci dupa ace'a cumpaninduse lucrurile bine se se pota face dispusetiunile de lipsa la tempulu seu.

Ce primindu I. Ta cu una solicitudine laudabila ai implinitu prin epistol'a din 30 Novembre 1856 si prin hàrtíele

[1]) Encycl. ut supra. — [2]) Lit. Apost. ad Orientales 6 Iannar. 1848.



stanter egerit Apostolica Sedes a Nicolao primo Sanctissimo Pontifice ad sua usque tempora, ut orientales ab unitatem fidei ac pristinam disciplinae puritatem reduceret atque in ea firmissime solidaret.

Qua in re omnis plane cura in eo collata fuit, ut detersis erroribus, quos, durante schismate, inimicus homo clanculo superseminaverat, de cetero ritus orientalis qua in parte nec fidei catholicae adversatur, nec periculum generat animarum, aut ecclesiasticae derogat honestati, inviolatus firmusque maneret [1]).

Quod libentissimo prorsus animo praestitit etiam SS. D. N. Pius Papa IX decessorum suorum eximius aemulator; vix enim S. Petri Apostolorum Principis cathedram conscendit, orientales omnes ad peroptatam concordiam amantissimis plane litteris [2]) excitare, iamque unitos favoribus augere non destitit, id unum requirens, ut errores omnimodi evellerentur, sed ritus orientalis maneret inviolatus, quemadmodum et disciplina, quam ante schisma orientales servabant et profitebantur, quaeque venerandis ipsorum antiquis liturgiis ac ritualibus innititur, religiose custodiretur.

Equidem non alio consilio novam ecclesiasticam Provinciam, ab Alba-Iulia dictam, praelaudatus Pontifex instituit, quippe qui explicate mandavit, ut forma atque administratio ad ritum et disciplinam Orientalis Ecclesiae exigeretur; ut insuper vel tali exemplo etiam dissidentes allecti ac unitatis studio, aspirante Deo, excitati, facilius in gremium catholicae unitatis se reciperent. Quoniam vero disciplina istius Provinciae non satis apte in aliquibus ad exemplum Orientalis Ecclesiae composita videbatur, ideo Sanctitas Sua voluit, ut Episcopi memoratae Provinciae una Tecum, collatis consiliis, relationem de his omnibus, appositis lucubrationibus commentatam exhibere curarent, ut inde, rebus sedulo perpensis, opportune provideretur.

Quod ubi accepit A. T. laudabili quidem sollicitudine praestitit per litteras pridie Kalendas Decembris 1856 datas perque

adause la ace'a, in care se afla multe, ce se tienu de disciplin'a orientale si de datinele si moravurile acestei Provincie noue. Mai incolo Santîtatea S'a carele de nimicu nu se intereséza mai multu, cá de conservarea disciplinei orientali in curatî'a sa, doresce forte tare, cá aceia, carii avendu chiamare dela Domnedieu, se dedica spre oficie sacre, se stralucésca nu numai prin invetiatura, cè si prin intregitatea vietiei, pentru-cá cu cuventulu si cu esemplulu pre credintiosii, preste cari suntu pusi, se-i pota invetiá doctrin'a cea adeverata, si pre cei, ce contradîcu, si cu esemplulu puritatei vietiei se-i convinga; pentru ace'a a dispusu, cá prin acést'a S. Congr. de Prop. Fide deocamdata Illustritatei Tale si celoru lalti Episcopi ai acestei Provincie se Ti-se comunice unele cu privire la conteninti'a Clericiloru, cari se referescu la acelea, ce in hàrtíele amintite tramise de Tine se cuprindu Titl. IV. — Despre Casatori'a clericiloru, — er' in epistola §. XII.

Ori cine va cumpaní cu atentiune traditiunea adeverata cu privire la celibatulu si conteninti'a clerului, va afiá in adeveru, cà din seclii primi ai Baserecei se-a observatu, si déca nu prin lege generale si esplicita, dar' celu pucinu prin praxa si datena, cá nu numai Episcopii si preotii, ci si clericii asiediati in oficie sacre se observéze nevatemata virginitate seau conteninti'a perpetua. Pentru-cà acést'a se vede a o pretinde demnitatea ministeriului sacru, cu care suntu impreunate oficie domnedieesci, cá adeca aceia, cari au se sacrifice si se produca victima nemaculata, carea este ins'asi santîtatea si puritatea, se stralucésca prin virgiñitate séu conteninti a perpetua. Afara de ace'a traditiunea SS. Parinti ni arata, cà SS. Apostoli seau au fostu verguri, seau cà dupa casatoria se-au retienutu cu totulu dela ace'a, deunde si densii nu si-au pusu urmatori pre altii, decâtu pre aceia, cari au marturisitu virginitatea si conteninti'a nevetemata. Aci nu e de lipsa a intinde cuvinte despre ace'a ce a invetiatu si a facutu Baseric'a Romana, Mam'a si Magistr'a celoru alalte baserice basata pre esemplulu si institutiunile Apostoliloru, carea totu deun'a a indetoritu, cá se se obsérve castitatea, carea a propagat'o in tota Baseric'a apusena, si in urma a intarit'o prin lege. Dar' chiaru si la



insuper adiuncta folia, ubi plura habentur, quae disciplinam spectant orientalem et consuetudinis moresque istius novae Provinciae. Porro Sanctitas Sua, cui nihil est potius, quam ut disciplina orientalis in sua puritate vigeat ac servetur, summopere in primis desiderans, ut qui, vocante Deo sacris addicuntur ministeriis nedum doctrina verum etiam integritate vitae praefulgeant, ut verbo et exemplo fideles, quibus praesunt, possint instruere in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, etiam puritatis vitae exemplo arguere, voluit ut per hanc S. C. de Prop. Fide quaedam interim Amplitudini Tuae caeterisque istius Provinciae Episcopi significarentur quoad continentiam clericorum, quaeve ad ea referuntur, quae in praedictis foliis a Te transmissis contineutur Titulo IV — De Matrimonio clericorum, — in Epistola vero § XII.

Qui germanam traditionem de coelibatu ac continentia cleri sedulo expenderit, inveniet profecto vel a primis Ecclesiae catholicae seculis, si non generali et explicita lege, moribus saltem ac consuetudine fuisse firmatum, ut nedum Episcopi et Presbyteri, sed et clerici in sacris constituti virginitatem vel perpetuam continentiam inviolate servarent. Eadem quippe sacri ministerii dignitas, cui officia prope divina tribuuntur, id exigere videbatur, ut qui immolare ac etiam producere deberent immaculatam victimam, quae ipsa est sanctitas ac puritas, aut virginitatis candore aut perpetua continentia niterent. Amplissima insuper Sanctorum Patrum traditio vel virgines vel post nuptias perpetuo continentes demonstrat Apostolos, unde et ipsi non alios sibi successores adscivere, quam qui virginitatem coluissent aut inviolatam continentiam profiterentur. Hic non immorandum quid Apostolorum exemplo ac institutis edocta egerit ac docuerit Romana Ecclesia ceterarum Mater ac Magistra, quippe quae nunquam illam servandae castitatis obligationem intermisit, per totam occidentalem Ecclesiam salubriter propagavit, ac tandem inviolabili lege sancivit. Sed et apud

Resariteni pre langa acea, cà celibatulu si conteninti'a totu deun'a au fostu in mare onore, si se-a observatu cu scumpatate din tempurile celea mai vechie pàna astàdi, mai alesu in basericele, in cari a infloritu disciplin'a prin diliginti'a Episcopiloru. Pentru-cà Epifaniu unu barbatu destinsu in privinti'a santitatei si a invetiaturei, si carele a cunoscutu forte bine disciplin'a Basericei resaritene, in espunerea credintiei catolice (n. 21) dîce espresu „Sacerdotiulu consta din ordulu verguriloru, seau celu pucinu.... din aceia, cari se retienu dela muierile sale, seau dupa casatori'a prima petrecu in veduvia". Fiendu-cà dupa Hieronimu[1]) „Baseric'a la inceputu a statu din popore fàra de invetiatura", pentru ace'a se-au admisu la preotîa si unii, cari fùseru casatoriti, cari seau petreceau in veduvia, seau duceau una viétia cá si candu nu ar' avé muieri". Deunde acelasi Epifaniu (haeresi 59) marturisesce respicatu prin cuvintele „Baseric'a lui Domnedieu nu primesce diaconu, presbiteru, Episcopu si subdiaconu pre barbatulu unei muieri, ce nasce inca prunci, ci pre acel'a, carele se-a retienutu si dela un'a, seau a traitu in veduvia, mai alesu unde suntu sincere canonele Basericei". La acést'a nu se pote opune daten'a contraria seau neobservarea vre-unei Baserice particularie, fiendu vorb'a despre prax'a Basericei resaritene; pentru-cà acelasi Epifaniu adauge indata „Dara imi vei dîce: aiéve in unele locuri preotii, diaconii si subdiaconii inca genereaza copii, inse acést'a nu e dupa canonu, ci dupa mintea omeniloru". Pentru ace'a nu se pote dubitá, cà pre tempulu lui Epifaniu clericii (dela subdiaconu pàna la Episcopu) au tienutu celibatulu seau conteninti'a. Ce se pote intarí si prin testimoniulu lui Hieronimu, carele petrecêndu mai multu tempu in resaritu a cunoscutu perfectu daten'a si prax'a Basericei resaritene: Mai incolo s. Doctoru lui Vigilantiu inimicului celui mai infocatu alu contenintiei clericali, pre lenga alte arguminte, opune portarea Basericei universali: „Ce facu Basericele resaritului, ce ale Egiptului, si ale Scaunului Apostolicu, cari seau primescu de clerici verguri, seau contenitori, seau déca au avutu muieri, incéta a fí insurati". Asia dara acést'a e traditiunea basericei universali, acést'a fù prax'a unde se-a pastratu curata disciplin'a.



Orientales coelibatus aut continentia clericorum, preterquam quod maximo fuit semper in honore, antiquissimo ab usque tempore, in ecclesiis praesertim, ubi disciplina Episcoporum sedulitate florebat, religiose servabatur. Epiphanius siquidem, vir sanctitate ac doctrina insignis, quique Orientalis Ecclesiae disciplinam optime norat, in expositione catholicae fidei (n. 21) conceptis verbis affirmat „Sacerdotium ex virginum ordine praecipue constare, aut sin minus.... ex his, qui a suis uxoribus continent, aut secundum unas nuptias in viduitate versantur". Principio etenim, prout loquitur Hieronymus[1]) „quia rudis ex gentibus constituebatur Ecclesia" ad Sacerdotium aliqui etiam assumebantur, qui iam matrimonio iuncti fuerant, sed vel in viduitate continentes vel vitam ita degebant quasi uxores non haberent. Unde idem Epiphanius (haeresi 59) diserte fatetur quemadmodum „Sancta Dei praedicatio in Diaconum, Presbyterum, Episcopum et Hypodiaconum non suscipit unius uxoris virum liberos adhuc gignentem, sed eum, qui se ab unica continuit aut in viduitate vixit, maxime ubi sinceri sunt canones ecclesiastici". Neque contraria alicuius ecclesiae particularis consuetudo seu inobservantia quidquam obstat, dum sermo instituitur de disciplina Ecclesiae Orientalis; etenim apposite idem Epiphanius prosequitur: „At dices mihi: omnino in quibusdam locis liberos adhuc gignere Presbyteros, Diaconos et Hypodiaconos: at hoc non est iuxta canonem, sed iuxta mentem hominum". Quapropter ambigi nequit, quin Epiphanii tempore clerici (ab Hypodiacono ad Episcopum) coelibatum vel continentiam colerent. Quod aptissime firmari etiam potest testimonio Hieronymi, qui ob diuturnam in oriente commorationem, illius Ecclesiae mores ac disciplinam perfectissime noverat: porro s. Doctor Vigilantio, clericali continentiae infensissimo, praeter alia argumenta, factum opponit universalis Ecclesiae": Quid facient orientis Ecclesiae, quid Aegypti et Sedis Apostolicae, quae aut virgines clericos accipiunt aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt"? Haec denique universalis Ecclesiae traditio, hi mores erant, ubi purior disciplina vigebat.

[1]) Lib. advers. Iovinian.

Unii dintre Greci cugeta si afirma cu mare cutesantia, cà Episcopii Resaritului de sine, fàra de a fí fostu obligati prin vreuna lege au observatu contenintí'a, spre carea i-a indetoritu mai antâiu Sinodulu dela Trulla. Inse pre lenga testimoniele forte chiare ale Parintiloru, chiaru si insusi Iustinianu cu multu mai in ainte de canonele trullane a dispusu [1]) dechiàrandu, cà elu este esecutorulu canoneloru de mai in ainte, cá Episcopii se se alega dintre calugari, seau si din cleru inse dintre aceia, cari nu au nice copii si nice muieri, au celu pucinu nu traiescu cu acelea. Totu acést'a disciplina se afla si la sectele resaritene, cari se-au desbinatu de Baserica mai in ainte de tèmpulu lui Justinianu, cari tote convinu in ace'a, cá de Episcopi se se alega celibi [2]).

Cu totulu altmintrea se-a intemplatu cu privire la preoti si la cei alalti clerici; pentru-cà neobservarea seau daten'a cea laxa, ce a fostu in unele baserice particularie pre tempulu lui Epifaniu, cu tempu a prinsu radecini, si se-a propagatu asia, incâtu in urma se-a latîtu in tota Baseric'a Resaritena; si intarinduse daten'a ace'a, ce'a ce mai in ainte fù permisu numai Cantoriloru si Lectoriloru, se-a intinsu si la preoti si la alti clerici constituiti in oficie sacre, cá adeca se convietiuésca cu muierile, cu cari se-au casatoritu mai in ainte de ordulu sacru. Ma in cutare Provincia Resaritena patim'a disciplinei mai laxe merse pàna acolo, incâtu se incumetáru a se casatorí chiaru si dupa susceperea orduriloru sacre, ceea ce se-a reprobatu si se-a opritu strinsu si sub cele mai grele pedepse, si prin ambele derepturi celu Basericescu anume si celu civile, si inca mai in ainte de canonele trullane; dupa cumu se vede acést'a respicatu din legile lui Justinianu. Deora-ce Imperatulu numitu se plange tare [3]) in contr'a unoru clerici, cari *despretiuindu canonenele sacre* se incumeta a se casatorí dupa hirotonía. Fiendu-cà canonele sacre opreau aspru sub pedépsa de a si pierde oficiulu sacru, cá nice unu preotu, diaconu si subdiaconu se nu se pota casatorí dupa ce a primitu ordulu acela; deunde dîce acelasi Justinianu „precumu suntu oprite unele cá acestea prin canonele

[1]) Lib. I. Cod. De Episc. et Cler. L. 44 — Novel. 123. c. 14, 29. —



Putant quidam Graecorum et nimis confidenter asserunt, Episcopos in Oriente sponte sua, non aliqua lege adstrictos servasse continentiam, quam dicunt primo in Trullana Synodo fuisse sancitam: ast praeter clarissima Patrum testimonia vel ipse Iustinianus, qui longe ante trullanos canones leges disposuit, quique profitetur, se esse priorum Canonum executorem, non semel inculcat [1]), ut Episcopi vel ex ordine eligantur monachorum, vel ex clero quidem sed ii, qui neque filios, neque uxorem habeant, aut illi saltem non cohaereant. Eadem insuper viget disciplina apud sectas orientales, quae vel ante Iustiniani tempora ab unitate defecerant, omnes quippe in eo conveniunt, ut Episcopi eligantur coelibes [2]).

Longe aliter accidit quoad Presbyteros aliosque clericos; etenim quae erat tempore Epiphanii inobservantia seu laxa alicuius Ecclesiae particularis consuetudo, ita tractu temporis radices agere ac propagari cepit, ut tandem totam pene orientalem Ecclesiam pervaserit; et invalescente consuetudine, quod tantum Cantoribus Lectoribusque permissum erat, etiam Presbyteris tributum fuit aliisque clericis in sacris constitutis, ut nimirum cum uxoribus, quas ante sacram ordinationem duxerant, consuescerent. Quinimo eo usque in aliqua Provincia Orientali se protulit laxioris disciplinae aestus, ut nonulli etiam post sacrorum ordinum susceptionem matrimonium attentare praesumpserint; quod tamen utroque iure, Ecclesiastico videlicet ac Caesareo, et quidem ante trullanos canones, severe ac sub gravissimi poenis improbatum prohibitumque fuit, ut vel ipsae Iustiniani leges loculenter ostendunt. Etenim praefatus Imperator graviter conqueritur [3]) de quibusdam clericis, qui *despicientes sacros canones* post ordinationem nuptias attentare praesumpserant. Sacri siquidem Canones severe vetabant sub poena privationis sacri ministerii, ne qui ex Presbyteris, Diaconis ac Subdiaconis post huiusmodi ordinationem coniugari possent; unde, prosequitur idem Iustinianus „quemadmodum sacris canonibus pro-

[2]) Cons. itinerar. hierosolymit. Ioannis Cotovici, qui conceptis verbis id testatur de Chaldaeis Nestorianis. — [3]) Cod. Lib. I. Tit. 3. De Episc. et Cler. § *Sacris Canonibus*.

sacre, asia se opresce acést'a si prin legile nostre", si adaugêndu pedepse civili la cele canonice, pre fiii, ce se nascu din atari casatorii afurisite, i dechiara de illegitimi, cá si candu se-ar' fí nascutu din casatoría incestuosa, incâtu se nu se considere nice cá naturali seau spurii, cè cu totulu si pretutindenea de opriti, si ne demni de succesiunea parintiloru". Pàna aci Justinianu. Si apoi cu privire la derepturile basericesci, dupa cumu observa forte bine Benedictu alu XIV-lea [1]) poterei civile i-s'a lasatu glori'a de a obedí, éra nu auctoritatea de a demandá; totusi cu privire la obiectulu, despre carele se tractéza, Imperatulu vorbesce relativu la canonele sacre.

Nice se pote aduce in contra, cà conciliulu provinciale Ancíranu prin canonulu X a permisu diaconiloru, cari se-au marturisitu la ordinatiune, cà nu se potu retiené, se pota contrage casatoría si dupa susceperea orduriloru; cà-ci desi canonulu acela a avutu poterea permisiunei pentru provinci'a Ancirana, totusi nu a potutu se schimbe disciplin'a Basericei Resaritene, si ace'a nice nu o a schimbatu in adeveru; dupa cumu marturisescu despre acést'a respicatu Epifaniu, Hieronimu si alti Parinti, precumu si Imperatulu insusi [2]). Deunde Sinodulu Trullanu in canonulu VI decide preste totu sub pedeps'a depunerei, cà nice unui subdiaconu, diaconu ori preotu nu-i este iertatu a pasí la casatoría dupa ordinatiune [3]); de aci si canonistii grecesci inca marturisescu, cà canonulu Sinodului Ancíranu se-a abrogatu cu totulu prin celu dela Trulla [4]).

Acestea asia fiendu ori cine vede, câtu este de departe de disciplin'a adeverata a Basericei Resaritene daten'a ace'a, cá subdiaconii, cari au pasítu la casatoría dupa-ce au primitu subdiaconatulu, se se promovéze la ordurile mai mari, deora-ce asia ceva e in contra chiaru si a Sinodului Trullanu.

Pentru ace'a Santitatea Sa, carele se intereséza forte multu cá moravurile acestei Provincie, delaturanduse ori si ce coruptiune, se se intocmesca dupa cinosur'a disciplinei celei curate resaritene, laudandu-ti dupa meritu propusulu repetîtu alu Illustritatei Tale,

[1]) Instruc. — *Eo quamvis tempore* die 4 Maii 1745. — [2]) Auth. Coll. IX. Tit. VI. Nov. 123. Cap. XIV. — Non. valente eo, qui ordinat in tempore ordinationis permittere Diaconum aut Subdiaconum post ordina-



hibita sunt talia, sic et secundum nostras leges rem ipsam prohiberi et canonicas poenas civilibus cumulans filios ex tali nefaria coniunctione susceptos illegitimos decernit ac si ex incestuoso coniugio prognati essent „ita ut neque naturales aut nothi seu spurii intelligantur, sed prorsus et undique prohibiti, et successionis genitorum indigni". Hactenus Iustinianus. Et quamvis in iuribus ecclesiasticis, ut rectissime loquitur Benedictus XIV [1]), potestati laicae sola relicta sit gloria obsequendi, non auctoritas imperandi, tamen in re, de qua agitur, Imperator loquitur relative ad Sacros Canones.

Neque obstat, quod Provinciale Concilium Ancyranum Canone X Diaconis, si in ordinatione contestati fuerint, se non posse continere, permisit, ut vel post ordines susceptos matrimonium contrahere possent: esto enim, quod canon ille concessionis vim habuerit pro Ancyrana Provincia, non poterat certe Orientalis Ecclesiae disciplinam immutare et revera non immutavit, prout perspicuis verbis una testantur Epiphanius, Hieronymus aliique Patres, et ipse Imperator apertissime tuetur [2]). Quapropter vel ipsa Trullana Synodus canone VI. sub depositionis poena generatim decernit, ut nulli penitus Subdiacono, vel Diacono aut Presbytero post ordinationem nuptias contrahere liceat [3]); unde etiam Graecorum canonistae ultro fatentur canonem concilii Ancyrani a Quinisesto fuisse penitus abrogatum [4]).

Quae cum ita sint facile quisque videt, quantum a germana Orientalis Ecclesiae disciplina sit alienus mos ille, ut hypodiaconi contrahentes post huiusmodi ordinationem matrimonium, ad superiores ordines promoveantur, cum hic vel ab ipsa Trullana Synodo penitus abhorreat.

Quapropter Sanctitas Sua, cui summopere est cordi, ut mores istius Provinciae, quacumque coruptela detersa, ad normam purioris disciplinae orientalis componantur, haud potest quin meritis laudibus prosequatur Amplitudinis Tuae propositum

tionem uxorem accipere etc. — [3]) Can. VI. Conc. Trull. — Quoniam in Apost. canonibus (can. 27) dictum est, eorum qui non ducta uxore in clerum promoventur, solos lectores et cantores uxorem posse ducere et nos hoc servantes decernimus, ut deinceps nulli penitus Hypodiacono, vel Diacono vel Presbytero post sui ordinationem contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus, deponatur etc. — [4]) Balsam, Zonaras, Aristenius aliique — Cons. Arcud. lib. 7. c. 37 et Bened. XIV. Instruc. *Eo quamvis tempore.*

spre a nu mai admite pre nimene la ordurile sacre, déca nu va fí celibe, seau déca nu se va fí casatoritu pre lege mai in ainte de primirea subdiaconatului, dupa daten'a resaritena. Aci in propusulu acest'a Illustritatea Ta impreuna cu cei alalti Episcopi ai acestei Provincie se stati neclintiti, si dela acela se nu ve abateti.

Ce se tiene de clericii aceia, cari dupa susceperea ordului subdiaconatului se-au casatoritu, si pentru cari Te rogi Illustritatea Ta, cá de astadata prin dispensatiune Apostolica, in modu legitimu se se pota promová la gradurile mai inalte: Santitatea Sa luandu in consideratiune motivele aduse, si din gratia speciale se-a induratu a dispensá, cá déca nu suntu alte piedece, se se pota promová la Diaconatu si Presbiteratu, si pre lenga ace'a se pota vietiuí in casatori'a, ce au contras'o. Concesiunea acést'a a Scaunului Apostolicu inse privesce numai pre clericii aceia, despre cari amintesci espresu in memorat'a ta Epistola.

Altmintrea Santîtatea Sa cu tota poterea Te admonéza in Domnulu pre Illustritatea Ta si pre Venerabilii Episcopi ai acestei Provincie, si ve indemna, cá implenindu-vi oficiulu vostru se ve nevoiti din tote poterile, cá se infloresca totu mai multu conteninti'a clericiloru, si restituinduse dupa norm'a disciplinei genuine resaritene se se pastréze nevetemata. Er' decumva unii dupa acést'a (ce se feresca Domnedieu) dupa primirea orduriloru sacre ar' cutezá se se casatorésca, pre acestia decide Santîtatea Sa, cá pre bas'a santeloru canone se se pedepsesca cu tota asprimea, pentru-cá pre aceia ce nu-i misîca zelulu spre a pastrá disciplin'a si iubirea contenirei, se-i infreneze fric'a de pedepsa.

Aceste-a suntu, cari Santîtatea Sa a demandatu a ti-le notificá Tîe si Reverendissimiloru Episcopi ai acestei Provincie. Ce se tiene de celea lalte, se voru dispune la tempulu seu. Intru ace'a, acést'a sacra Congregatiune ti poftesce in Domnulu Illustritatei Tale sî celoru lalti Episcopi conprovinciali precumu si turmei, ce vi este incredintiata, tote celea bune şi fericite.

Datu la 24 Martiu 1858.



iterato firmatum, neminem scilicet deinceps admittendi ad sacros ordines, nisi aut penitus coelibem aut eum, qui ante hypodiaconatum, iuxta morem orientalem, legitimam uxorem duxerit. Hic igitur Amplitudo Tua ceterique istius Provinciae Antistites in proposito permanentes firmiter state, hic haerete.

Quoad eos vero clericos, qui iam post subdiaconatus ordinem nuptias contraxere, et pro quibus Ampl. T. enixe supplicat, ut pro hac vice, ex Apostolica dispensatione, licite promoveri possint ad superiores ordines: Sanctitas Sua, attentis omnibus, et ex speciali gratia benigne dispensavit, ut quatenus nihil aliud obstet, licite promoveri possint ad Diaconatus ac Presbyteratus ordines, ac valeant insuper in coniugio iam contracto permanere. Haec autem Apostolicae Sedis indulgentia illos tantum respicit clericos, de quibus expresse loquitur memorata Epistola tua.

Ceterum SSmus D. N. vehementer hortatur in Domino Amplitudinem Tuam et Venerabiles Episcopos istius Provinciae, Vobisque addit animos, ut maiori usque alacritate ministerium vestrum implentes, sedulo nitamini, ut clericorum continentia purior floreat, ac ad normam genuinae orientalis disciplinae restituta inviolate persistat. Quod si aliqui deinceps (quod Deus avertat) post sacros, ut praefertur, ordines matrimonium attentare praesumpserint, decernit Sanctitas Sua, ut ad tramites Sacrorum Canonum severe puniantur, ut quos studium servandae disciplinae ac amor continentiae non movet, vel poenarum timor compescat.

Haec sunt quae Sanctitas Sua Tibbi et Rmmis Episcopis istius Provinciae significare mandavit. Quoad reliqua oportune providebitur. Interim haec Sacra Congregatio Amplitudini Tuae caeterisque comprovincialibus Episcopis ac gregi concredito omnia bona ac felicia in Domino adprecatur.

Datum die 24 Martii 1858.

## VII.

## Ad Titulum X. Cap. II.

### SCHEMA

#### SUMMARIAE INSTRUCTIONIS IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS INCHOANDIS TRACTANDIS, AC DEFINIENDIS.

Matrimonium a Christo Domino ad Sacramenti dignitatem elatum, postquam initum fuerit, indissolubile esse iure divino, fidei dogma est in Ecclesia catholica.

Legitima tantummodo potestas ecclesiastica iudicare potest irritum et nullum esse Matrimonium, quatenus cum aliquo ex impedimentis dirimentibus, vel scilicet iuris naturae, vel divini, vel etiam ecclesiastici initum fuerit; facta prius accusatione contra matrimonium, de quo sermo sit.

Accusatio fieri debet a personis, quae a iure communi habiles habentur. In quibusdam enim impedimentis ipsi Coniuges tantum ad accusandum admittuntur; in aliis eorundem parentes, vel etiam quilibet de populo; ac tandem ex officio etiam inquisitio fieri potest, et quandoque debet.

Accusatio est ius personale, et fieri debet coram legitimo Ordinario ecclesiastico, et scripto. Si oretenus facta fuerit, iudicialis deinde reddatur iuxta regulas a communi iure traditas.

Ab Ordinario accepta accusatione una cum omnibus necessariis adiunctis et indiciis in casu concurrentibus testibusque nominatis de re instructis, ipse Ordinarius si ei placuerit, vel suum Vicarium Generalem, vel alium probum expertum Virum e Clero, si fas erit, seligendum, scripto delegabit, qui in iudiciali processu conficiendo munere Iudicis seu moderatoris Actorum fungatur.

Praeterea alterum quoque virum pariter scripto delegabit, qui Cancellarii officia adimpleat, ut nempe interrogationes personis examinandis faciendas, earumque responsiones in acta referat.

Demum alium in iure peritum Virum pariter scripto designabit, qui sit ecclesiasticus, quatenus haberi queat, et praevio



iuramento ad tactum SS. Dei Evangeliorum fideliter officium suum obeundi, strenue accusati matrimonii iura tueatur, omnibusque conficiendis actis continue assistat.

Verum quatenus ob peculiares locorum circumstantias interesse singulis actis nequiverit absoluto processu, ille tradatur eidem, ut eas exarare queat animadversiones, quas necessarias pro tuenda validitate accusati matrimonii faciendas iudicaverit, vel alia, quae suggesserit acta fiant.

Personae inductae quaecumque illae sint examinentur seorsum, praestito iuramento ad tactum SS. Dei Evangeliorum veritatem dicendi, et si opportunum videbitur propter impedimenti qualitatem, etiam iurabunt de secreto servando.

Cancellarius adnotabit diem, mensem, et annum cuiuslibet examinis; nec non examinandae personae, eiusque patris nomen, cognomen, aetatem, conditionem, statum, et patriam, ac denique quod revera iuramentum praestiterit.

Prae caeteris ille prius audiatur, qui matrimonium accusaverit, ut accusationis titulum exponat, illius existentiae probationes, circumstantias, et indicia, quae sive de propria scientia didicerit, sive ex aliena relatione, distincte referat, ac denique nominet testes de re instructos, qui deinde iuxta methodum iam traditam examini subiiciantur super iis, de quibus instructi dicuntur.

Non raro contingit, ut aliqui ex ipsis ad exteras et forsan longinquas regiones se contulerint. Hoc in casu a Moderatore Actorum accurata fiat omnium factorum ac circumstantiarum expositio, de quibus confirmatio requiritur, concinnatisque interrogationibus opportunis, ac denique testium expositis nominibus, ad Ordinarium mittatur loci, in quo personae iuridice audiendae commorantur, qui suae Curiae praecipere faveat, ut examinentur iuxta datas interrogationes.

Matrimonii accusator sive unus ex Coniugibus fuerit, sive non, ambo semper audiri debent, ut unusquisque iura sua tueri valeat, ac rationes, deductiones, ac etiam facta contra ipsum allata reiicere, aut explicare queat.

Si unus Coniugum fuerit accusator, moderator processus sedulo invigilet, utrum ex eorum responsionibus, vel aliis conie-

cturis aliqua appareat collusio. Hoc in casu singula argumenta contra illorum depositiones ex processu resultantia distincte illis obiiciantur, ut facta veritati, quantum fieri potest, respondeant.

Interrogationes et investigationes faciendae haud in singulas partes in hac instructione suppeditari queunt, cum vel maiores vel accuratiores fieri oporteat, prout accusationis titulus requirit, aut obvoluta erit allata factorum congeries; ac propterea sagacitati Moderatoris Actorum illas concinnare et augere, aut minuere relinquitur. Plura etenim impedimenta, quae contra matrimonii validitatem afferri possunt, facilis promptaeque probationis sunt, utrum in ipso matrimonio interfuerint.

Revera impedimenta dirimentia *Voti* solemnis in aliqua Religione ex approbatis a S. Sede emissi, *Ordinis* maioris suscepti cum onere perpetuae castitatis, *cognationis* et *affinitatis,* nec non *ligaminis,* seu vinculum praecedentis matrimonii viventibus adhuc coniugibus, omnia haec impedimenta expedite probari possunt, si authentica documenta requirantur, et in acta referantur, sive emissae solemnis professionis, sive maioris Ordinis suscepti.

Si de carnali cognatione vel affinitate agitur, eruatur probatio ab arbore genealogica utriusque familiae sponsorum conficienda ex Matrimoniorum Regestis, et apparebit manifeste utrum matrimonium contractum sit intra gradus a iure prohibitos. Pariterque ex Regestis Baptizatorum aut Confirmatorum demonstrabitur, utrum cognatio spiritualis inter contrahentes extiterit.

Quoad ligaminis impedimentum praeter attestationem prioris matrimonii in actis allegandam, adhuc inquirendum superest, an unus ex ipsis coniugibus vixerit cum secundum matrimonium initum fuit ab alio Coniuge.

Caeterum grave profecto nemini ex Animarum Rectoribus erit, si ex huius impedimenti sermone arrepta occasione, vehementer ipsi excitentur, ut ad praecavenda gravia incommoda, quae ex hoc impedimento non raro contigisse compertum habetur, ad matrimonium ineundum neminem, quantum in ipsis erit, admittant nisi prius de libertate sui status regularia documenta exhibuerit; quod nempe nunquam a sua pubertate, carnali aut spirituali foedere se obstrinxerit, aut saltem de prioris coniugis obitu, aut de spirituali vinculo legitime relaxato documentum non attulerit.



Diligentior investigatio instituatur oportet, si de impedimentis agatur a vi et metu illato, aut ab impotentia ad coeundum proficiscentibus.

De priori disserendo animadvertat processus moderator in actis statuere, quod assertus metus sit in se gravis aut etiam talis habendus relate ad personam, cui infertur; quod ille, a quo fuit illatus, ea quae verbo minatur factis complere soleat; ac denique quod ille nullo modo, aut non sine gravi incommodo illatum metum vitare potuerit vel ante, vel in actu celebrationis matrimonii, ac etiam postea; nam si postea ultro, libenterque copulationem ipse expleverit, exceptioni renunciasse, et ratum habuisse matrimonium iure meritoque praesumendum.

Haec autem exceptio quatenus neque afferri, neque probari queat, continuentur acta, et examinentur sponsi, eorumque parentes, vel propinqui eorum domibus, aliique plene de minis illatis instructi, ita tamen, ut facta praecipua referant cum omnibus adiunctis locorum, temporum et personarum. Probationes enim adeo clarae concludentesque sint oportet, ut de passo metu nulla supersit ambigendi ratio.

Quae et quanta sint mala hisce connubiis certo obventura, quotidiana demonstratur experientia. Nunquam satis itaque laudandi erunt Ordinarii, Parochi, Confessarii, aliique de clero, si omni studio adlaborare curaverint, sive in explicando verbo Dei, sive in audiendis fidelium confessionibus, vel ipsis familiaribus colloquiis, ut hic scelestus immanisque paternae potestatis abusus, illis in regionibus, in quibus adhuc viget, sensim et tandem penitus evellatur. Nam naturae iura laedit, a divinis humanisque legibus execratur, exitialisqae efficitur saluti animarum, corporumque sponsorum, eorumque prolis.

De altero nunc loquendo impedimento impotentiae, audiatur uterque sponsus, quibus accusatio competit, ut quisque exponat, utrum mutua voluntate se copulaverint, ac matrimonium consummare curaverint non semel, sed quandocumque ipsis li-

buerit, semperque irrito conatu tentaverint; an ex viri debilitate, aut nimia mulieris arctitudine id contigerit; an et quae remedia adhibuerint, ut impedimentum tolleretur; an parentibus, aliisque de familia amicis, aliisque eorum statum patefecerint, qui opportune deinde examini subiiciantur. Inquiratur quoque, quaenam sit fama de asserta non consummatione, et an ipsi coniuges, examinatique testes fidem mereantur.

Quibus rite expletis duo saltem Physici ex celebrioribus deputentur, praevio iuramento veritatis dicendae, ad inspiciendum corpus vir et praesertim illius virilia, earumque partium structuram, utrum iuxta leges naturae sint efformata, et an aliquo, et quo morbo laborent; an a nativitate vel acquisitus, et an curabilis nec ne sit morbus, et sine vitae periculo. Quidquid in inspectione invenerint, scripto referant, relationem Moderatori Actorum tradant actis alligandam, et quid ipsi sentiant de viri impotentia an sit ingenita, absoluta, vel relativa tantum, ingenue fateantur.

Duae praeterea mulieres deputentur in obstetricia arte et praxi ex peritioribus, quae praevio similiter iuramento veritatis, corpus mulieris, eiusque genitalia membra praecipue omni diligentia observent, et scripto ipsae etiam referant, utrum omnia signa invenerint, quae constituunt physicam mulieris integritatem, et distincte exponant, quid ipsae sentiant de mulieris integritate.

Haec relatio ipsis Physicis examinanda tradatur, ut opportunae ab ipsis fiant observationes, et si iuxta naturae leges conformem esse repererint, illam confirment, secus autem uberiores explicationes requirantur ab eisdem obstetricibus, aut aliam inspectionem fieri praecipiant in dictis partibus corporis, aliisque signis diligentius inspiciendis.

Hisce omnibus expletis Matrimonii Defensor processum examinabit, animadversiones suas conficiet, et tandem Ordinarius habito voto illorum virorum, quos in sacris Canonibus peritos consulere iudicaverit, sententiam suam in scriptis proferat, rationesque iudicii sui e processu depromptas distincte exponat.

Sententia partibus notificetur, et optandum, ut in scriptis tradatur.



Validum fuisse matrimonium si Ordinarius iudicaverit et nemo ex coniugibus appellaverit, neque Defensor matrimonii apellabit. E contra quatenus nullum fuisse decreverit, et sponsi huic acquieverint iudicio, Defensor ad Metropolitanum apellabit, et ad ipsum deferetur processus una cum iam lata sententia; et Metropolitano ex integro novum processum indicere fas erit. Attentis autem personarum, locorumque circumstantiis consultius foret, si iam expleto processu utatur, indictis tantum aliquibus investigationibus, si pro maiori animi sui tranquillitate necessarias existimaverit, ac tandem sententiam proferet, auditis prius sibi bene visis in iureperitis, si opportunum iudicaverit.

Duae hae sententiae si non fuerint inter se conformes, ultima decisio a Sancta Sede requiratur, cui omnia acta originalia remittantur.

| # Indice. | | # Index. | |
|---|---|---|---|
| Actele si Decretele Conciliului Provinciei basericesci greco-catolice de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu tienutu la anulu domnului 1872. | | Acta et Decreta Concilii Provinciae ecclesiasticae graeco-catholicae Alba-Juliensis et Fogarasiensis anno domini 1872. | |


| | pag. | | pag. |
|---|---|---|---|
| Epistol'a indictiunei conciliului Provinciei basericesci greco-catolice de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu . . . . | II | Epistola indictionis Concilii Provinciae Ecclesiasticae gr.-cath. Alba-Juliensis et Fogarasiensis . . . . | III |
| Seriea acelor'a, ce se-au pertractatu atatu in Congregatiunile generali, câtu si in siedintiele publice a Sinodului Provinciei basericesci greco-catolice de Fagarasiu si Alb'a-Juli'a convocatu la Blasiu pre dîua de 5 Maiu 1872 si pre cele nemidîlocitu urmatorie . . . . . | VIII | Series eorum, quae tum in Congregationibus generalibus tum in Sessionibus publicis Synodi Provinciae ecclesiasticae gr. cath. Fogarasiensis et Alba-Juliensis in diem 5-tam Maii 1872 Blasium indictae ac subsequentibus diebus celebratae acta sunt . . . . | IX |
| Programulu seau Modalitatea tienerei Sinodului provincialu gr. cat. de Alb'a-Juli'a convocatu la Blasiu pre 5 Maiu / 26 Aprile 1872 . . . . . | XIV | | |
| Oficialii sinodali . . . | XX | Officiales Synodi . . . | XXI |
| Avorbinti'a inaugurala tienuta la Deschiderea Sinodului provincialu in 5 Maiu 1872 . | XXIV | Oratio inauguralis Synodi Provincialis . . . . | XXV |
| Decretulu de deschidere a Sinodului provincialu . | XXXVIII | Decretum de inchoanda Synodo provinciali . . . | XXXIX |
| Decretulu despre profesiunea credintiei . . . . | XL | Decretum de professione fidei | XLI |
| Decretulu despre modulu vietiei sub tempulu sinodului . | XLII | Decretum de modo vivendi tempore Synodi . . . | XLIII |
| Decretulu de a nu discede . | XLIV | Decretum non descendendi . | XLV |





| | pag. | | pag. |
|---|---|---|---|
| Decretulu de a nu prejudecá . . | XLIV | Decretum non praejudicandi . | XLV |
| Decretulu de incheiare . . | XLVI | Decretum conclusionis . . | XLVI |
| Avorbinti'a Escellentiei sale Illustrissimului si Reverendissimului D. Archiepiscopu de Fagarasiu si Alb'a-Juli'a tienuta la incheiarea sinodului provinciale . | XLVIII | Oratio habita ab Excellmo Illmo et Rmo D. Archiepiscopo Fogarasiensi et Alba-Juliensi in fine Synodi . . . | XLIX |
| Epistol'a, prin care Escellenti'a Sa Illustrissimulu si Reverendissimulu Archiepiscopu de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu a substernutu Santului Scaunu Actele si Decretele Sinodului, fiindu Pontifice Piu IX . | LIV | Epistola, qua Excellmus Illmus et Rmus Archiepiscopus Alba-Juliensis et Fogarasiensis Acta et Decreta Synodi Sanctae Sedi subiicit, Pio IX Pontifice Maximo . . . | LV |
| Respunsulu Santiei Sale Pap'a Piu IX la epistol'a omagiala a Escellentiei Sale Rssmului Archiepiscopu si Metropolitu de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu, in care a fostu supusu Santului Scaunu Actele si Decretele Sinodului provinciale. | LVIII | Responsum Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX ad epistolam homagialem Excellmi ac Rssmi Archiepiscopi et Metropolitae Alba-Juliensis et Fogarasiensis, qua Acta et decreta Synodi Sanctae Sede subjecerat . . . | LIX |
| **Titululu primu.** *Despre Credintia.* | | **Titulus primus.** *De Fide.* | |
| Capu I. Despre Credinti'a catolica si sant'a Unire . . . | 1 | Caput I. De Fide catholica et sacra Unione . . . . | 2 |
| Capu II. Despre nemaculat'a Conceptiune a Preacuratei Vergure Mari'a . . . . | 9 | Caput II. De immaculata Sanctissimae Virginis Mariae Conceptione | 10 |
| Capu III. Despre Marturisirea credintiei | 11 | Caput III. De Professione Fidei . . | 12 |
| Capu IV. Despre indiferentismulu religiunariu . . . . | 13 | Caput IV. De Religionis indifferentismo . | 14 |
| **Titululu II.** *Despre Baserica.* | | **Titulus II.** *De Ecclesia.* | |
| Capu I. Despre poterea ierarchica in Basereca . . . . | 15 | Caput I. De potestate hierarchica in Ecclesia . . . . | 16 |

| Capu | pag. | Caput | pag. |
|---|---|---|---|
| Capu II. Despre Pontificele Romanu | 19 | Caput II. De Romano Pontifice | 20 |
| Capu III. Despre Metropoliti | 27 | Caput III. De Metropolitis | 28 |
| Capu IV. Despre Episcopi | 33 | Caput IV. De Episcopis | 34 |
| Capu V. Despre Presbiterie seau despre Capitulele Baseriсeloru Catedrali | 37 | Caput V. De Presbyteriis sive Ecclesiarum Cathedralium Capitulis | 38 |
| Capu VI. Despre Vicarii generali Episcopesci si Capitulari | 41 | Caput VI. De Vicariis generalibus Episcoporum et de Vicariis Capit. | 42 |
| Capu VII. Despre Vicarii Foranei | 41 | Caput VII. De Vicariis Foraneis | 42 |
| Capu VIII. Despre Protopopi si despre Administratorii protopopesci | 43 | Caput VIII. De Protopopis: Protopresbyteris et de Administratoribus Officii Protopopalis | 44 |
| Capu IX. Despre Parochi, Administratori si Cooperatori seau Capelani | 49 | Caput IX. De Parochis, Parochiarum Administratoribus et de Cooperatoribus sive Capellanis | 50 |
| **Titululu III.** *Despre Sinode.* | | **Titulus III.** *De Synodis.* | |
| Capu I. Despre Sinode in genere | 55 | Caput I. De Synodis in genere | 56 |
| Capu II. Despre Sinodele ecumenice | 57 | Caput II. De Synodis Oecumenicis | 58 |
| Capu III. Despre Sinodele provinciali | 57 | Caput III. De Synodis provincialibus | 58 |
| Capu IV. Despre Sinodele Diecesane | 61 | Caput IV. De Synodis Dioecesanis | 62 |





| Capu | pag. | Caput | pag. |
|---|---|---|---|
| **Titululu IV.** *Despre Beneficiele basericesci.* | | **Titulus IV.** *De Beneficiis ecclesiasticis.* | |
| Capu I. Despre Beneficiele basericesci in genere | 63 | Caput I. De Beneficiis ecclesiasticis in genere | 64 |
| Capu II. Despre Beneficiele parochiali | 65 | Caput II. De Beneficiis parochialibus | 66 |
| Capu III. Despre regularea Parochieloru si Dotarea loru | 67 | Caput III. De statu Parochiarum ordinando atque de earumdem Dotatione | 68 |
| Capu IV. Despre conferirea Beneficieloru parochiali | 67 | Caput IV. De Beneficiorum parochialium collatione | 68 |
| **Titululu V.** *Despre SS. Sacraminte.* | | **Titulus V.** *De SS. Sacramentis.* | |
| Capu I. Despre Sacraminte in genere | 69 | Caput I. De Sacramentis in genere | 70 |
| Capu II. Despre Sacraminte in specie. Despre Sacramentulu Botezului | 71 | Caput II. De Sacramentis in specie. De Sacramento Baptismi | 72 |
| Capu III. Despre Santulu Sacramentu alu Confirmatiunei | 75 | Caput III. De sacro Chrismate sive de Sacramento Confirmationis | 76 |
| Capu IV. Despre Sacramentulu Eucharistiei | 75 | Caput IV. De Sacramento Eucharistiae | 76 |
| Capu V. Despre Sacramentulu Penitentiei | 79 | Caput V. De Sacramento Poenitentiae | 80 |
| Capu VI. Despre Sacramentulu Ungerei de pre urma (santulu Maslu) | 85 | Caput VI. De Sacramento Extremae Unctionis | 86 |
| Capu VII. Despre S. Chirotonia seau Preotia | 87 | Caput VII. De Sacramento Ordinis | 88 |

| pag. | | pag. |
|---|---|---|
| **Capu VIII.** Despre S. Matrimoniu (s. Casatoria seau Cununia . 91 | **Caput VIII.** De Sacramento Matrimonii . 92 | |
| **Capu IX.** Despre casatoriele mestecate . 99 | **Caput IX.** De Matrimoniis mixtis . . 100 | |
| **Titululu VI.** *Despre Cultulu Divinu.* | **Titulus VI.** *De Cultu divino.* | |
| **Capu I.** Despre Necessitatea Cultului Divinu . . . . . 101 | **Caput I.** De Necessitate Cultus Divini 102 | |
| **Capu II.** Despre promovarea Cultului divinu publicu, si Santirea serbatoriloru . . . . 103 | **Caput II.** De Cultu divino promovendo et de Sanctificatione dierum festorum . . . . 104 | |
| **Capu III.** Despre promovarea Cultului diviuu domesticu seau pietatea domestica . . . 109 | **Caput III.** De Cultu divino domestico sive pietate domestica promovenda . . . . 110 | |
| **Capu IV.** Despre promovarea Cantului basericescu . . . 111 | **Caput IV.** De Cantu ecclesiastico promovendo . . . . 112 | |
| **Capu V.** Despre promovarea scientiei Ritului si a Tipicului basericescu . . . . . 113 | **Caput V.** De Ritus ac Typici ecclesiastici scientia promovenda . 114 | |
| **Capu VI.** Despre revederea si edarea Càrtiloru basericesci si de rogatiuni . . . . 115 | **Caput VI.** De ecclesiasticis ac precationum Libris revidendis et edendis . . . . 116 | |
| **Capu VII.** Despre edarea Foieloru basericesci . . . . 117 | **Caput VII.** De Ephemeridibus ecclesiasticis edendis . . . . 118 | |
| **Capu VIII.** Despre Posturi . . . 119 | **Caput VIII.** De Jejuniis . . . . 120 | |
| **Capu IX.** Despre stèrpirea abusuriloru de Blàstemi, Injuraturi si Superstitiuni . . . 123 | **Caput IX.** De abusibus Blasphemiarum, Imprecationum ac Superstitionum extirpandis . . 124 | |



| pag. | | pag. |
|---|---|---|
| **Capu X.** Despre sufragiile pie a Basericei pentru cei morti . . 127 | **Caput X.** De piis Ecclesiae sufragiis pro Defunctis . . . . . 128 | |
| **Capu XI.** Despre Mormentarea basericésca (sepultura) si despre Cemeteriu . . . . 127 | **Caput XI.** De Sepultura ecclesiastica et de Coemeterio . . . 128 | |
| **Titululu VII.** *Despre vieti'a Clerului.* | **Titulus VII.** *De vita Clericorum.* | |
| **Capu I.** Despre datorinti'a clerului de a propasi si ase perfectioná in sacrele scientie .. . 131 | **Caput I.** De clericorum obligatione in sacris scientiis progrediendi ac semet perficiendi . . 132 | |
| **Capu II.** Despre datorinti'a clerului de a progresá in moralitate si in portare esemplaria . . 133 | **Caput II.** De clericorum obligatione moribus ac vita exemplari proficiendi . . . . 134 | |
| **Capu III.** Despre Preotii celibi . . 137 | **Caput III.** De Presbyteris coelibibus . 138 | |
| **Capu IV.** Despre Preotii insurati (casatoriti) . . . . 139 | **Caput IV.** De presbyteris conjugatis . 140 | |
| **Capu V.** Despre a dou'a casatoria a clericiloru, cari au primitu ordurile sacre . . . 141 | **Caput V.** De secundis nuptiis Clericorum in sacris Ordinibus constitutorum . . . . 142 | |
| **Capu VI.** Despre Distractiunea privata a clerului . . . . 141 | **Caput VI.** De privata clericorum Recreatione . . . . 142 | |
| **Capu VII.** Despre vestimentulu clerului . 143 | **Caput VII.** De Clericorum habitu . . 144 | |
| **Titululu VIII.** *Despre Ordulu monasticu alu S. Basiliu Marele.* | **Titulus VIII.** *De Ordine monastico S. Basilii Magni.* | |
| **Capu I.** Despre restaurarea ordului Santului Basiliu marele . . 145 | **Caput I.** De Ordine S. Basilii Magni restaurando . . . 146 | |

Capu II. — pag.

Despre regularea si organisarea manastiriloru acestui Ordu in Provinci'a basericésca greco-catolica de Alb'a-Juli'a . . . . . 149

Capu III.

Despre aplicarea Basilitiloru la catedrele profesorali in Gimnasiele gr. catolice diecesane . . . . 153

Capu IV.

Despre aplicarea acelora dupa cercustari si la alte institute de crescere . . . 155

## Titululu IX.
*Despre Institutiunea junimei.*

Capu I.

Despre educatiunea si institutiunea clerului tineru . . 155

Capu II.

Despre scolele gimnasiali greco-catolice . . . . . 159

Capu III.

Despre institutele pedagogice (preparandiali) diecesane . 163

Capu IV.

Despre scolele normali capitali diecesane . . . . 165

Capu V.

Despre scolele elementari . 167

Capu VI.

Despre scolele repetitionali de dominec'a si despre catechisare . . . . 171

Caput II. — pag.

De Monasteriis hujusce Ordinis in Provincia ecclesiastica graeco-catholica Alba-Juliensi constituendis atque coordinandis . . . 150

Caput III.

De Monachis Basilitis ad cathedras in Gymnasiis graeco-catholicis dioecesanis applicandis . . . . 154

Caput IV.

De illorum pro adjunctis ad alia quoque educationis instituta applicatione . . 156

## Titulus IX.
*De juventutis Institutione.*

Caput I.

De cleri junioris educatione ac institutione . . . . 156

Caput II.

De scholis gimnasialib. graeco-catholicis . . . . . 160

Caput III.

De institutis paedagogicis (praeparandorum) dioecesanis . 164

Caput IV.

De dioecesanis scholis normalibus principalibus . . 166

Caput V.

De scholis elementaribus . 168

Caput VI.

De scholis dominicalibus repetitionalibus, et de catechesi . . . . . 172





## Titululu X.
*Despre Judetiele baser icesci.*

Capu I. — pag.

Despre Consistoriele diecesane 173

Capu II.

Despre Tribunalile matrimoniali . . . . . 177

Capu III.

Despre Forurile Instantieloru 179

Decretulu subscriptiunei Acteloru sinodali . . . 181

Decretulu prin care se recunosce Primulu Conciliu alu Provinciei Alb'a-Juliei si Fagarasiu . . . 187

## Titulus X.
*De Iudiciis ecclesiasticis.*

Caput I. — pag.

De Consistoriis dioecesanis . 174

Caput II.

De Foris matrimonialibus . 178

Caput III.

De Instantiarum Foris . . 180

Decretum subscriptionis Actorum synodalium . . 182

Decretum, quo Concilium Primum Provinciae Alba-Juliensis et Fogarasiensis recognoscitur . . . 188

---

## Apendice
la
Actele si Decretele Conciliului Provinciei eclesiastice de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu, celebratu in anulu Domnului 1872.

I.

Literile S. Congregatiuni a indicelui despre censurarea càrtiloru . . . . 189

Mandatulu Pontificelui Leonu XII de pia memoria adausu la decretulu S. Congregatiuni a Indicelui, Sambata in 26 Maiu 1825 . . . 193

Instructiunea S. Congregatiuni publicata Marti in 4 Martiu MDCCCXXVIII . . 193

## Appendix
ad
Acta et Decreta Concilii Provinciae ecclesiasticae Alba-Juliensis et Fogarasiensis anno Domini 1872 celebrati.

I.

Litterae S. Congregationis indicis super censura librorum . . . . . 190

Mandatum S. M. Leonis XII additum Decreto S. Congregationis Indicis die Sabbati 26 Martii 1825 . . . 194

Monitum Sac. Congreg. editum Feria III. die 4 Martii MDCCCXXVIII . . 194

| | pag. | | pag. |
|---|---|---|---|
| Instructiunea S. Congregatiuni publicata in VII Januariu MDCCCXXXVI . . | 195 | Monitum Sac. Congreg. feria V die VII Januarii MDCCCXXXVI . . | 196 |
| II. | | II. | |
| Instructiunea S. Congreg. de propaganda Fide tramisa Ven. si Preadistinsului Archiepiscopu de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu si V.V. Episcopi ai Provinciei Transilvaniei. | | Instructio Sac. Congr. de propaganda Fide ad Ven. ac praestantist. Archiepiscopum Fogarasiensem et Albae-Juliae, et ad V. V. Episcopos Provinciae Transylvan. transmissa. | |
| Despre Indisolubilitatea Matrimoniului in casu de adulteriu si parasire perfida . | 197 | De indissolubilitate Matrimonii in casu adulterii et perfidae desertionis . . . | 198 |
| III. | | III. | |
| Instructiunea S. Congregatiuni de propag. Fide càtra Archiepiscopulu de Fagarasiu si Episcopii sei sufragani de ritulu gr. cat. emanata in lun'a Juniu 1858. | | Instructio San. Congreg. de propag. Fide ad Archiepiscopum Fogarasiensem et Episcopos ejus suffraganeos graeci-ritus uniti mense Junio 1858 emanata. | |
| Despre Matrimoniele mixte . | 223 | De Matrimoniis mixtis . | 224 |
| IV. Instructiune. | | IV. Instructio. | |
| Despre comunicatiunea catoliciloru cu ereticii si cu schismaticii in lucrurile divine edata pentru misionarii orientului in anulu 1729 . | 265 | De communicatione in divinis catholicorum cum haereticis et Schismaticis edita pro Missionariis orientis, anno 1729 . . . . | 266 |
| Asupr'a indoieleloru propuse de cutare Missionariu a cetatei Tenos in Peloponesu, si strapuse la S. Oficiu dela Sacr'a Congregatiune de Propaganda Fide prin R. D. P. Secretariu alu aceleia in dîu'a de 24. Martiu 1753: Preasantulu Parinte ascultandu voturile Eminentissimiloru a decisu | 273 | Super Dubiis propositis a quodam Missionario Civitatis Tenos in Pelopponeso, et a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad S. Officium transmissis per eius R. P. D. Secretarium die 24. Martii 1753: Sanctissimus auditis Votis Eminentissimorum decrevit . . . . | 274 |





| | pag. | | pag. |
|---|---|---|---|
| V. | | V. | |
| Instructiunea S. Congregatiuni de Propaganda Fide càtra R. P. D. Episcopu Rosenu despre ingroparea Catoliciloru in cemeteriele protestantiloru . . . . | 279 | Instructio S. Congregationis de Propaganda Fide ad R. P. D. Episcopum Rosensem super sepultura Catholicorum in coemeteriis Protestantium | 280 |
| VI. | | VI. | |
| Instructiunea Sacrei Congregatiuni de Propaganda Fide, tramisa Archiepiscopului Provinciei basericesci de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu, emanata la 28 Juniu in anulu 1858. | 281 | Instructio transmissa a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad Archiepiscopum Provinciae Ecclesiasticae Fogarasiensis et Alba-Juliensis, et die 28 Junii anno 1858 emanata . . . . | 282 |
| | | VII. SCHEMA. | |
| | | Sumariae instructionis in causis Matrimonialibus inchoandis, tractandis, ac definiendis . | 295 |